A
7 - 373

Nº 4
10239

22 a 4
8a

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 15
Tabla
Número 339

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala A
Estante 7
Número 373

R-5985

# LIBER CONTIONVM DE ADVENTV, ET FAESTIS VSQ; ad Epiphaniam incluſiue.

AD. D.D. IOANNEM DE STVNICA, BAZAN, ET Auellaneda Comitem de Miranda, Marchionem de la Bañeza, dominum de Valduerna, ac ſacræ. C. M. ſtatus á conſilio, nec non Regij ſenatus meritiſsimum Preſidem.

*Autore R.P.F Ferdinando de Peralta Montañes Ordinis Eremitarum S. P. Auguſtini Beticæ prouinciæ, maiori conuentus Cordubenſis prædicatore, ac ſacræ theologiæ poſitiuæ apud eundem conuentum lectore, & profeßore.*

Cum triplici indice locupletiſsimo: authoritatum ſacræ ſcripturæ, rerum memorabilium, & pro ſermonibus Sanctorum & quadrageſsimæ.

*Quid in hoc opere contineatur ſequentis folij tabula indicat.*

Del Colegio de la Comp.a de Jesus de Granada.



Anno 1607.

Aposento del Predicador del sagrario.

[redacted]



AB IPSO

CVM PRIVILEGIO.

MVRTIAE In conuentu S. Aug. Per Auguſtinum Martinez Typographum.

-5985 R i 11938133

# TABVLA SERMO: NVM HVIVS LIBRI.

Dominicæ primæ Aduentus, ſermones ſex.

Dominicæ ſecundæ Aduentus ſormones ſex.

Dominicæ terciæ Aduentus ſermones ſex.

Dominicæ quartæ Aduentus ſermones ſex.

Sancti Andreæ ſermones quattuor.

Conceptionis Virginis ſermones quattuor.

Natiuitatis domini ſermones quattuor.

Sancti Stephani ſermones quattuor.

Sancti Ioannis Euangeliſtæ ſermones quattuor.

Sanctorum Innocentium ſermones quattuor.

Circunciſsionis Domini ſermones quattuor.

Epiphanię domini ſermones quattuor.

# AD EXCELLENTISSI-MVM. D. D. IOANNEM DE STVNIGA, Bazan, & Auellaneda, Comitem de Miranda, ac Sacræ Maieſtatis ſtatus á conſilio, ac eiuſdem ſuppræmi Senatus Præſidem meritiſsimum.

## Æpigramma.

YLIBER ad Comitem, dudum quo tendis anhelus,
Quid faciam? nequeo te retinere domi.
Credo quem petis, ignorare: doceberis, ille eſt
in tota præſes maximus Heſperia
Clarus Mirandæ Comes eſt, Mirandus & alti
dotibus ingenii, & moribus ingenuis.
Illum Barchino Pro Regem nouit, & illum
Parthenope nouit, notus in orbe ſat eſt.
Gentes inde petunt ſua iura, etiam vltima Thule,
haud fuerit ſoli Ianua clauſa tibi.
Te (liber) hoſpitio dignabitur ipſe benigno,
Ne dubita, Herois limina lætus adi.
Quod ſi multa neget veniam diſtrictio fandi,
Dicte ſanctorum prodere facta, dabit.

AD

## *Ad eundem dominum Præſidem.*

### ELEGVM.

CVm Miranda tuæ ſubeant molimina vires,
Mirandę ô columen præſidiumq. domus;
Inter & Heroas ſedeas non vltimus heros,
Sintq. ampla arbitrio regna mouenda tuo.
Cum tot ſuſtineas Atlantica pondera rectus,
Illaq. ſint humeris inferiora tuis.
Nil mirum ſi te dignum putat orbis, & aptum,
Vt cum tot ſubeas munera plura feras
Nil mirum magnus ſi pondera vaſta Philippus,
Credita conſiliis iuſſerit eſſe tuis.
Vtq. olim Phario Rex Barbarus orbe Ioſephum,
Sic ſibi Rex ſapiens te dedit eſſe parem,
Hiſpaniæ incolumes ſpirant te vindice leges,
Aſpera te improbitas vindice iura timet.
Apta miniſteriis vere mens regia tantis,
Quæq. foret multo pluribus vna ſatis,
Mirandę fidei, Mirandæ conſcia laudis,
Mirandæ ſobolem te probat eſſe domus
Sed quia Mirandæ titulum pietatis, & vltra,
Mirandæ nomen Religionis habes.
Accipe quod pietas ſpectet, mirandaq. facta,
Religio auſpicio, præſidioq. regit.
Quo tu pauperibus, quo tu languentibus ore,
Qua dextra miſeris, ſupplicibus faues,
Hoc operi hanc facilis (quid enim vetat) annue vultu,
Hic dextra mihi nam protege grandis operis,
Vtq. Petri quondam languentibus vmbra ſalutem,
Sic tua, ſic vires huic operi vmbra dabit

# ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO VNO D. IOANNI

de ſtuñiga Bazan & Auellaneda Comiti de Miranda digniſsimo totius Caſtellæ Regni Præſidi, nec non & a ſtatus Regij conſilio. Fr. Ferdinandus de Peralta Montañes, Ordinis S. Auguſtini ſalutem ac felicitatem præcatur æternam.

PEr fecit omnino (Præclariſsime Comes) vt vnum te ex omnibus meorum laborum, atq. ſtudiorum patronum eſſe voluerim, & grata beneficiorum tuorum recordatio, & rei ipſius multorum reprahenſioni, atq. obtrectationi propoſita conditio. Beneficium abs te & agnoſco ſingulare, & recolo apud me ſæpius non ſine voluptate, ꝙ fratrē meum tuæ ſemper voluntati deditum ita complexus ſis humaniter, ita liberaliter ornaueris, vt in auguſtiſsimum etiam totiuſq. Hiſpaniæ grauiſsimum ordinem eidem aditum aperueris, cui tu cum bonorum omnium approbatione, ea integritate, eo iudicio, atq. præſtantia prę es, vt toti Hiſpanię non immerito gratulari debeamus, ꝙ te habeat temporibus his non admodum expeditis ſummi conſilii principem, legum cuſtodem, defenſorē ęquitatis, & regiæ fidei ac nominis vindicem acerrimum, quis enim facile virtutum tuarum cumulum quę in te vno nitent, complectatur? nam vt omittam ſingularem tuam erga Deum pietatem, & religionem, ardentiſsimum chriſtianæ ac catholicæ fidei zelum propagandę, ſummum diuini cultus augendi deſiderium, quæ tecum nata, & educata eſſe omnibus notum eſt. Hæc (inquam) vt omittam, quis ſermone poterit explicare maximam tuam in rebus gerendis prudentiam, & in iuſtitia adminiſtranda integerrimam æquitatem? elucent hæ quidem in primis in functione munerum, & honorum gradibus, ad quos tua te virtus, egregius animi candor, ſingularis eruditio, ac dotes animi pene vltra mortale fa-

le faſtigium, nec ſine diuino quidem numine euexerunt. Natus enim videbaris ad res magnas gerẽdas, ad regna adminiſtranda & ad orbem totum conſilio regendũ. Inde tibi Barchino, ac totius Cathaloniæ principatus, inde Neapolis commiſſa ſunt, vt ea regia poteſtate gubernares, & olim Præſes factus Italicis rebus, & nunc demum Hiſpanicis, quas conſilio dirigas, prudentia Regas, & autoritate prouehas. His plane meritis cui omnium ingeniorum ſtudia atq. labores cũ vendicare tibi iure potueris, quid mirum ſi ego, qui aliis etiam nominibus plura tibi debeam, tuum eſſe voluerim, quicquid eſt operis huius, tenue ſane illud ac rude magno tamẽ a me labore, ſtudio q. ſuſceptum; accedit etiam q horum temporum iuditia neq. admodum æqua, neq. benigna ſunt in libros, qui nunc a pluribus euulgantur, in quibuſdã namq ingenium, in aliis copiam, in nõ nullis ſtylum, ordinem q. deſiderant, neq. quicquam eſt a Deo elaboratum, in quo hominum quorundam aut plus ſatis auida, aut minus quam deceret ingenua curioſitas non inueniat, aut fingat quod repræhẽdat. Quibus omnibus tuum occurret nomẽ, quod ſuſpicient, amabuntq. quibus contiones hæ noſtrę fortaſſe non placebunt. Et ſi minus quia meæ ſunt, & minerua plane rudi inchoatæ, probabuntur, quia tamen tuas, & tibi vni conſecratas eſſe volui, non poterũt (vt ſpero) non probari. Accipias igitur (Præclariſsime comes) has laborum meorum primitias pro ſingulari tua humanitate, quod ei mihi maximum & te dignũ Pręmium erit. Pulchre enim (vt cetera) dixit Bernardus. Rependi quicquam gratius ab accipiente nõ poteſt, quã ſi gratum habuerit, quod gratis accepit. Et vtinam tã gratũ illud acceperis, quam gratus offero. Faxit Deus (quod mecũ viri quoq. pii petunt aſsiduæ) vt te nobis, Chriſtianęq. reipublicæ diu ſeruet incolumen

VALE.

CODICES in quibus continentur contiones in aduentu domini & Quadrageſima, vbi etiam miſcentur aliæ pro diebus fæſtiuis ſanctorum attentione qua potui iterum atq. iterum legi & obſeruaui, in omnibus nihil indignum, nihil indecens quod pias aures offenderet animaduerti, ſed potius omnia ſumma diligentia elaborata, patrum eruditione referta, ſcripturæ teſtimoniis confirmata ad inueni, & præcipue ſacræ paginæ teſtimonia (quod ſummopere mihi placet) iuxta literalem ſenſum, vel communiter receptum á patribus expoſita, quod dignum eſt diligentia & attenta conſideratione tanti viri. Qua propter dignum opus cenſeo vt in lucem edatur, quod in vtilitatem fidelium, in laudem Dei & eccleſiæ commodum cedet. Hiſpali. die 30. Maii Anno Domini. 1603.

*F. Franciſcus Guerrero Lector Theolog. æ.*

*FRater Ferdinandus de Oliuares ordinis Eremitarum S.P.N. Aug. Beticę prouinciæ de obſeruantia prior Prouincialis, prælegata cenſura & approbatione conſiderata, tenore præſentium facultatem concedimus, vt volumina ibi citata a Patre fratre Ferdinando de Peralta Montañes eiuſdem ordinis, & voti, merito elaborata typis mandentur, dum tamen omnia ad id prærequiſita prius ſeruentur. In quorum fidem has literas manu propria ſubſcriptas, minori q. offitii noſtri ſigillo munitas dedimus. Granatę in conuentu noſtro S.P.N. Aug. die, 22. menſis Iulii, anni milleſimi, ſexcenteſimi tertii.*

F. Ferdinandus de Oliuares
Prouincialis.

Liber iſte concionum quem de mandato ſupremi ſenatus perlegi, non auratis ſolum, ſed & aureis literis conſcribendus erat. Cuius doctiſsimus auctor, claritate qua pollet ingenii in omnibus ſecundum catholicam doctrinam ſcribens, tantam rerum varietatem eſt amplexus, tam breui ſtilo, tam proprio, ac plano, tamq. profunda ſcripturæ ſacræ interpretatione cuncta confirmat, vt librum iſtum poſteritati profuturum maxime, noſtriſq. prodeſſe temporibus propriis me iam iam videre oculis iudicem. Opus ſane tanto auctore dignum. Quo fit vt me ipſum prorſus dubitare cõcedam, cui imprimis gratulari debeamus, auctori ne? cuius tam erudito labore, tamq. fœlici ingenio, tam ægregium opus abſolutum eſt. An nobis omnibus? qui iſtas ſatis excellentes lucubrationes tanti ingenii accepimus. An vero poſteritati, cui iſti eruditiſsimi commentarii inſeruient inſtructui. Vnde præexcelſum hoc opus hac vndiq. accurate rimatum typis mandari ſumma cum ſecuritate, & laude poſſe diſcerno. In hoc diui Gregorii collegio Valliſoletano die ſeptimo Iulii, anno domini Milleſsimo ſexcenteſsimo quarto.

*F. Antonius de Viedma.*

## EL REY.

POr quanto por parte de vos Fray Fernando de Peralta predicador dela horden de S. Auguſtin, nos ha ſido fecha relacion, que vos auiades eſcripto dos libros, el vno de ſermones de la Quareſma, y el otro de ſermones del Aduiento, en lo qual auiades gaſtado mucho tiempo, con mucha ocupacion y trabajo, y auiendolos viſto el Probincial dela dicha Horden, los auia aprobado, y dado licencia para imprimirlos, y nos ſuplicaſtes os mandaſemos dar licencia y priuilegio para imprimirlos, paraque otra ninguna perſona los pudieſe imprimir o como la nueſtra merced fueſſe lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, por quãto enlos dichos libros ſe hizieron las diligencias, que la pregmatica por nos vltimamente fecha, ſobre la impreſſion delos libros diſpone fue acordado que deuiamosmandar dar eſta nueſtra cedula, para vos enla dicha razon, y nos tuuimoslo por biẽ. Por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, paraque por tiẽpo de diez años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuentẽ deſde el dia dela data deſta nueſtra cedula en adelante, vos o la perſona q̃ vueſtro poder obiere, y no otra alguna, podays imprimir y bẽder los dichos libros q̃ de ſuſo ſe haze mẽciõ en todos eſtos nueſtros Reynos de Caſtilla, por los originales Que en el nueſtro cõſejo ſe an viſto. Que vã rubricados y firmados del fin dellos de Miguel de Ondarça Caualla nueſtro ſecretario de camara de los q̃ en el nueſtro conſejo reſiden, con que antes q̃ ſe vẽdan los traygays ante ellos juntamente con los dichos originales, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſion eſta conforme a ellos, o traygays fee en publica forma, en como, por corrector, por nos nombrado, ſe bio, y corrigio la dicha impreſion, porlos originales, y mãdamos al impreſſor, que anſi imprimiere los dichos libros, no imprima los principios y primeros pliegos, ni entregue mas de vn ſolo libro cõ el original al autor, o perſona a cuya coſta los imprimiere, y no otro alguno. Para efeto dela dicha correciõ, y taſſa haſta

que

que primero los dichos libros eſtẽ corregidos, y taſſados,por los del nueſtro conſejo y eſtãdo anſi,y no decotra manera pueda imprimir los dichos principios,y primeros pliegos, y en ellos ſeguidamente ponga eſta nueſtra licencia,y la aprobacion taſſa y erratas,ſo pena de caer e incurrir en las penas cõtenidas en la prematica y leyes de nueſtros Reynos,q̃ cerca dello diſpone y mãdamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin nueſtra licencia y mando,no pueda imprimir ni bẽder los dichos libros ſopena que el que los imprimiere y vendiere aya perdido y pierda todos y qualeſquier libros,moldes y aparejos,q̃ delos dichos libros tuuiere,y mas incurra en pena de cinquẽta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere , la qual dicha pena ſea la tercia parte para la nueſtra camara,y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare,y la otra tercera parte,para la perſona q̃ lo denunciare,y mandamos a los del nueſtro conſejo, Preſidentes y oydores delas nueſtras Audiencias, Alcaldes aguaziles,dela nueſtra caſa corte y chanchilleria, y a todos los Corregidores, Aſiſtente gouernadores Alcaldes maiores y hordinarios,y otros juezes,y juſticias,qualeſquier de todas las Ciudades villas y lugares delos nueſtros Reynos y ſeñorios,anſi los que aora ſon,como los que ſeran de aqui adelante, que os guarden y cumplã eſta nueſtra cedula y merced,que anſi os hazemos,y contra el tenor y forma de lo en ella contenido,no vayan ni paſſen, ni conſientã ir ni paſſar,en manera alguna,ſo pena dela nueſtra merced y de diez mil marauedis , para la nueſtra camara,dada en Valladolid a diez y ſiete dias del mes de Agoſto de mil y ſeyſcientos y quatro años.

*YO EL REY.*

YO Miguel de Ondarça Zauala ſecretario de camara del Rey nueſtro Señor de los que reſiden en ſu conſejo, doy fee que auiendoſe viſto por los Señores del dicho cōſejo, vn libro intitulado, ſermones del Aduiento y Quareſma, que con licencia de los dichos ſeñores fue impreſſo, compueſto por Fr. Fernando de Peralta, predicador de la horden de ſan Auguſtin, le taſſaron a quatro marauedis el pliego, y a eſte precio, y no mas, mandaron ſe venda y queſta fee ſe ponga al principio de cada vn cuerpo, los que fueren impreſos. Paraque ſe ſepa el precio, en que eſta taſſado, y paraque dello conſte, di la preſente en Madrid a quatro dias del mes de Nouiembre de mil y ſeyſcientos y ſeys años.

*Miguel de Ondarça Zauala.*

*LIBRVM hunc ſuper Dominicas Ad-
uentus domini, vidi & cum ſuo Arche-
typo contuli, & nihil notatu dignum in
eo inueni quod non correſpondeat ſuo exemplari:
Datum Compluti in inſigni collegio Ma-
tris Dei theolegorum Academia
Complutenſis, die vltima
menſis Octobris.
1606.*

Licenciatus Murcia de la Llana.

# PROLOGVS
## AD LECTOREM.

FATEOR plane (lector piiſsime) ſi mihi licuiſſet, & multa eorum quæ in hoc opere continentur immutaſſem, & multa pænitus abſtuliſſem, multaq. deniq in meliorē modum reducere elaboraſſem. Quæ enim in prima ſtudiorum meorum ætate ſatis placuerant, & ſi non iam diſpliceant, gratiora tamen longe nunc offerrem tibi, quando tot aduentus volumina ingenio elaborata, doctrina ſingulari exculta, artiſitio admirabili compoſita, eruditione plena, ſententiarum ponderibus librata, eloquētiæ floribus perſperſſa, numeris, ac concinnitate deuincta ac omni ſapientia & doctrina referta in lucem prodierunt, in quibus ſapientiſsimi magiſtri cæleſtium miſteriorum indagatores res alte demerſſas & quaſi nocturnis tenebris circumſeptas è recondita caligine in lucem eruunt. Omnia & ſingula vtriuſq. teſtamenti, quæ in latis, & in ex hauſtis ipſius oris deliteſcunt arcana perluſtrant, quæ in ſanctorum patrum monumentis, quę in auguſtiſsimis eccleſiæ ſanctæ decretis, quæq. in ſapientientium ac philoſophorum theſauris reconduntur, ſcriptis indefeſſo labore, ac ſtudio inſerunt, & attexunt, hæc me tantorum virorum exempla ex parte ad noſtrum hoc opus in lucem proferendum permouebant, ex parte vero deterrebant maxime. Quis. N. ſatius non arbitretur illud abdere, & in tenebris recludere, quam eius tenuitatem in præſentia tot excellentiſsimorum virorum oſtentare? ſuſcipe ergo (lector humaniſsime) hilari, lætaq. fronte opus, ſi rem ipſam expectes, exiguum, ſi meum inſeruiendi eccleſiæ, & animarum vtilitati deſiderium, ſatis, ſuperq. magnum,

num. Breue eſt, fateor, ſed in hoc non parum noſtra deſudauit induſtria, non enim tam verba, quam ſententiarum pondera, & non tam vernantes flores, aut viridantia folia, quam fructus congeſsi, pomaq. noua, ac vetera in faſciculum illigare volui, vt ſine pondere exportari, & ſine labore edi poſſent. Non vulgari, ſed latino ſermone donatum, nec ſine induſtria & conſilio feci, quia non omnibus, ſed peritis concionatoribus ſcribo. Facilis eſt ſtillus, non nego. Sed maiori id cura feci, nihil enim magis dedecens, ac noxium in omni materia, in qua de vero cognoſcendo agitur, quam elaboratum dicendi genus, ꝙ ſi paruum hoc opus placuerit, in ianuis aliud Quadrageſsimale erit, & de Sanctis

poſt modum contiones etiam emittam. Si quid vtilita-
tis, & commodi inueneris, carpe. Si quid defec-
tus, amore & beneuolentia
tua operi.
vale.

# DOMINICAE PRIMÆ ADVENTVS SERMO PRIMVS.

***Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis.* Luca. 21.**

CVM primum Iſaias Propheta, Ruinam, atque flebilẽ Babilonis dextructionẽ ſpiritu diuino præuidiſſet, tremore totus diſſolutus dixit. *Iſa. 21.* *Viſio dura nunciata eſt michi, anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis, corrui cum audirem, cõturbatus ſum cum viderem, emarcuit cor meũ tenebræ ſtupefecerunt me.* Sed longe duriora ſunt, quæ ego vobis hodie nunciaturus aduenio, & quæ duriorẽ horrorem immittent vobis, totius (ſcilicet) orbis ruinam, & conſumationem, atq. omnium rerum temporalium extinctionem, & finem. Extremum (inquã) diẽ, in quo ſupra modum ſupraq. captum. *Ira omnipotentis reuelabitur ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam,* *Rom. 1.* *vt dixit Pau. Rom.* 1. Quã tremendam indignationem ille ſolus tunc effugiet, qui vitam nunc ab omni labe immunẽ, vel ab omni macula per veram ſaltim pænitẽtiam duxerit purgatã, ſic Dauid. Pſal. 31. *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus* *Pſalm. 31.* (i. pro Remiſsione peccatorum, quia præceſſit. *Et tu remiſiſti impie*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

*tatem peccati mei.* (*In tẽpore oportuno.* Ideſt dũ præſens vita agitur. Et hinc illud ſequetur. *In diluuio aquarũ multarũ, &c.* i. effugiet quidem multitudinem calamitatum illius diei. Vt ergo de hoc tremendo die vtiliora loquamur, Virginem patronam inuocemus. Aue Maria.

## *Erũt ſigna in Sole.*

NOn inconſultò ſtatuit Eccleſia, ꝙ vltima tẽporis Dñica eodẽ Euãg. quo. i. hęc tẽporis, celebraretur: ſed vt innuat, nil aliud debere nos habere præſentius, quam hunc extremi, & horrẽdi Iuditij diẽ, ſi eius calamitates maximas effugere deſideramus. Hac enim memoria, quaſi catena ferrea pedes noſtri cõſigẽtur, ne ruãt in illicita. Et ea quidẽ alligari exorabat, qui ardenter petebat. *Pſalm. 118.* *Cõfige timore tuo carnes meas.* (Scilicet) timore huius diei. Hinc eſt ꝙ eo exordio creationẽ mũdi intexuerit Moyſes. *Geneſ. 1.* *In principio creauit Deus cælũ, & terram.* Vbi loco verbi. Deus. Ponit Hebr. tex. Heloim. i. iudex. l. iudices. q. d. ĩ principio creauit oẽs creaturas iudex earũ, qui in fine oẽs eas adducet adſtrictiſsimũ Iuditiũ. Sed quare ſtatim creatis propoſuit ſtrictiſsimã Rationẽ ei reddendam? Vt ſic iuſtè. & piè viuãt in hoc ſęculo, tanquã quę de verbis etiã ocioſis Rationẽ ſint redditurę. *Matth. 12.* Immo & volumẽ totius Sacrę ſcripturę eo fine clauditur ab Apoſtolo Ioã. *Apoc. 22.* *Veni Dñe Ieſu, & ſpiritus, & ſpõſa dicunt, veni. Ecce venio cito, Reddere vnicuiq. ſecũdũ opera ſua.* Quo id certe nititur Eccleſia ſuadere, nullo fortiori freno nos alligari poſſe, ne in

n̄e in̄ vitia Ruamus, quã
memoria,& meditatio-
ne perpetua hui⁹ tremẽ
di Iuditij. Currimus ad
illicita. *Sicut vacca laſci*
*Oſea.4.* *uiens.* Vt dixit Oſeas. 4.
qua ſimilitudine id ſatis
expręſsit,quâta.ſlꝫ.velo
citate ad idola vitulorũ
curreret populus Iſrael.
quaſi dicat quid amplius
faceret vacca, quã ad vi
tulos currere? Et *Vacca*
*Theodor.* *laſciuiens.* Vertit Theo
do. *Sicut vacca à ſyllo*
*percuſſa.* Picada del ta-
uano, o moſca, quę ſę-
pius impetu Rapitur ad
præcipitiũ. Sic vos toto
pectore Rapiebamini ad
cultũ idolorũ. Hos ergo
in ſcelera ſic Raptos quis
cõpeſcere valebit? Sola
memoria huius horribi-
*Eccle.7.* lis Iuditij. Sic Eccleſ. 7.
*Memorare nouiſsima*
*tua, & in æternũ n̄ pec*
*cabis.* Nota illud. *In ęter*
*nũ.* Ideo cõſultò mater
Eccleſia in hac Dñica.
quæ principiũ temporis
eſt, de hoc die tremẽdo
agit, vt præ timore oẽs
nos, quę Retrò ſunt obli
uiſcẽtes, ad cæleſtia cele
riter Reuocemur. Ideo
q; clamat. Erunt ſigna.

## *Erunt Signa.*

NO ſe podrã quexar,
q̃ no fuerõ auiſados,
y cõ ſeñales baſtantes à
deſpertarlos, pues baſta
ràn para. *Areſcentibus*
*hominibus præ timore.*
Vnde niſi cõuertantur
peccatores, ſi durius pu
niãtur, ſibi imputent, nõ
pijſsimo Deo. Sic quidã
fateri coacti ſunt. *Deus*
*Repuliſti nos, & dex-*
*truxiſti nos, iratus es, &* *Pſalm.69.*
*miſertus es nobis.* Co-
mo? *Dediſti metuenti-*
*bus te ſignificationẽ, vt*
*fugiant à facie arcus Pſ.*
69.q.d.lꝫ ira incẽſus dex
truxiſti nos, minime tñ
conquæri poſſumus de
te, qui ſẽper ante vltio-
nẽ, præmones peccato-
res, ſed nobis imputabi-

 mus

mus, qui ſurdi, & cæci ad omnes monitiones tuas extetimus. Per centum annos elaborauit Noe in fabrica arcę, cuius quilibet maleorum ictus, & ſtrepitus vox erat pręadmonens, & excitans peccatores ad pænitentiam: Sibi ergo imputent, ſi ſomno adhuc ſopiti ſubmergãtur in profundo Gen. 7. & cap. 19. præmonuit Loth, dicens quibuſdã. *Surgite, & egredimini de loco iſto quia delebit Dominus ciuitatẽ hãc.* Sed addit textus. *Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui.* Sibi ergo imputent, ſi igne cæleſti conſumantur ideo Sap. 4. *Et erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in cõtumelia inter mortuos in perpetuum, & vſque ad ſupremum deſolabuntur.* De quiẽ ſe podrã quexar? *Diſrrũpet illos inflatos ſine voce.* Sin habla. Corridos, y llenos de confuſsion, como el de las bodas, Math. 22. baxò la cabeça, y callò. No hablò palabra. No tuuo que reſponder. Ni de quiẽ quexarſe, ſino de ſi meſmo. *Ideo erunt ſigna.*

## *Erũt ſigna in Sole.*

ET conſultò ſatis furor venturi iudicis deſcribitur quo inceſſus veniet ad iudicandum, ne aliquis mandata eius temerè parui pẽdat, de quorũ obſeruantia ſtrictiſsimam ſic rationẽ cogetur reddere. Nec immerito dicemus, ideo daturum Deũ legem in monte Synai horribilia tonitrua, & corruſcationes fulgurũ audiri feciſſe, ac ſonitum buccinæ vehementius reſonare, vt innoteſceret populo eam recipienti quanto rigore ad obſeruantiam illius Exod. 19. & 31.

illius teneretur. Quaſi diceret Deus per horribilia ſigna illa. Nadie ſe burle cō mi ley, que lo pagara muy bien pagado. Et hinc etiā inferre poterimus, quare eam dederit conſcriptam in tabulis lapideis, quia certe tranſgreſſoribus lapidea erit, atq; ſatis dura, ita vt ſingula eorum membra, tā corporis quā animæ cōminuat. Vnde Matth. 5 cōminatus eſt Chriſtus dicēs. *Qui ſoluerit vnū dem<sup></sup>datis iſtis minimis, minimus vocabitur in Regno cęlorū.* Ideſt nullius pretij habebitur in Eccleſia mea, ſed omni ignominia dignus reputabitur. Et de pingens Iſaias furorem Iudicis huius, quo plenus veniet ad exigendam hanc rationem de obſeruantia mandatorum ſuorum, dixit. *Flatus eius ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.* Que echara por las narizes, y boca, y ojos arroyos de fuego.

Exod. 32.

Matth. 5.

Iſai. 30.

*Ad perdendas gentes in nichilum.* Per gētes homines intelligit gentiliū more viuentes, eos, inquā, qui ſine Deo, ac ſine lege degunt in vita, hęc omnia mādata diuina paſsim conculcantes, ad quos de hac trāſgreſsione iudicandos, & debita retributione puniēdos, furore omni, atque incredibili indignatione veniet incēſus. Echādo chiſpas, y relampagos, y cometas. Erunt ſigna in Sole Luna, & ſtellis.

## *In Sole Luna & Stellis.*

O Clementiſsime Deus, quid iſta irrationabilia peccauerunt, vt ſic dire puniantur? Homines ſunt, qui te, mandataque tua neglexerunt, in eos ergo vertatur gladius, & furor tuus. Sed hoc ſic eueniet, vt inde conjiciamus, quid in ligno arido fiet, quando in viridi hęc fieri viderimus. Patienter valde ſuſtinet pro nunc Deus peccatores. Sed quō patiētius nunc, eo tūc inſolentius, crudelius, ac

 durius

durius aget cum illis. *Cornua Rhinocerotis cornua illius.* Hoc animal patiens eſt valde, ſed cum iraſcitur implacabilis videtur. Et quid nõ ſuſtinet adamas? Si tamen frangitur, in minutiſsimas partes ſcinditur. Et Deut. 32. *Viuo ego, ſi acuero gladium meum.* Si le doy vn filo: luego mohoſo eſta? Hinc patet patientia ſua. Sed ſi acuerit gladium. *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Hare vna carnizeria q̃ aſombre el mundo. Nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Interrogat Dauid. q. d. minime. Quia vt dixit ibidẽ. *Deus Iudex iuſtus, fortis & patiens.* Fortis in patiendo, expectando, & ſuſtinẽdo. Sabe aguardar, no ſe venga luego que ſe la hazen. Sed tamen niſi conuerſi fueritis, gladium ſuũ vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illũ. Quã tó diutius, ac largius protẽditur arcus, tantò acrius, ac fortius emittit ſagittas, & crudelius configit eas. Cambiſſes Rex Perſiæ deſcenderat cum exercitu ſuo contra Regem Ethiopiæ, cui cum obuiam occurreret Rex Ethiopiæ, inuenit ſpeculatores illius in itinere, in quorum oculis arcũ, quẽ ex oſſe duriſsimo con fectũ in manibus habebat, ſic facile vſq; ad extremorum cõiunctionem retendit, quaſi ſi ligneus, aut cereus eſſet, & donauit illũ ſpeculatoribus Dño ſuo deferendum. Quem cum eorũ Rex accepiſſet, ac præ duritia illius nec Rex, nec totus exercitus eum tendere potuiſſet. No lo pudieron flechar, ni doblegar dos de dos. Indeq; Aethiopis fortitudine cognita, ſe ceſsit cũ exercitu ſuo, maxima prius amicitia ac pace ſimul confederati. Arcũ ergo ſuum vibrauit Deus, & lõge fortius, ac facilius, quam Rex ille Aethiopiæ, pacem igitur quam citius ineamus cum illo, antequã

Margin notes: Deut. 32. — Pſalm. 7. — Hiſtor.

ſagittas emittat. Quia expectare Dei eſt arcum vibrare, & quo diutius ſuſtinet eo fortius puniet. Valerius Maximus li. 1. c. 2. lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſupplitij grauitate compenſat. Ideo conſulebat Iſaias 2. *Quieſcite ergo ab homine cuius ſpiritus in naribus eius eſt.* Et vertunt. 70. *Cuius reſpiratio in naribus eius eſt.* Q a ſi dicat, qui detinet reſpiratione in naribus eius. Que no luego arroja la moſtaza, y el enojo, y ſe venga, ſino ſabe ſuffrir tanto. Quia certe in tempore ſuo tota ſe infundet indignatione. Et Hierem. 25. *Facta eſt terra eius in deſolationē à facie irę columbæ.* Nō dicit Leonis rugientis, vel vrſi lacerantis, ſed colūbę. Per hāc columbam intelligit Lyra ſemiramim Syrorum Reginam, eo quod crediderunt in columbā fuiſſe conuerſam. Ideo duces illius in vexillis columbam habebant de pictam cum gladio ſanguine tincto quaſi dicat cauete ab ira columbę huius, licet enim columba ſit ſubiectis, reuellibus tamen gladius eſt ſanguine plenus. Cuchillo carnicero. Et eò durior poſtea, quò patientior in expectando, vt colūba. Eccle. 5. *Ne dixeris peccaui, & quid michi accidit triſte? Altiſsimus .n. eſt patiens redditor.* Es muy detenido y reportado en caſtigar. Sed verbū. *Altiſsimu*. Ponderat intentum noſtrum, quaſi dicat. Lo que cae de muy alto tarda mucho en llegar, pero es mucho mayor el golpe. Sic Deus hanc duritiam eius ponderauit Iſaias. 25. dicens. *Et triturabitur Moab ſub eo, ſicut teruntur paleæ in plauſtro, & humiliabit gloriā eius cum alliſione, & munimēta ſublimium murorū tuorum concident, & extrahentur in terram vſque ad puluerem.* Singula verba ſingularem petunt conſiderationem

Val. Max. — Iſai. 2. — Hiere. 25. — Lyra. — Eccle. 5. — Iſai. 25.

rationem. Non dixit eos triturandos ſicut triticum, ſed ſicut paleæ. Quia triticum per duas tãtum plauſtri circumductiones trituratur, & relinquit. Sed paleæ mille quidé, vſque ad minutiſsimam cõminutionem. Y la deshazen, y parece que nunca acabã de molerla. Ad eundem modum triturandos dicit peccatores in die illo tremẽdo. Et hanc etiam Iudicis indignationem ſatis expreſſe videbis figuratã. 1. Paral. 20. vbi poſtquam mitiſsimus Rex Dauid cæperat ciuitates Ammonitarum. *Populum earum eduxit in campum, & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta tranſire, ita vt diſſecarentur, & contererentur omnes. Et ſic fecit Dauid cũctis vrbibus filiorum Ammon. & poſtea reuerſus eſt in Hieruſalem.* Nota illud, ferrata carpenta En los trillos de los labradores por ſer de pedernal, ſe caen las puas, aca para que no aya eſſe remedio ſean de azero, y tan clauadas, que nunca ſe caygan. Mitiſsimus Dauid figura eſt Chriſti Domini. Audite inſuper quid Dauid ipſe fecerit de Rabbath. 2. Reg. 12. *Cumq; dimicaſſet, cepit eã, & populum eius adducens ſerrauit, & circũ egit ſuper eos ferrata carpenta diuiſitq; cultris, & traduxit in typo laterum, & reuerſus eſt in Hieruſalẽ.* Los aſerro a todos, y los cortò à tajadas à manera de ladrillos, y hizo vna parua de todos, y los hizo trillar. O inaudita crudelitas hominis manſuetiſsimi. Nunca hizo tal vn Neron. Sic faciet Agnus mãſuetus Chriſtus in die illo cum peccatoribus, & poſtea cum ſanctis ſuis reuertetur in Hieruſalem. hinc patet illud Apoc. 15. *Quis nõ timebit te Dñe virtutũ, quia pius es?* Imo ob hoc nemo timebit illũ. Sed certe eó ipſo quod mitiſsimus, ac piiſsimus eſt, magis indignatio eius pertimeſcen

1. Para. 20

2. Reg. 12.

Apoc. 15.

timeſcenda eſt. Ideo ipſe
Pſalm.6. Dauid exorabat. *Domine ne in furore tuo arguas me.* Et explicat ſeipſum. *Neq; in ira tua corripias me.* Irã ſuam in illo die vocat furorẽ. Que aquel dia parecera loco, y fuera de ſi, ſegun eſtara lleno de furor.
Pſal.77. *Excitatus eſt tanquã dormiens Dominus, & tanquã potẽs crapulatus à vino.* Eſtara como hõbre embriagado de enojo. Sera ſu herir y caſtigar aquel dia, como de hõbre embriagado o loco. Ideo amẽtiam peccato-
Pſalm.9. rum admirans Dauid dicebat. *Propter quid irritauit impius Deũ.* Como ſe le atreue à Dios vn hõbre? Et Paulus charitate ſua conſtrictus exoptabat dicens.
Philip.1. *Oro vt charitas veſtra magis abũdet in omni ſciẽtia, & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri, & ſine ofenſa in diẽ Chriſti.* (Que es el dia del Iuyzio.) *Repleti fructu Iuſtitiæ.* I. multis operibus bonis, & ab omnibus malis alieni. q. dicat Paulus. Vtinam cum iudex aduenerit, inueniat vos omni virtute plenos, vt iram illius efugere valeatis maximam. Quam vt põderaret Euangeliſta dixit, erunt ſigna in Sole.

## In Sole Luna, & Stellis.

IN terra in ſuper, in mari, & in omnibus creaturis. Omnes enim inſurgent in hominẽ in die illo tremendo. Et merito quidẽ, vt qui in omnibus deliquimus, in cunctis etiam feriamur, vt dixit Grego. & Sap. 5. *Armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ, & pugnabit cũ illo orbis terrarũ cõtra inſenſatos.* Nũc tẽporis hanc vel illam armat ad vltionẽ, Gregor. Sapien.5.
aquam in diluuio, ignẽ contra Sodomã, terram contra Datham, & contra Aſſyrios Angelum quẽdam qui nocte vna interfecit. 180 mil. hominũ. Sed tunc totum orbẽ armabit cõtra peccatores, nulla creatura ſentiet tunc ſibi amica, ac Geneſ.7. Geneſ.19. 4.Reg.7.

patronam, immo oẽs fero-
ciſsimas inueniẽt. Ideo ad
peccatores clamabat Iſai.
Iſai. 10. 10. *Quid facietis in die il-*
*la calamitatis, & viſitatio*
*nis? Ad cuius confugietis*
*auxiliũ?* Q. d. ad nullius
rei certe, cũ quãlibet in vos
inſurrexiſſe ſentietis. Vn-
de Caim poſt peccatũ ſuũ
Geneſ. 4. clamabat dicẽs Deo. *Ecce*
*nũc proijcis me à facie tua,*
*quis me non interficiet?* Q.
d. quę creatura nõ inſurget
in vltionẽ aduerſum me?
Et hoc ſatis patet per figu-
rã in Iſa. 19. *Ecce Dñs aſcẽ*
Iſai. 19. *dit ſuper nubẽ leuẽ, & in-*
*gredietur Aegyptum, &*
*areſcet aqua ae mari, cala-*
*mus, & iuncus areſcẽt, &*
*lugebunt piſcatores.* Licet
ad literã loquatur Prophe-
ta ꝺ materiali Aegyptiorũ
vaſtatione ab Aſſyrijs faciẽ
Hieron. da, Diuus tñ Hieroni. dicit,
hic in figura loqui de ruina
totius mũdi. Quãdo ſe ſe-
cara el mar dõde peſcã los
peſcadores, y el junco, y la
caña verde de ſus eſperan-
ças. Et tũc lugebũt piſcato
res vidẽtes, ꝙ fraudati ſint
à deſiderijs ſuis, & in nullo
inuenire poſsint auxilium,
aut protectionẽ. Vnde cla-
mabũt cũ Dauid, *Perijt fu* Pſal. 141.
*ga à me.* Pſ. 141. nullũ inue
nio locũ, ad quẽ protegen
dus cõfugiam poſtquã pec
caui. Sed dices, ad ſanctos
cõfugiam, qui ſæpius Deũ
iratũ ſuis præcibus placaue
rũt, vel ad Virginẽ matrẽ,
quæ ideo aduocata noſtra
nũcupatur. Sed audies qui
dem à Sanctis. *Si ſteterint* Hiere. 15.
*Moyſes, & Samuel corã*
*me, nõ exaudiã eos.* Et ſi ma
ter ipſa accedat ad interce
dẽdũ audiet. Quid michi,
& tibi mulier? Abigail ſua 1. Reg. 25.
intercesſione veniam obti
nuit ab irato Rege Dauid
cõtra Nabal. Sed Berſabe 3. Reg. 2.
nullis præcibꝰ eã obtinere
potuit a Salomone irato cõ
tra fratrẽ ſuum. Et cũ in his
duabus fęminis beatiſsima
virgo depingatur, id doce-
bimur certe. Que a y tiẽpo
en q̃ nada ſe le niegue, y tiẽ
po, q̃ vna merced muy pe-
queña no ſe le concedera,
aun-

aunq̃ mas ruegue. Et quid dicã de ipſo Chriſto Dño cũ plagis ſuis? Si eas patri præſentauerit, placabit illum? Heraſmus tradit. l. 4. Apoph. de quodam milite, qui vt poſtulata obtineret ab Imperatore Auguſto, ex poliauit ſe tunica ſua, qua erat ĩ dutus, ac nudũ corpus vulneribus vndiq; dilacera tũ oſtẽdẽs illi dixit. Si hoc præmio dignus ſum ò Imperator, hæc mea vulnera pro te defendẽdo ſuſcepta dicãt, & iudices ſint. Quibus viſis ſtatim Rex cõceſſit illi ꝙ petebat. Et idẽ affirmat đ Antipatro Ioſeph. lib. 1. de bello Iudaico. c. 9. qui vulneribus receptis in bello pro ipſo Auguſto de fendẽdo oſtenſis illi, Obtinuit ab eo ꝙ petebat. Sed in die illo vltionis nec mater erga filiũ, nec filius vulneratus erga patrẽ aliquid impetrabunt. Et filius ipſe qui nũc Agnus eſt in manſuetudine, tunc Leo ferociſsimus erit in vltione.

*Hiſtor.*

*Hiſtor.*

Num. 5. Quando ſe auia de dar aquel miſterioſo beuedizo á la muger ſoſpechada de adulterio, Inter alia hoc præcipiebat. Que ſe ofrecieſſe vn ſacrificio. Pero el Sacerdote. *Nõ fundet ſuper eã oleũ, nec impo net thus.* Y da la razõ. *Quia oblatio eſt inueſtigãs adulteriũ.* Vaya ſin azeyte đ miſericordia, y ſin incenſo. Nullo. n. ſacrifitio eã obtinebit. Dd. Pſ. 31. *Pro hac orabit ad te omnis.* S, .i. ꝓ remiſsione, & venia, đ quibus hic loquit̃. *In tẽpore oppor tuno.* Que es el de la vida, porq̃ deſpues no la alcançara. Et Iſidor. li. 2. Sent. c. 7. indulgentia peccatorum ſciendũ vbi, & quando datur. Vbi, niſi intra Eccleſiã Catholicam? Quando, niſi ante venturi exitus diem? Vnde hũc met agnũ vidit Ioan. in arietem iam cõuerſum, & cornua ſeptẽ ĩ capite haberẽ. Cabeçudo, y inexorable. Et Trhen. 3. *Vrſus inſidians factus eſt michi Leo.* Leo. n. ille de Tribu Iuda cõuerſus erit tunc in

*Num. 5.*

*Apoc. 5.*

vrſum

vrſum inſidiãtẽ. Quia Leo licet ferocißimus ſit, in ſibi tamẽ ſubiectos ſe negat eſſe ferã, vt quidã Poetarũ cecinit. In illo tamẽ die hãc benignitatẽ prorſus amiſiſſe videbitur, quã nũq̃ nouit vrſus, ideo in vrſum dicitur conuerſus nobilißimus hic Leo noſter. Bene ergo dixit Iſaias. O miſeri peccatores. *Ad cuius tũc cõfugietis auxiliũ?* Et hoc ipſum innuere nititur Euãgeliſta dicens, in omnibus creaturis horribilia ſigna fore videnda. Erunt ſigna in Sole, & Luna.

## *Areſcẽtibus hominibus præ timore.*

SEd vnde eis timor hic originabitur? Ex horribilitate ne ſignorum? Minime, licet hoc ſati ſufficeret ad tãtũ timorẽ inferendũ. Sed hoc colligemus, ſi doctrinã Patris Aug. ſequamur Auguſt. in li. 2. de doctrina Chriſtiana c. 9. & Baſilii li. 1. de baptiſmo c. 1. & Orig. in Commẽt. Epiſt. ad Rom. c. 2. ꝙ ſcilicet, facilius in ſcripturis, ꝙ queritur, agnoſcitur, ſi ex pluribus locis, quæ de eadẽ re ſcripta ſunt, profe- Hilar. rantur. Vel doctrinã Hilarii amplexemur dicẽtis l. 9. de Trinit. dictorũ intelligẽtia aut ex propoſitis, aut ex cõſequentibus expectãda eſt. Sic nũc ex cõſequentibus patebit intentũ. Addidit. n. Euang. *Et expectatione*. q. d. Ecce vnde tãtus eis tremor eueniet, ex expectatione certe iuſtißimę retributionis pro peccatis ſuis. Et ꝙ hic ſit ſenſus ab Euãg. intentus, ex eo etiã patet, ꝙ adiunxit, Sermonem dirigens ad juſtos. *Leuate capita vr̃a, quia appropinquat redemptio vr̃a.* Ergo illi timeãt, & areſcant, nõ horrore ſignorum perterriti, ſed quia appropinquat dãnatio eorum ęterna. Areſcent ergo præ timore, quẽ ex propria conſcientia tot ſceleribus maculata concipient, ſcientes quod non parçat tunç Deus delinquenti, vt dixit Iob cap. 9. hic erit ti- Iob. 9. mor,

mor, hic pauor, hic cruciatus cordium eorũ. Et quid mirũ quod ſic terreantur iniqui, quando vix iuſtus ſit ſecurus? Ad Simonem Ma-

*Act. 8.*

gum dixit Petrus. *Pœnitentiam age ab hac nequitia cordis tui, ſi forte remittatur tibi hæc iniquitas cordis tui.* Qua (ſcilicet) dona Dei pecunia tua emere voluiſti. Nota illud. *Si forte.* Quiça te perdonara Dios. O Petre ſancte, poſt orationem, & lachrimas, & pœnitẽtiam tantam dubitas, ſi Deus concedat veniam? Nõ

*Ezech. 18.*

ne ipſe dixit Ezech. 18. *In qua hora ingemuerit peccator, nõ recordabor amplius omniũ iniquitatum eius?* Non ne

*Iſai. 1.*

& per Iſaiam clamauit. *Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere, & ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix de albabũtur.* Quaſi dicat quantumq; immania, & turpia fuerint, ſi lachrimis ea laueritis, vt lana alba erunt ideſt radicaliter eorum maculæ auferẽtur a vobis. Quomodo tu dicis, ora, in ſuper & pœnitentiam age. *Si forte remittatur tibi peccatũ tuũ?* Sed maiorẽ forte horrorem cõcipies ex duobus alijs locis ſacræ paginæ. Audita enim prędicatione Ionę, Rex primò ſacco indutus voce præconis clamauit. *Homines, boues, & pecora*

*Iona. i.*

*non ſumant quicquam neq. paſcantur, & aquã non bibant, & operiantur ſaccis homines, & iumẽta, & clament ad Deum in fortitudine.* Et poſt ſic rigidam pęnitentiam impoſitã addidit Rex. *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus.* Attende

ad.

ad illa verba dubitatione plena, quis ſcit. Quiça nos perdonara Dios. Iœl. 2. 2. locus eſt Ioelis. 2. *Nūc dicit Dominus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu, & plāctu, & ſcindite corda veſtra, egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de talamo ſuo: inter veſtibulū & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini dicentes, parce Domine, parce populo tuo.* Et poſt amaras lachrimas, poſt ſciſſurā cordiū, poſt diuortiū ſpōſarū dilectarū, atq; ſeparationē ab illecebris, & voluptatibus, addit Propheta. *Quis ſcit, ſi cōuertatur, & ignoſcat.* Quiça, por vētura ſerā perdonados. Quid ergo faciet peccator, qui nūquā nouit dolere de peccatis ſuis?

*Sed hāc certe turbationem amittes.*

SI verū ſenſum dictorum locorum Sacrę ſcripturæ callueris, non enim dubitant prædicti Prophetæ de venia obtinenda poſt verā pænitentiā, ſed de veritate & perfectione ipſius pænitentię. Nā cōtritio vera infalibiliter obtinebit integram peccatorū veniā. Sed vtrū hęc noſtra pænitentia vera ſit, ſemper latet vnūquemq; hominū, qui de ea re diuinitus nō fuerit edoctus. Ideo ſemper ad eſt nobis Ratio timēdi. Vnde. Eccl. 5. *De ꝓpitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Eccle. 5. Si iam propiciatū eſt michi, quid timebo? Dupliciter exponamus propoſitionē illā ꝙ non ſimus ſine metu de propitiato peccato. i. propter periculū Relapſus. Licet. n. Remittatur peccatū, Remanent tamen in anima Reliquię quædā n̄ cōtēnendę, ſcilicet pronitas,

pro-

propenſio, & inclinatio adillud mer peccatū. Vnde Dd. Remiſſo iā peccato adhuc clamabat. *Amplius lauame.* Et textus Hebr. habet. *Multum, multū lauame.* Et tūc iā quieſces? Minime, immo altius reſonabit, cor mūdū crea in me Deus. Quia hoc vetus ſemel iā fæcibus luxuriç coinquinatū, pronitatē ad turpia nunquā amittet, quç pronitas tantā vim habet ad inducendū in idē peccatū, vt vix periculū Reincidentiæ effugere valeamus. Bene ergo admonet Spiritus S. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* I. noli eſſe ſine metu, qz licet vere, & Realiter tibi ſit Remiſſum, hoc tñ ſemper tibi occultū, & incertū eſt, ideo tibi ſemper timendū erit. *Neſcit enim homo vtrū odio, an amore ſit dignus.* Dicit Eccl. 9. ꝙ minime Intelligas de

Pſalm. 50.

Eccle. 9.

peccatoribus, qui dū in peccato perſeuerant, ſatis certo ſciunt, ꝙ toto odio digni ſint. *Odiſti omnes qui operātur iniquitatem.* Dixit Dauid. Pſal. 5. ſed loquit de eo qui nō peccauit, l. poſt peccatum magnam pænitentiā fecit. Iſte. n. adhuc ignorat. *An odio, an amore dignus ſit.* Quia vtrūq; incertū eſt illi, an (ſcilicet) nō peccauerit, vel an poſt peccatū verā pçnitētiā fecerit, qua Remiſsionem obtinuerit. Ideo dicebat Pau. *Nichil michi cōſcius ſum, ſed nō in hoc iuſtificatus ſum.* Ex qua incertitudine. n. paruus ſēper erit nobis timor. Quod ſi ſic erit iuſtis, ac pænitētibus, & amarè flētibus, quid peccatoribus, qui omni ſcelerū pōdere grauātur, & arguūtur à cōſciētia ſua? Bene ergo areſcentibus hominibus prç timore, & expectatione.

Pſalm. 5.

1. Cor. 4.

Tunc

## *Tunc videbunt filium hominis.*

IBiq; erit fletus, & ſtridor dentium. Tũc (inquit) videbũt. Quaſi dicat nunc ſæpius audierunt auribus ſuis quanto rigore veniet adiudicandum, nec terrentur audientes, tunc ergo proprijs oculis videbunt iram, atque furorem eius, vt videntes diſſoluãtur tremore. Ea enim quæ videntur, efficatius mouent nos, quã ea quæ audiuntur. Sic Poeta cecinit. *Segnius irritãt animũ demiſſa per aures, quã quę ſunt oculis ſubiecta fidelibus.* Idque latius experientia docuit. Tunc ergo videbũt. Dauid Pſal. 69. *Mõtes ſicut cera fluxerunt a facie Dñi.* No ay monte que no ſe eſtremezca, ni cerro que no ſe derrita como cera delante del, y tiemble. Et Pſalm. 17. *Commota eſt & cõtremuit terra, fundamẽta montiũ cõturbata ſunt quoniam iratus eſt eis.* En viendo a Dios ayrado que montaña aura que no tiẽble? Atque ideo Iob dixit. *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipſe me repræhendo, & ago pœnitentiam* (Nec qualemcũq.) ſed. *In fauilla & cinere.* Quaſi dicat quod audiens te non feci, coactus ſum facere videns te. Sepę audierunt peccatores a prędicatoribus furorem iudicis in illo die, nec timuerunt, videant ergo tunc eum proprijs oculis vt terreantur. *Ibiq; erit fletus, & ſtridor dentiũ.* Si audientes ipſę met ſponſę, ecce ſponſus venit, cęperunt pauere, ac tremore diſſolui quid quando

*Poeta.*

Iob. 42.

Math. 25.

quando inimicis Iudicis di
catur, ecce Iudex venit, &
cum proteſtate magna? Si
Eſther.15. Regina Eſther irati Regis
Aſſueri ferre non valens
vultũ præſentem, corruit
in terram. Si Rex Babilo-
Dan.5. nis videns. *Digitos quaſi
manus hominis ſcribentis
in pariete.* Sic per territus
eſt, vt facies eius commuta
ta fuerit, & cogitationes
eius conturbauerint eum,
& compages renũ eius ſol
uerentur, & genua eius ad
ſe inuicem colligerentur.
2.Reg.24. Si Rex Dauid viſo Angelo
euaginato gladio cõtra po
pulum expauit, & contre-
muerunt omnia oſſa eius,
Lyran. In tantum quod audeat di-
cere Lyranus explicãs ver
3.Reg.1. ba illa.3.Reg.1. *Cum operi-
retur veſtibus, non calefie-
bat David.* Hanc ei eue-
niſſe frigiditatem ex con-
cepto pauore illo Que nũ-
ca mas pudo tornar en ſi,
ſino quedo ſiempre tem-
blando, como cõ perleſia.
De quo tremore, ac frigi-
ditate, illud etiam intellige

re liceat, quod ipſe fate-
tur. Pſal. 37. *Nõ eſt ſanitas* Pſal.37.
*in carne mea à facie iræ
tuæ. Non eſt pax oſsibus
meis à facie peccatorũ meo
rum.* Tiemblo con todo el
cuerpo, quando me acuer-
do de aquel cuchillo, q̃ mi
pecado deſenuayno cõtra
el pueblo. Quid ſi gladium Apoc.1.
illum vtraq; parte acutum
de ore Dei proceden-
tem, ac contra ſemet ip-
ſum vidiſſet euaginatum?
Si deniq; Ioannes videns
hunc iudicem, qualem nos
venturum ſperamus. *Ceci-* Apoc.1.
*dit ad pedes eius quaſi mor
tuus.* Quid faciet pecca-
tor, qui eum mille crimini
bus in citauit aduerſum ſe?
Si denique meditatio, at-
que ſola illius diei memo-
ria, ac recordatio intolera-
bilis erat ei, qui dicebat.
*Quis poterit cogitare diẽ* Malach.3.
*aduentus eius? Et quis ſta
bit ad videndũ eum?* Qua-
ſi dicat ſi ſola recordatio-
ne, ac memoria huius diei
diſſoluimur præ timore,
quid erit, cum ipſum iudi-

cem tunc videamus in toto furore ſuo? Qualiter poterit conſiſtere tunc peccator? Ideo monebat Dauid.
Pſal. 2. *Apprehendite diſciplinã, nequando iraſcatur Dominus.* Ideſt, ne diferatis pænitentiam, ſed ante furoré illius diei apprehendite illam. Verbum. *Apprehendere.* Magnę ponderationis eſt. Mas dize, que tomar. Es dezirles, afferraos della, que nadie pueda quitaros la de la mano. Expergiſcimini ergo fratres nũc quando vno fletu, vnaque lachrima tantum furorem euadere valetis.

## *Eſuriui n. & dediſtis*

QVis ergo deinceps vitã ſibi promittet ęternã, ex ſola fide, ſine operibus? Ad Phi. 3. *Saluatorem expectamus, Dominũ N. I. Chriſtũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtrę, cõfiguratum corpori claritatis ſuæ.* Quod in hoc vltimo die futurũ non dubitamus. Sed duo pręcipue verba notãda ſunt valde, primũ eſt. *Corpus humilitatis noſtrę.* 1. corpus valde humiliatũ. Quod idem eſt apud Hebræos, quod abiectum, & contemptum. Muy abatido, y maltratado. Vnde explicat. S. Tho. *Corpus humilitatis.* Ideſt abiectionis. Sic Dauid. Pſal. 50. *Et exultabunt oſſa humiliata.* Ideſt abiecta, & deſpecta. Maltrada cõ penitẽcias, cilicios, mortificaciones, &c. vnde. Humillar es lo miſmo que maltratar. Secũdum verbum nota dignum eſt. *Reformabit.* Ideſt iterum formabit, poſtquã incinerem ſit conuerſum. Lo tornara á formar de ſus proprias cenizas. Lo reſucitara. Y con tantas ventajas mejorado, que dize S. Pab. *Configuratum corpori claritatis ſuæ.* Que parezca ſemejante al ſuyo clariſsimo. Sed quæ corpora ſic reformabuntur? *Humiliata. Corpus humilitatis noſtræ.* Los muy humillados, y maltratados con penitencias,

Philip. 3. D. Thom. Pſalm. 50.

nitenciaſ, ayunos, cilicios, perſecuciones, &c. Los q̃ lo merecieren por ſus buenas obras. Cætera reformabuntur quidem, quia reſurgent etiam. Sed non cõfigurabuntur corpori claritatis Christi. Quod dixit
1. Cor. 1. Pau. 1. Cor. 1. *Ecce miſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur.* Magnũ certe miſterium. Si quidẽ reſurrectio cõmunis erit, omnia enim corpora reſurgent. Sed magnum valde, quod non omnia immutabuntur, nõ omnia configurabuntur corpori clariſsimo Chriſti, ſed quæ proprijs id operibus meruerint.
Prouer. 30 Sic Prou. 30. *Stellio manibus nititur, & moratur in domibus Regum.* Et vertunt. 70. *Aranea manibus nititur, & moratur, &c.* Quaſi dicat, licet aranea in ædibus Regum opulẽtiſsimis ſit, omniq; rerũ affluentia redundantibus. No ſe fia de eſſo, ni ſe echa á dormir con eſſa confiança. Immo. *Manibus nititur.* Se deſentraña hilando, y trabajando de noche, y de dia para comer. En ſu trabajo tiene ſu confiança. Eſſo es. *Manibus nititur.* Docet Salomon quid cuilibet facere liceat in Eccleſia opulentiſsima noſtra, ne fame pereat. No ſe fie de dezir, en buena caſa eſtoy, y llena eſta de bienes, y riquezas. Sino gane por ſus manos lo que ha de comer. Manibus ſuis nitatur, aliter enim fortè fame peribit. *Veni de libano ſpõſa mea, & coronaberis de capite Amana, de vertice ſanyr, & Hermon, de montibus Leonum, &c.* Cant. 4. Libanus ideſt candidatio, ſecũdum Hiero. Es obra de blanquear, que cueſta tan caro, como ſe vee enel molino de papel. Quaſi dicat, alba valde debes venire ad me, ſi id deſideras, quæ de albatio maximo cum diſpendio, & labore tuo fieri debet. Muy à coſta vueſtra. Aliter nõ co- Cant. 4.

ronaberis. Ideo dicit hanc coronam colligendam. *De montibus Leonum, de cubilibus pardorum.* Por entre Leones, y tygres aueys de paſſar, ſi la quereys ganar, pelear teneys, y vẽcer paſſiones crueles, como tygres, &c. animalia Ezechielis, quę tanto impetu rapiebãtur in altũ, alas habebãt, & manus ſubalis. *Et manus hominis ſub pennis eorum.* Ezech. I. per alas fidẽ intelligas, & per manus opera. Nec alis ſolummodo ſic raperentur in altum, niſi & manibus adiuuarentur. Sed ſi vtrumq; adſit. Sera correr à remo, y vela. *Sine fide impoſsibile eſt placere Deo.* Dixit Paul. Hebr. I. hoc veriſsimũ eſt certe. Sed certum etiã credas, quod ipſe met Paulus dixit. I. Cor. 13. *Si habuero omnẽ fidẽ, charitatem autem nõ habuero, nihil ſum.* Ergo fides ſola non ſufficit ad ſalutem, ſine operibus charitatis. Matth. 16. *Reſpõdẽs Petrus dixit, tu es Christus filius Dei viui.* Et dixit Chriſtus. *Beatus es Simon Bar jona, quia &c.* Pedro fue el que hizo la confeſsion, y Simon es a quien ſe da el premio. Quid hoc? Doctor quidam reſpõdit, quia Petrus idem eſt, quod cognoſcens Deum: & Simon. I. obediẽs. El que pone por obra lo que conoce. Eſte pues ſera beatificado, no el otro. Ideo dicitur hodie. *Venite benedicti, percipite regnum, eſuriui enim & dediſtis michi manducare &c.*

Ezech. I. Hebr. I. I. Cor. 13. Matth. 16. Raulin.

DOMI-

# DOMINICAE PRIMÆ ADVENTVS SERMO SECVNDVS.

## *Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis.* *Luca.* 21.

Iudic. 2. IN lib. Iudic. 2. cap. narrat hiſtoria diuina, quod cum filij Iſrrael obliti benefitiorum Dei multorum fierent idolorum cultores, multorumque ſcelerum obnoxij, aſcendit ad eos angelus quidam, & ſingula quę à Deo receperant beneficia, reduxit illis in memoriam, ac ingratitudinem eorum ſimul propoſuit, qui tot ſceleribus vicem Deo rependiſſent. Quibus auditis ab increpante angelo, eorum corda tanto ardore mota ſunt, vt ex profuſſarum lachrimarum abundantia locus ille nomen acciperet, ac deinceps nuncuparetur. *Locus flentium ſiue lachrimarum.* Nec miror certe, quia angelus erat qui prædicabat illis, ac plene nouerat, quæ in extremo iuditio videnda, & in inferno tolleranda, ac patienda ſint. Ob quod diues ille in inferno ſepultus rogabat Deum, vt aliquem ex mortuis mitteret ad viuentes fratres ſuos prędicatorem, vt pænitentiam amarent, nullus enim viuentium ingenio ſuo poterit veritates illas ſic ponderare. Et nos etiam hoc exoptarare deberemus, qui maioribus benefitijs ingrati inuenimur. vel ſaltim petamus omnes linguam meam ab ſpiritu diuino nunc fulciri. Luc. 16.

## *Erunt ſigna in Sole, & Luna.*

IN illa Aegyptiorum ętate florentiſsima, tãto virtutum amore eorũpectora æſtuabant, vt nullũ prætermitterẽt modũ, quo ciues ſuos ad eas amãdas, & acquirendas, ac acquiſitas iugiter retinẽdas, cogere poſſent. Vnde inuiolabili lege ſanxerunt, vt poſt cuiuſuis mortẽ exangue corpus eius in publicũ quendã locũ adduceretur, & præconũ vocibus preciperetur conciuibus omnibus, vt ſi quis conſcius eſſet, hominẽ illũ alicuius criminis reũ fuiſſe in vita cõtra leges diuinas, vel ciuiles, ac forte eius potentiam permiteſcens, tacuiſſet, atque celaſſet, nunc ſaltem mortuum apud iudices accuſaſſet eũ. Quod ſi quis in diſtricto illo Iuditio alicuius delicti conuincebatur, tremenda illa, atque in euitabili pena, noſtriſque tẽporibus ſatis horribili puniebatur, quod ſepultura ei omnino denegaretur, ac à fidelium cætu lõgius projiceretur. Quod Iuditium poſt mortem celebrandum in tantũ exhorrebant viuẽtes, vt nec ſomniare quidem auderent aliquid contra leges, de quo poſtea conuinci poſſent. Hanc met viam excogitauit ipſe rerum omniũ conditor, vt corda hominum ad vitia execrãda, & ad virtutes quaſque toto corde amplectendas incitaret, & hoc eſt que clamabat Pau. *Statutũ eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem Iuditium.* Qualiter breuius, aut clarius id potuit proponi nobis? Aſtabunt enim omnes ante tribunal Chriſti, vt omnium criminum ſuorum diligentiſſima fiat ſcrutatio, ac conquiſitio, ſed proh dolor, proph pudor, quod Iudicis humani Iuditium, ac humanorum teſtium accuſationem, (quibus exteriora ſolum modo crimina nota eſſe

*Hiſtor.*

*Hebr. 9.*

eſſe poterāt) Aegyptij per timeſcentes, à vitijs omnino compeſcebantur, ita vt nec excogitare quidem aliquid auderent cōtra leges. nos vero Chriſtiani ab illo iudice iudicandi, quem latere nihil poteſt, & ab ipſis angelis accuſandi, & æterna etiam damnatione puniendi, ſi alicuius criminis tunc conuicti fuerimus, Nec pertimeſcimus, nec vitia deſerimus, nec ad virtutes excitamur. Vt ergo ad vtrumque incitemur, omnes hoc Iuditium ſubituros, proclamabat mater Eccleſia, cuius horribilia ſigna præceſſura nunc enumerat dicens, erūt ſigna in Sole, & Luna.

## *Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis.*

IN ipſo ſtatim Euangelij limine ipſa ſe offert dubitatio, nec prima quidem facie contemnenda. Nam ſępius tradit ſcriptura diuina hunc diem extremū repente, & præter expectationem venturum. Sic
Pau. 1. Theſſ 5. *Vos ipſi ſcitis, quia dies Domini, ſi-* *1. Theſ. 5.*
*cut fur in nocte veniet, cum enim dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*. Et
2. Petr. 3. *Adueniet dies* *2. Pet. 3.*
*Domini ſicut fur.* Et hoc quia ſicut fur ad illud tempus differt aduentum ſuū, quo nimio ſopore oppreſſi homines, minus de aduentu illius timeant, ſic iudex quaſi fur veniet, quando ſomno vitiorum oppreſsi homines minus illum expectent. Ideoque
Matth. 24. monebat Chriſ- *Matth. 24*
tus. *Vigilate, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Quomodo ergo nunc clamat Euangeliſta, quod ſigna præcurrere debeant. Tot enim, tantiſque ſignis præuiſis, neſcio qualiter fieri poſsit, vt inſcius, & incau-

incautus tunc quis inueniatur. Sed ad hoc multi multa dicunt. Nec debeo ſingulorum opiniones adducere, ſed breuiter veritatem explicare conabor. *Auguſt.* Auguſt. ad Eſichium intelligit illud Pauli. 1. ad Theſ. 5. *1. Theſ. 5.* de pace, & ſecuritate tunc futura, quantum ad perſecutionem Eccleſiæ, & ſanctorum. Licet enim tūc temporis maximas patietur Eccleſia perſecutiotiones ab ipſo Antichriſto, & miniſtris eius, illæ tamen aliquot antea diebus totaliter ceſſabunt, vnde maxima pax, atque ſecuritas ſubſequetur, atque ideo benedicitur, quod erit tunc pax, tranquilitas, atque ſecuritas. Et quando dicitur, quod repentinus adueniet interitus, intelligitur quantum ad ſigna hæc præcedentía, quę in media illa ſecuritate incipient apparere, & manifeſtari. Et ſic intelligit Diuus Thomas in *D. Thom.* 4. diſt. 48. illud, ꝙ veniet hic dies tanquam fur. Scilicet, quantum ad hęc ſigna. Totum enim tempus poſt initium ſignorum dici poteſt dies Iuditij. Quo ſic intellecto omnis prorſus tollitur cōtradictio, ac repugnantia. Quod ſi de ipſomet die Iuditij id intelligatur, quod veniet tanquam fur, & repentinus, tunc ipſemet Chriſtus ſoluit dubitationem. Matth. 4. *Sicut in diebus Noe, ſic erit & aduentus filij hominis.* *Matth. 24* Nam ſicut per centum annos ante diluuium Noe ruinam venturam proclamabat, nec cognouerunt edentes, & bibentes, donec diluuium venit, & tulit eos, ita *Geneſ. 8.* eueniet in aduentu Chriſti licet enim tot ſigna pręcurrant, homines ebrietate, ac luxu ſopitos, ideoque totaliter in cautos inueniet iudex adueniens, Vnde merito repente venturus prædicatur. Ideo S. Petrus dixit. *Venient in nouiſsimis diebus illuſſores dicentes, Vbi eſt promiſsio, aut aduētus eius? Ex quo enim patres* *2. Petr. 3.*

*tres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturę.* Quaſi dicat, multis iã ab hinc annis minati ſunt prædicatores hoc crudele Iuditium venturum, & nũquam acceſsit, ſine dubio ad terrorem tãtum agitur de hoc negotio. Ideo licet tot ſigna præcedant, repente eueniet eis iſte tremendus dies.

## *In Sole, & Luna.*

Ioel 2. QVod prædixerat Ioel Propheta cap. 2. *Sol cõuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.* Et
Apoc. 6. Ioannes poſtea loquens de ipſo met die dixit. *Et ecce terræ motus factus eſt, & Sol factus eſt niger tanquã ſaccus cilicinus, & Luna tota facta eſt ſicut ſanguis, ſtellę cæli ceciderunt ſuper terram, & cęlum receſsit ſicut liber inuolutus.* Soleys arrollar, y reboluer en vn pergamino negro, y feo, vn libro lleno dentro de mil matiçes, è illuminaciones, y cubiertas eſtas queda todo obſcuro, y feo. Sic apparebit tunc cælum inuolutum, totaq; eius pulchritudo occultata ſub exteriori caligine, & horrore. Sæpius Deus vt horribilitatem alicuius vltionis faciendę ponderaret, ſimilia ſigna in Sole, & Luna propoſuit. In illa Aegyptiorũ obſtinatione, & proteruia, Exod. 10.
Sol lumen ſuum, radioſq; ſuę lucis repręſsit, totãque terram denſiſsimis contexit tenebris. Idemque, ac per longũ tempus in morte Chriſti contigiſſe, atteſtatur Matth. 27. pro perfidia Iudęorum. *A ſexta autem hora factæ ſunt tenebræ ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonã.* Matth. 27
Ex quo ſapiẽtiſsimus Dionyſius coniecit, aut Deus Dionyſius
naturę patitur, aut tota mũdi machina diſſoluitur. Et vere ſic erat, nã Deus ipſe duriſsima tormenta tunc pro nobis paciebatur. Et nunc denique prima hor-

rendi Iuditij ſigna aſsignā tur in Sole & Luna. Sed vn de euenitq; hęc obſcuratio eorū talē indignationē vltionis, ac iudicis prę ſe ferat, & indicet? Inde certe, ꝙ ipſa met natura euidētiora ſigna indignationis interioris, atq; cordiū furoris, in ipſis met oculis collocauit. Cū.n. corda hominū inuiſibilia, immo & inſcrutabilia nobis ſint, in oculis eorum quid interius lateat, facile inuenies, atq; cōſpicies. Vnde Poeta quidam dicebat. Eloquar? An flāmę nō eſt opus indice notę, ſed plaſquā vellē, iā meus extat amor. Si tacuſti, qualiter interior flāma apparuit, qua vreris? Per oculorū certe feneſtras ipſa met flamma prodibat. Hinc etiā D. Parterme' dicebat, impudicus oculus impudici cordis eſt nūtius, nec certiorē quidē tuę impudititiæ teſtē deſiderabo. Sic & Iob dicebat. *Inimicus meus terribilibus oculis me intuitus eſt*. Sed quid inde conieciſti ó vir

Gen. 17.
Ouidius.
August.
August.
Iob. 16.

ſanctiſsime? *Oppreſsit me dolor meus, & in nichilū redacti ſunt oēs artus mei.* Ex illo.n. igneo oculorū colore cōieci, quanto furore incēſus veniret aduerſum me inimicus meus, & præ timore contremuerūt omnia interiora mea. Et quando Eſther Regina ingreſſa eſt ad Regē Aſſuerum, cū primum eleuaſſet Rex faciem ſuam, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Corruit Regina, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinauit caput. Vnde ſancta hęc mulier tantū Regis contra ſe furorem in pectore incluſſum cognouit? Ex rubicundo quidem, ac ignoto oculorum colore. Hinc ergo & nos conjiciamus, quanto furore incenſus veniet ad iudicandū Chriſtus Dominus, ſi quidem vt dixit Ioannes *Oculi eius tanquā flamma ignis apparebunt*. Certiſsimum ſignū furoris, atque indignationis. Cum ergo

Eſther. 15.
Apoc. 1.

Sol, & Luna ſint quaſi duplex cælorũ oculus, quos claudet cælum in illa die, atque caliginoſos, & fumigantes oſtendet, indicum euidens erit furoris, ac indignationis iudicis. Ideo erũt ſigna in Sole, & Luna.

## *Areſcentibus hominibus præ timore.*

Bien hà encarecido con eſſo, quan grãde ſera el temor de eſſe dia. *Peior eſt bello, timor ipſe belli.* Dixo Seneca. Mas ſe ſiente el temor de la guerra, que ella miſma. Et de ſtrage alia lõge inferiori dixit Virgil. *Crudelis vbique luctus, vbique pauor, & mortis imago.* No ſe oyé en todas partes ſino crueles llantos, el mirarſe es ver retratos de muerte. Totũ hoc põderauit Euang. dicens. *Areſcentibus hominibus præ timore.* Quod etiam dixit Dd. in illis verbis Pſ. 37, *Nõ eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorũ meorũ.* Pero ya en ellos viene tarde ſu dolor, y penitẽcia. Et ſic eorũ pallor, meror, ac cordis afflictio nichil prorſus proderit eis. Sic Dd. *Cõuertẽtur ad veſperã.* (A la noche, muy tarde) ideo, *Famẽ patiẽtur vt canes. Et circuibũt ciuitatẽ.* Quęrẽtes, ſcilicet, ianuã ad intrandũ, ſed clauſam inuenient, quia ſerò, ac tarde venerũt. Sic ſpõſę, quę dormitauerãt, tarde veniẽtes, ac ianuã clauſam inuenientes, circuibãt domũ Dei ſicut canes, querentes portã ad ingrediendum, & præ dolore clamabãt *Dñe, Dñe aperi nobis.* Sed audierunt. Neſcio vos. Tarde viene vrõ buſcar, y llamar. Sic dicebat Ioã. Apoc. 22. *Perportas intrẽt ciuitatẽ, qui lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni: foris canes, & benefici, impudici, & homicidæ, atq; omnis qui amat mendatium.* De fuera cercando los muros como perros rabioſos, buſcando por donde entrar. Sed ſerò

Seneca. Virgil. Pſal. 37. Pſal. 58. Matth. 25. Apoc. 22.

venientes

venientes ianuam inuenerunt clauſam, quę non aperietur eis in æternũ. Apoc. 3. *Quia claudis, & nemo aperit.* Quoties de victa iam Carthagine veniebant Romani ad tributa exigẽda, ciues amarè plangebant, ægre ſa- Hiſtor. tisferentes ſe ad ſolutionẽ eorum teneri, quia nũquá id facere conſueuerant. Auiẽdo ſido ſiempre libres, y hidalgos. Sed dũ illi plangebant, Anibal fortiſsimus eorum dux deambulabat in medio eorum ridens, ac totus lętitia plenus. Quem cum quidam amicus eius corriperet ſuper hãc rem, reſpondit, nolo exiſtimes me gaudere de afliĉtione ciuium meorum, ſed ſeras eorum lachrimas irri Deo, melius enim fuiſſet eis acriter pugnaſſe pro defenſione ſua, immo & mortem duriſsimam ſubiſſe, quam nunc amare plangere ſine fructu, lachrimæ enim eorũ ſerò valde nunc acceſſerunt. *Letabitur iuſtus, cũ* Pſal. 57. *viderit vindictam.* Pſal 57.

ſcilicet, peccatorũ, de quã ibi loquitur. Se reyran de ſus dolores, y lagrimas tan ſin tiẽpo. Item Alexander Hiſtor. Magnus militem quẽdam proiecit de exercitu ſuo, quia tuba iam reſonãte inſignum ad bellum agrediendum, dumque cæteri ad id arma aſſumerent, tũc ipſe cæpit enſem acuere, ac arma diſponere. Se puſo muy de eſpacio á azicalar, y amolar la eſpada. Cui Rex dixit, ſero id aggrederis, iã id feciſſe oportebat, vade in pace in domũ tuã. Et Iudæ dicenti. *Peccaui* Matth. 27 *tradens ſanguinem iuſti.* Reſponſum eſt. *Quid ad* 2. Mach. 9. *nos, tu videris.* Ya venis tarde con vueſtro arrepentimiẽto, tomad lo que os viniere. Et de peſsimo viro Antiocho dicitur. 2. Mach. 2. Mach. 9. 9. *Orabat ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſequuturus.* Et Heb. 12. de Eſau dixit Pau. Heb. 12. quod cum eſca vna vendidiſſet primo genita ſua, & cuperet poſtea hæreditare bene-

benedictionẽ, reprobatus eſt. *Nõ.n.inuenit pænitentiæ locũ, quãquã cũ lachrimis exquiſiſſet eã*. Et hoc nõ certe ex eo, ꝙ pænitentia vera inualida ſit, ſed potius quia pęnitẽtia illa vera nõ fuit, qualis præſumitur eſſe, quæ difertur, ad vltimũ vitæ. Hęc. n. magis ex timore, quã ex amore procedit. Vnde indigna prorſus eſt venia. Sic Mich. 1. dicebat in perſona populi ſui oppręſſi à Senacherib. *Plãgã, & vlulabo, faciã plãctũ velut draconũ, & luctũ velut ſtruthionũ, quia deſperata eſt plaga eius*. Rupertus ſuper hoc dicit, ꝙ elephantes bella gerunt cũ draconibus, cum q; draco vincitur, vlulatu valido auxilium petit. Struthio vero crudelis, deſerit filios, quos ipſe met genuit, & poſtea deſeruiſſe ſic dolet vt ipſe etiã gemitibus magnis auxiliũ petat adquęrendũ illos. Sed nec iſte, nec ille adiuuãtur ab exaudiẽtibus lamẽta eorũ. Sic certe plãctus populi mei erit, q. plãctus ſtruthionũ, vel draconum. Non enim exaudietur, quando oppræſſus clamauerit ad Deum, quia duritiam draconũ, & ſtruthionum ad huc retinet in pectore ſuo, quam ſi plangentes reliquiſſent, ſine dubio exaudirentur á piiſſimo Deo. Hinc eſt, quod cũ Pharao, dũ iam penè emergeretur, potentiam Dei agnoſcens diceret. *Fugiamus Iſrael, Dominus. n. pugnat pro eis*. Et terga ſimul vertentes iter iam pręocupatum inuenerũt. Acordo tarde, ya ſe auiã juntado las aguas, ſeñal q̃ ſu dolor era por ſu peligro, y no por Dios. Et ſic oẽs perierunt & 2. Reg. 2. Aſſael perſequebatur Abner inceſanter, quẽ rogabat Abner vt recederet paululũ ab eo, & deſineret perſequi eũ. Recede (inquit) & noli me ſequi, ne cõpellar confodere te in terrã. Sed quia noluit audire eũ, inter fecit illũ. ob ꝙ Ioab frater Aſſael perſequens

Mich. 1.
Rupert.
Exod. 14.
2. Reg. 2.

ſequēs Abner fortiter, reſpondit ad illum dicentem. *Vſque quo non dices populo, vt omittat perſequi fratres ſuos? Viuit Dominus, ſi loqutus fuiſſes mane, receſsiſſet popolus.* Pero ya no es tiempo, hablaſtes tar de tened paciencia. Hinc Pater Auguſtinus dicebat. Cum vult impius (ſcilicet, Deo reconciliari, & pænitentiam agere,) nō poteſt, quia cum potuit, noluit. Et hoc non quia doctiſsimus Pater, atque ſanctiſsimus tollat aliquando liberū arbitrium in peccatore, ſed dixit non poteſt, quia vel repentina morte merito præocupatur ſępius, vel à grauiſsimis doloribus poſſeſſus parum, aut nichil ad id attendere valeat. Sed tamen id certiſsime continget reprobis in extremo die, non enim exaudietur, licet præ timore doleant, & areſcant: Areſcentibus hominibus. *Auguſt.*

*Tunc videbunt filiū hominis venientem, &c.*

Iſte filius hominis Chriſtus Dominus eſt, qui procul dubio in forma hominis iudicaturus apparebit. Licet enim plenaria poteſtas ad iudicandum ad diuinitatē authoritatiue pertineat, ex quadam autem admirabili cōmiſsione ad Chriſtum pertinet, in quātum homo eſt. Sic Ioānes. 5. *Nec enim pater iudicat quemquā, ſed omne iuditium dedit filio, & poteſtatem dedit ei iuditium facere, quia filius hominis eſt.* *Ioan. 5.* Et Pater Auguſt. illa forma iudicabit, quæ iudicata eſt, ſedebit vt iudex, qui ſtetit vt reus. *Auguſt.* Et Gregor. in poteſtate, & maieſtate viſuri ſunt, quem in humilitate poſitum audire noluerūt. *Gregor.* Et Iſidorus lib. 1. ſent. c. de iuditio, reprobi humanitatem Chriſti, in qua iudicatus eſt, videbunt, vt doleant, diuinitatem eius non videbunt, ne gaudeant. *Iſidorus.*

Sed

## *Sed dices fortè.*

BOnum michi, quia homo ſimilis mei me iudicaturus eſt, leniter enim, ac pie, mecum aget. Immo & hoc malum tibi. Quia homo dicitur venturus ad iudicandum, vt homo quilibet ſpe veniȩ ab eo tūc obtinendæ prorſus priuetur. Ideo pater nō iudicat quēquā. Nō quidē quia pater nō iudicet quemquā ſimul cum filio, cum opera trinitis ad extra ſint indiuiſa. Vnde iam prȩceſſerat. *Nō poteſt à ſe filius facere quidquam, niſi quod filius viderit patrem ſuum faciētem.* Sed pater tunc nō iudicaturus dicitur, quia non apparebit in illo iudicio pater viſibilis omnibus, ſed ſolus filius in carne humana. Sic tenet Auguſt. ſuper hoc. Ideo dicitur. *Sed omne iuditiū dedit filio.* Quia ſi pater iudicaret, paterno forte affectu procederet, ſed omne iuditium dedit filio, quia filius hominis Ioan. 5. eſt, vt infra dicitur, quaſi dicat, quia ſine aliqua miſeratione iudicabit, immo cū toto rigore procedet. Homo. n. in crudelitate neſcit habere modū. Leo miteſcit ſæpius, homo nūquam miſſo Daniele in lacū Leonum, vt deuoraretur, iuſsit Rex lapidem magnum afferri, atque ſuper os laci apponi, & ſuo met anulo obſignari. *Ne quid fieret contra Danielem.* Quem Rex Daniel. 6. maxime diligebat. Timuit enim ne ab accuſatoribus lederetur Daniel. Leonibus, o Rex, illum ſine metu tradidiſti, & tanta cura, ac timore eum ab hominibus cuſtodire niteris? Vtique, quia feras quaſq; quandoque miteſcere noui, hominē veró nunquā, vnde pro maxima pōderatione dixit Marcus de Chriſto Domino. *Tradetur pro nobis in manus hominū.* Nec Marc. 9. potuit quidem breuius, aut melius exaggerare, quanta pro nobis pertulerit. Si enim manus vna hominis

ſola,

ſola, immo vnius manus digiti, immo non veræ manus digiti, Sed quaſi manus hominis, tanto horrore affecit Regē Balthaſar, vt ea viſa facies eius cōmutaretur, & cōpages renū ſolaerentur, quid ſi veram manum hominis cōtra ſe deſcendentem vidiſſet? Quid ſi manus? Quid ſi hominē, & in ſe valde iratum? Hinc eſt quod Dauid reſpondit ad Angelū dicentē ſibi, elige de tribus vnum, quod malueris. *Aut ſeptem annis veniet tibi fames, aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos.* Peſtem, inquit, eligo, quia melius eſt, vt incidam in manus Dei (cuius multæ miſerationes ſunt) quam in manus hominum, qui miſereri minime nouerunt. Hinc patet ponderatio Iudæ petentis á patre ſuo puerum Benjamin. *Niſi reduxero eum tibi, reus ero peccati in te.* Non dixit. *In Deū.* Sed *in te.* Qui ſic

Dan. 5.

2. Reg. 24.

Geneſ. 43

dure caſtigaſti primogenitum Ruben, Geneſ. 49. *Nō creſcas, &c.* Hinc eſt, quod quoties Deus voluit vltionem aliquā ſumere de aliquo, ſed cum maxima miſericordia immixta, eam nullatenus alicui homini committebat. Sed propria manu ipſe met Deus vltor erat. Quod ſi aliquando vltionem homini committebat, cor eius humanum in diuinum immutabat, vt ſic miſericorditer puneret. Vnde miſſurus Deus Moyſem ad Pharaonem, dixit illi *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Quia plenā ei poteſtatem ſuper illū conceſsit, quis non crederet, quod in nichilum redigeret illum Moyſes? Por eſſo lo hizo Dios, y no hombre, Deus enim pacientiſsimus, ac mitiſsimus eſt. Si homo tantum eſſet Moyſes, totam ſine dubio ſubuertiſſet terram Aegypti. Vnde & mitiſsimus Deus dicebat per Oſeam. 11 *Non faciam furorem iræ meæ*

Geneſ. 49.

Exod. 9.

Oſea. 11.

vt

*vt diſperdã Ephraim, quia Deus ego ſum, & non homo.* Si fuera hombre arreſtara todo mi furor, y acabara con Ephraim. Sed quoties ſupplitium rigidiſsimum inferre volebat, hoc alicui homini imponebat, vt ſine miſeratione puniret. *Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea.* Iſai. 10. elegit. n. Deus Senaeherib vltorem contra populum ſuum. *Mandabo illi vt auferat ſpolia, & ponat illum in conculcationem.* Ideſt, quod eum ſibi ſubiectum reddat. Pero el hizo mas de lo que le mandaron. *Ad conterendum erit cor eius, & ad internetionem.* Por eſſo dexo Dios en ſu mano la vengança. *Ideo pater non iudicat quemquã, ſed omne iuditium dedit filio, quia filius hominis eſt.* Atq; ideo Paulus dicebat. *Horrẽdum eſt incidere in manus Dei viuẽtis.* Ideſt in manus Dei hominis. In manus inquã

Iſai. 10.

Hebr. 10.

Chriſti Domini, quia habere manus proprium eſt hominis. Et addit. *Viuentis.* Quia ſi iſte Deus homo in cruce ſemi mortuus, vna ſola voce, vnoq; clamore totum orbem contremiſcere fecit, á cælo ipſo vſque ad infernũ ſubter quid quando iſte met homo viuus, immortalis, & impaſsibilis, & cum tota ſua maieſtate, ac potentia venerit adiudicandum? Hinc Amos dicebat cap. 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* Loquitur de Chriſto Domino, qui Deus ſimul & homo eſt. Hinc etiam apparet merito exoraſſe Iob. *Quis michi tribuat, vt in inferno protegas me, donec pertranſeat furor tuus.* Quia mitiores quidem in illa die Leones illos infernales iudicabat. Et bene certe, ſi quidem de iudice hoc prędixit. Iſai. 30. *Ardens furor eius, lingua eius quaſi ignis deuorans, ſpiritus eius.* (Su anhelito.) *Vt torrens inundans, ad perden-*

Matth. 27.

Amos. 3.

Iob. 14.

Iſai. 30.

*das gẽtes in nichilũ.* Nota illud. *In nichilũ.* Quia nulla via, nulliſque præcibus à crudeliſsimo exterminio deſiſtet, vſque ad conſumationem. Hanc ergo crudelitatem, ac furorem iudicis ponderare volens Euangeliſta dixit, iudicem hunc in figura humana venturum ad iudicandum. Tũc videbunt.

## *Cũ poteſtate magna, & maieſtate.*

OB magnã hanc poteſtatem nil inultum remanebit, & ob magnam maieſtatẽ muneribus non flectetur. Vnde nulla via poterit peccator efugere furorem illius. *Quomodo confunditur fur, quando deprę henditur, ſic confuſsi ſunt domus Iſrael.* Porque los cogio Dios cõ el hurto en las manos. *Et terga verterunt ad me.* Mas no les valio el huyr, y boluer las eſpaldas. Quia cęlum & terram ego impleo. Hier. 2. ideo dicebat Dauid. *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quó à facie tua ſugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcẽdero in infernũ, ades. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo, & volauero ad extrema maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Alli me agarrara, y dira, ſed preſo. Et Amos. 9. *Non erit fuga eis, qui fugerint, ſi deſcenderint vſq; ad infernum, inde manus mea extrahet eos, & ſi aſcẽderint vſque ad cælos, inde educã eos, & ſi abſcõditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos, & ſi cęlauerĩt ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos.* Et Pſ. 74. *Dixi iniquis, nolite inique agere, nolite extolere in altum cornu veſtrum, nolite loqui aduerſus Deum iniquitatẽ.* Quare? *Quia neque ab Oriẽti, neque ab Occidenti, neque à deſertis mõtibus.* Scilicet, liberari

Hiere. 2.
Pſal. 138.
Amos. 9.
Pſal. 74.

liberari, & ſaluari poteritis ab ira, & indignatione eius. Quare? *Quoniam Deus iudex eſt.* Quoniã, inquam, iudex iſte Deus omnipotẽs eſt, & in omni loco dominatur. Hinc Pater Aug. dicebat. O quã metuendus eſt iudex, cuius non licet ſapientiã fallere, equitatem flectere, iuditiũ euertere, & poteſtatẽ efugere. Attẽde ad ſingula verba, quę omni ponderatione digna ſunt. Non licet ſapientiam fallere. No ay hazerle trãpas. Quia ſapientia infinita eſt. *Ipſe enim nouit abſcondita cordis.* Dixit Dd. & alibi. *Nunquid tenebrę cõculcabunt me?* Quaſi dicat minime immo. *Et nox ſicut dies illuminabitur.* Quia omnia nuda ſunt, & aperta oculis eius. *Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Et diſcretor eſt cogitationum, & intentionum cordis.* Nec ęquitatẽ flectere. No ay para el ſobornos, ni ruegos. Quia rectiſsimus eſt. Vnde Dauid dicebat. *Reges eos in virga ferrea.* Super quod Aug. ideſt, in inflexibili iuſtitia. Que nunca ſe dobliega, como la de los hõbres de palo. Et Prou. 6. *Zelus, & furor viri non parcet in die vindictę, nec acquieſcet cuiuſquã prędibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Todos los theſoros del mundo no lo ſobornaran, ni los ruegos de todos los Santos baſtaran paraque perdone vna culpa, y no la caſtigue. Quanta promitebat facturus Deo ſacrifitia ſuperbus ille Anthiochus diuina iam tactus plaga. *Templum (inquit) optimis donis ornabo, ſancta vaſſa multiplicabo, Iudęus fiam, & omnem locum terrę ambulebo prædicans Dei poteſtatem.* Et nichilominus. *Orabat ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſequuturus.* Non ergo licet æquitatem iudicis huius flectere. Nec iuditiom euertere.

Margin notes: Pſalm. 2. — Auguſt. — Pſal. 43. — Hebr. 4. — Hebr. 4. — Pſalm. 2. — Prou. 6. — 2. Mach. 9

No ay apelacion de ſu ſentencia, porque es ſupremo juez. Vnde Gregor. nequaquam vltra miſericordia parcentis liberat, quos ſemel iuſtitia iudicantis damnat. Dios os libre, que vna vez ſe de contra vos la ſentencia. Nec poteſtatem iudicis fugere poterimus. Sic David. *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit.* Ideſt ſine aliqua reſiſtentia. O mira potentia, quæ. *In ictu oculi, in iuſſu, in voce tube.* Omnes reos ad ſe attrahet iudicandos, vt dixit Paul. 1. Theſſ. 4. & Pſal. 82. dicebat David. *Sicut ignis qui comburit ſiluam, & ſicut flamma cõburens montes.* (Cuius iter nullus impedire valet.) *Ita perſequeris eos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.* Ideo ad potentes dicebat ipſe. *Et nunc Reges intelligite, ſeruite Domino in timore, ne quando iraſcatur Dominus.* Tunc enim Reges ipſos, tanquã paſtores conculcabit. Et 1. Cor. 15. *Deinde finis, cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem.* Quando ygualara coronas con caperuzas. Hinc dixit ipſe iudex. *Me non timebitis?* Timeamus ergo eum, cuius non licet potentiam fugere, vt eius benignitatem ſentiamus, ac gratiam cõſequamur, & gloriam, ad quam.

Gregor.

Pſal. 93.

1. Theſſ. 4.

Pſal. 82.

Pſalm. 2.

1. Cor. 15.

Ierem.

✠

DOMI-

# DOMINICAE PRIMÆ ADVENTVS SERMO TERTVIS.

## *Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis. Luca. 21.*

Ariſtot.

ARiſtoteles lib. 1. Mor. c. 21. quandam propoſitionẽ affert, & ſuo ingenio dignam, & miſterio noſtro hodierno ſatis aptam. Si quis (inquit) tonitrua, & fulmina non metuat, & quid vis aliud ſupra hominem horrendum, nõ iam fortis, ſed furens eſt. No temer lo q̃ de ſuyo es horrendo, mas es locura, q̃ fortaleza. Sic certe nõ fortem, ſed furentem iudicabo illum, qui tot horrẽdis ſignis viſis, vel auditis, tremore non diſſoluatur, & vitia deteſtetur, ac virtutũ theſauris ditari non properet. Ad hoc Eccleſia ſancta horribilitatẽ huius diei quotanis proponit nobis, & de illa loquemur hodie, ad ſit gratia vt congruentiora exponamus. Aue Maria.

*Erunt ſigna in Sole, &c.*

VTinam hãc veritatem callerent, qui ſic effręnè poſt vitia rapiuntur, ꝙ nichil inultum remanebit, ſiue maximum, ſiue minimum fuerit. Hinc qui hoc plenè cognouit, dicebat Iob. 9. *Verebar omnia opera mea, ſciens quod nõ parceres delinquenti.* Aun los ojos leuãtaua con miedo. O dura verba. Et ipſe met iudex cautos nos reddere elaborans, minatus eſt. *De om-* Iob. 9. Matth. 12.

*ni verbo ocioſo, quod loquuti fuerint homines, reddēt rationem in die iuditij.* Et ad Eccleſiam Epheſinā dixit Apoc. 2. per Angelum. *Scio opera tua, & laborem, & paciētiam tuā, & quod non potes ſuſtinere males, ſed habeo aduerſum te pauca.* O Domine miſi tot bona opera habet, quare hæc pauca non demittētur ei? Et quæ pauca? Non commiſsionis quidem, ſed omiſsionis, quæ forte longe leuiora ſunt. *Charitem tuam primam reliquiſti.* Et addit. *Age pęnitentiam. Sin autem veniā tibi cito, & mouebo cādelabrum tuum de loco ſuo.* Ecce nichil inultū remanebit. Sic Dauid. Psal. 93. *Qui corripit gentes nō arguet?* Vbi paraphraſis Chaldaica habet. *An poſsibile eſt, quod ille qui dedit legē populo ſuo, cum peccauerint, non arguet eos?* Quaſi dicat, minime. Hoc enim á á rectiſsimo iudice valde alienum eſſet. Hoc ſuppoſito, hæc vltio, atque vindicta ſumenda eſt in hac vita, vel in futura, hac tamē differentia, quod in hac vita caſtigatio cū maxima miſericordia miſcebitur, in altera tamen cū toto rigore ſumetur. Vnde nemo petere debet á Deo, ne petat ab eo rationem de peccatis ſuis, hoc enim eſt operam perdere, ſed petat quiſque cū Auguſtino, ꝙ in hac vita Auguſt. puniatur, & non in futura, & dicat. Dn̄e hic vrę, hic ſeca, vt in æternū parcas. Hinc Dauid non petebat. Dn̄e ne arguas me. Hoc n. impoſsibile eſſe ſciebat. Sed quid petebat? *Dn̄e ne in furore tuo arguas me.* Psal. 6. Ideſt, ne differas vltionē ad diem illū vltimū furoris, & indignationis tuæ, quia tunc toto rigore caſtigabis me. Sed nūc arguas me obſecro, quando tempus eſt miſericordiæ. Et Manaſſes orabat. *Peccaui Domine* 2. Psal. 50. *peccaui, remitte michi, remitte michi, ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis, nec in ęternum reſer-*

*ues*

*nes mala michi.* Quaſi dicat, ne differas vltionem in diem illum, quando pœnis æternis punienda erũt peccata, ſed nunc punias, quando miſericordia tua in parcẽdo relucet, & ſuper eminet. Primo vidit Hieremias. *Virgam vigilantem.* Hierem. 1. Secũdo. *Ollam ſuccenſam.* Primero la vara con ojos de miſericordia, luego la hornaza eterna. Quia pro nunc miſericordia diuina viget, ſed tũc iuſtitia, & furor iudicis manifeſtabitur. O miſeri illi, quorũ peccata in illum diem punienda reſeruantur. De hoc ergo horribili die agens Euang. dicit. Erunt ſigna.

## *Erunt ſigna in Sole.*

HAec caliginoſa ſigna inditia euidẽtiſsima ſunt furoris, atque indignationis iudicis appropinquantis. Vnde Ioel. 2. agens de Ioel. 2. hoc die dixit. *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinẽ.* Et quid inde? *Magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis ſtabit ad videndũ eum?* Vnde per hęc tenebroſa ſigna ab omni nos ſpe venię obtinẽdæ priuare contendit. Quãdo magnus ille barbarus Thamorlam inſignum in- Hiſtor. dignationis ſuæ tentoria ſua nigris cooperiebat veſtibus, innuere volebat, obſeſſam ciuitatẽ ſine vlla miſeratione gladio perimẽdam, & diripiendã. Sic vtique quando Deus caliginoſo pallio cælum contexerit totum, procul dubio id indicare deſiderat, quod nullam amplius expectemus ab eo miſerationẽ. Hinc videbimus, quod in primo ſuo aduentu noctem conuertit in meridiem Chriſtus Dominus, nam per Malach. 4. dixit pater æternus. *Orietur vobis timentibus nomen meũ* Malach. 4 *Sol iuſtitię.* Et ex lib. Sap. conſtat ꝙ media nocte natus fuerit. *Cũ enim quietũ* Sap. 18. *ſilentium cõtineret omnia*

*& nox in ſuo curſu mediũ iter per ageret, omnipotẽs ſermo tuus Domine exiliẽs de cælo à regalibus ſedibus venit.* Ecce ortus eſt Sol in media nocte, vt noctẽ mediam conuerteret in meridiem. Quia veniebat ad fugandas tenebras peccatorum, non enim tunc venit. *Vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum.* Vt dixit Ioannes. 3. in ſecũdo tamen aduentu, quia iã ad iudicandum veniet illũ, meridiem ipſam in mediã noctem conuertet. Occidet enim tunc Sol in meridie. Innuens quod nullus iam erit miſericordiæ locus, vbi tempus iuſtitiæ acceſsit. Solebat Alexander accenſum cereum ponere in conſpectu obſeſſæ ciuitatis, in ſignum ꝙ ſi ante extinctionem eius ſeſe vltro traderent ei, miſeratione omni, totaq; clementia ſuſciperet illos, ſin minus, eos totaliter extinguendos cognoſceret, ſine ſpe veniç obtinendç. Ecce Deus noſter clemẽtiſsimus cereum ſolis accenſum collocauit in cælo, qui conuerſus fuerit, antequã extinguatur cereus, clementiſsimum inueniet illum, eo tamẽ extincto, ſine vlla miſeratione æternis cruciatibus tradetur. Ideo Dauid. *Legem dabit delinquẽtibus in via.* I. in vita præſenti, quæ via dicitur ad patriam, & nos qui per eam gradimur, viatores. Peccantibus enim in vita dabit legem, & ordinẽ, quo per pænitentiam obtinere poſsint remiſsionem peccatorum, ſed vita iam finita, nullus iam miſerendi locus remanebit. Ideo dicebat per Hiere. 15. *Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, non exaudiam populum iſtum.* Et loquitur d̃ his duobus, quia hi in primo ſuo aduentu veniã quotidie ab eo obtinebant, & prçcibus ſuis peccatores cũ Deo reconciliabãt. Sed tũc nec eos exaudiet, ſi exorauerint pro illis. Ezech. 41. Vidit quod Cherub duas

Ioan. 3. — Amos. 8. — Hiſtor. — Pſalm. 24. — Hiere. 15. — Ezech. 41

faciesſ haberet, primam hominis, & ſecũdam Leonis. Iſte Cherub Chriſtus Dominus eſt. Qui in primo aduentu faciem hominis portauit, ſed in ſecundo faciẽ Leonis oſtendet. Quia in illo deſcendit ad nos totus miſericordia plenus, in hoc autem deſcendet totus furore incenſus. In primo aduentu. *Quid tu vides Hieremia? Virgam vigilãtem ego video.* Alia litera. *Baculum amigdalinum ſolicitum emittere flores.* Scilicet miſericordiarũ, & miſerationum. Sed in ſecundo. *Quid tu vides Hieremia? Ollam ſuccẽſam ego video.* Hornaza de llamas. Et audiuit. *Bene vidiſti.* Quia iã certe ſine miſericordia ętернis tradẽtur cruciatibus puniendi, qui peccatorum fæcibus inuenientur implicati. Hinc Dauid dicebat. *Melius eſt, vt incidam in manus Dei, quam in manus hominum.* Paulus autem dicebat. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Heb. 10. Quia ille loquitur pro hac vita, vbi multę ſunt miſerationes eius. Iſte vero loquitur de illo tremendo iuditio, præceſsit enim iudicabit Dominus populum ſuum. Ad hũc ergo horrorem denotãdum, Iuminaria cæli obſcurabuntur. Erunt ſigna.

Hiere. 1.

2. Reg. 24.

Hebr. 10.

## *In Sole, & Luna, & Stellis.*

O Bone Deus, quid iſta inſenſibilia peccauerũt, vt tanto rigore puniantur: Homines ſunt qui deliquerunt, in eos ergo vertatur gladius tuus. Sed hoc ſic eueniet, vt hominibus innoteſcat, quantum malũ ſit peccatum, quantoq; rigore in ipſis met peccatoribus puniẽdum. In Bibliotheca. SS. Pat. dicitur ſuper illud Gen. 3. *De ambulantis ad auram.* Quod poſt peccatũ apparuit Deus homini in ſpecie humana, tanta ira, atque furore incẽſus. Que hazia temblar los ar-

Geneſ. 3.

boles del Parayſo. Nec mirum, quia vltionem ſumpturus veniebat de peccato vno. Quid quando de omnibus vltionem ſumpturus accedat? Túc Sol, Luna, & ſtellæ contremiſcent. Sic Ioel 2. *A facie eius contremuit terra, moti ſunt cæli, Sol, & Luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.* Parece que ſe metian en vn rincó temblando. Nec mirum, ſi quidem vt dixit Iob. 26. *Colūnæ cæli contremiſcent ad nutum eius.* A la menor ſeñal ſuya, á vn guiñar de ojos, temblaron los Angeles. Quid peccatores? Peccauit Adam cibum vetitū guſtando, & arborem ipſam crudeliſsimo illo omniū ſupplitio puniuit Deus, ne ſcilicet, amplius poſſet ab homine comedi, videri, vel poſsideri, quod vltimus finis eius erat, & ideo eo priuari ſupprema caſtigatio. Et Gen. 6. videns Deus ꝙ omnis caro corruperat viā ſuā, dixit. *Delebo hominē, vſq; ad animantia, à reptili vſq; ad volucres cæli.* Et petit Ambroſ. quid leſſerāt irrationabilia? Et reſpōdet quia propter hominē facta fuerāt, eo vtiq; deleto, cōſequens erat, vt illa quoq; delerentur. Deū offenderant Amalechitæ, impedientes trāſitū ad terrā promiſſam populo Iſrael, & pręcepit Dn̄s Sauli. *Vade & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius, & interfice à viro vſq; ad mulierem, & paruulū, atq; lactentem, bouē, & ouem, camelum, & aſinū, &c.* Et quia prædicto toto rigore vltionē non perſoluit Saul, diademate, ac Regno priuatus eſt. Et diſcipulis ob mirabilem tēpli ſtructurā obſtupe factis dixit Chriſtus. *Amen dico vobis, nō relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui non dextruatur.* Et hoc in dextructione Iudęorū ob mortem Chriſti, ſed quid hîc inſenſibilia, & ibi irrationabilia leſſerant? Quia vſui peccatorum deſeruierunt, ſimul

Ioel. 2. — Iob. 26. — Geneſ. 3. — Geneſ. 6. — Ambr. — 1. Reg. 15. — Matth. 24.

mul cũ illis exterminẽtur. Leuit. 20. *Qui cũ iumẽto, & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidetur.* Leuit. 20. Quid peccauit iumẽtũ? Vtiq; innuere vult omnipotẽs, quãtã vltionẽ ſumet de peccatore ipſo, quãdo ſimili pęna plectũtur ꝓ illo irrationabilia, & inſẽſibilia, quę minime peccauerunt. Ideo Psal. 118. Dd. *Cõfige timore tuo carnes meas, à iuditijs. n. tuis timui.* Vertit fęlix. *Ex horruit, cõſternata eſt à timore tuo caro mea.* El cuerpo ſe eſtremece, y los miẽbros, &c. & Hier. ex Hebręo vertit. *Horripilauit à timore tuo caro mea.* Los cauallos ſe me erizã đ miedo, quãdo me acuerdo đ aql̃ horrible dia. Et Iob c. 17. id altius põ- Iob. 17. derauit. *Cogitationes meæ diſsipatæ ſunt, torquentes cor meũ.* Diſsipare. Es arrãcar de quajo. Es tã grãde el temor, q̃ no dexa pẽſamiẽto en el coraçõ. Et c. 41. di- Iob. 41. cit ipſe. *Cũ ſublatus fuerit.* Loquitr̃ de Angelo prçuaricatore. *Timebũt angeli, & territi purgabũtur.* De puro aſombro đ ver tal caſtigo en vn Angel, tratara el juſto đ limpiar ſu conſciencia. Deſcẽdens Holophernes ĩ cãpos Damaſci. *Succẽdit omnia ſata, oẽſq; arbores, & vineas fecit incidi.* Quod audiẽtes filij Iſrael, cęperunt tremore diſſolui. Iudith. 4. *Tremor, & horror inuaſit ſenſus eorũ.* Iudith 2. & 4. Quaſi dicat, ſi hãc indignationẽ oſtendũt cõtra inſenſibilia, quę in eos nõ peccauerũt, q̃d faciẽt cõtra nos, qui eos deſpeximꝰ? Sic nũc ſi in Sole, & Luna, & ſtellis vltio talis exercetur, q̃d in peccatoribus? Ideo erunt ſigna in Sole & Luna.

## *Tunc videbunt filiũ hominis.*

VEnientẽ cum poteſtate magna, & maieſtate. In primo aduẽtu tãta humilitate, & abiectione venit, vt diceret Paul. *Exinaniuit ſemet ipſum, formã ſerui accipiens.* Philip. 2. In ſecũdo tamen aduentu deſcendet cũ tota

tota

tota maieſtate, potentia, & gloria ſua. Quod ſi eũ ſub tãta humilitate incluſſum, ſuſtinere nõ valuerunt peccatores, quoties flagellũ in manibus accipiebat, quid quando cum tota ſua maieſtate, & poteſtate venerit adiudicandum, & puniẽdum illos? Si in præſepio ſtabuli reclinatus tãto horrori fuit Regi Herodi, vt turbaretur ipſe, & tota Hie-
Matth. 2. roſolima cum illo. Matth. 2. Quid, quando in throno maieſtatis tota ſua gloria reſperſus ſedeat? Si in forma ſerui ſolo illo verbo.
Ioan. 18. *Ego ſum.* Totam cohortẽ retrorſum abire fecit, & in terram cadere pronã, quid quãdo pro tribunali ſedeat in forma maieſtatis clarificatus? Si in Thabor viſa maieſtate, dilectiſsimi diſ-
Matth. 17. cipuli. *Ceciderunt in facies ſuas.* Per territi, quid facient inimici ſui? Si enim agnum in primo aduentu ferre non valuerunt, qualiter illum in Leonem iam conuerſum ſuſtinere potерunt? Flebat Ioãnes, Apoc.
5. videns quia nullus erat Apoc. 5.
dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius. Cui dixit quidã de ſenioribus. *Noli flere, ecce vicit Leo de Tribu Iuda Radix Dauid, aperire librum.* Et vidit agnum accipientem librum, vt aperiret illum. Si vidit agnum aperientem librũ, quare dictum eſt ei, quod Leo de Tribu Iuda apiriret illum? Quia certe qui agnus eſt in pacientia dum peccata ſcribũtur in libro, expectans ſi forte conuertamur, & lachrimis deleamus ea de illo, quo tempore liber aperiendus eſt ad rationem exigendam, non iam agnus patiens, ſed Leo terribilis apparebit ad vltionẽ. Ideo dictũ eſt Ioanni, vicit Leo de Tribu Iuda aperire librum. Quan- Ephes. 4.
do glorioſus deſcendit ad inferiora loca, demones ipſi alia ſecretiora, longeque inferiora inuenire deſiderabant, oppreſsi a magnitudine maieſtatis eius, quomodo tu

do tu eam ferre poſſe confidis? Hanc ergo maieſtatem, hancque poteſtatem pertimeſcas. Ideo enim tãto antea tempore hoc tibi proponitur, ne ſic temere, ac facile poſt vitia quæque rapiaris. Tunc ergo videbunt filium hominis cum poteſtate.

## *Areſcentibus hominibus præ timore.*

GEneraliter hic loquitur, omnes enim homines tunc areſcent prę timore, tam impij, quã iuſti. Sed quid timebunt iuſti? Timebũt quidem, quia licet iuſti ſint, ſe tamen iuſtos eſſe ignorant. Vnde Pau. *Nichil michi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Nõ ideo me dico iuſtũ. Et Ecleſ. 9. *Nemo ſcit, an odio vel amore dignus ſit.* Et Iob 9. *Et ſi innocens fuero, hoc ipſũ ignorabit anima mea. Ideo tedebit me vitæ meæ.* Et merito quidẽ, quia lucidiſsimi oculi Dei, quibus omnia nuda, & perſpicua ſunt, ea etiam in me contẽplantur, quę michi ipſi occulta, & prorſus contecta remanent. Ideo Paulus addidit. Dominus enim iudicat me. Ideo nichil in me videns ego, non adhuc me iuſtũ iudico, quia non meis oculis id probãdum eſt, ſed oculis Dei, qui ea etiam penetrant, & callent, quæ me omnino fugiunt, atque latent. Hinc ipſe dicebat. *Nõ enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.* Nos enim falli poſſumus, Deus autẽ minime. Quam diu vas aliquod aqua plenũ in vmbra detinetur, clariſsima apparet aqua, nichilque oculis offert, quod eos offendat. Si vero vas ad lucẽ ſolis extrahatur, in illa met aqua, quæ clariſsima iudicabatur ab oculis meis, mille atomi apparent minutiſsimi, quibus plena erat. Sic prorſus eſt de vita noſtra ab oculis noſtris, vel ab oculis diuinis cõſiderata. Ideo quan-

1. Cor. 4.
Ecleſ. 9.
Iob. 9.
1. Cor. 10.
Simile.

quantũcũq; aliquis ſibi ipſi
iuſtus videatur, minime ſe
iuſtum prædicet, ſed præ-
clariſsimos oculos iudicis,
ſecretiora Renum, & cor-
dium loca perſcrutantis ti-
Iſidor. meat. Hinc Iſidorus. lib. 1.
ſent. c. de iuditio. Ad diſtri
cti examen iudicis nec iuſ-
titia iuſti ſecura eſt, niſi pie
tate diuina á Deo iuſtificã-
te iuſtificetur. Et Iob dice-
Iob. 9. bat cap. 9. *Innocentem, &*
*impium ipſe conſumet.* Su-
per quod Iſidorus vbi ſup.
tunc conſumitur á Deo in-
nocens, cum ipſa innocen-
tia á Deo requiſita, & ipſi
comparata innocentiæ di-
uinæ nichil eficitur, niſi pie
tate miſericordię homo iu
dicetur. Vnde addidit Iob.
*Et ſi habuero quidpiam iu-*
*ſtum, non reſpõdebo ei, ſed*
*meum iudicẽ deprecabor.*
Auguſt. Ideoque Diuus Pater Aug.
lib. 9. conf. c. 13. orans pro
Sanctiſsima Monica matre
ſua dicebat. Sancta erat ma
ter mea, deuota erat, ieiu-
niis, & orationibus inſta-
bat, ſed væ etiam laudabili
vitę hominũ ſi remota mi-
ſericordia diſcuriaſeã. Qua
propter & Dd. dixit. *Si ini* Pſal. 129.
*quitates obſeruaueris Do-*
*mine, Dñe quis ſuſtinebit?*
Obſeruare, diligẽtiſsimam
perſcrutationem põderat.
Si ergo ſic futurũ eſt, quis
ſuſtinebit? Quaſi dicat nul-
lus certe. Quia ipſe met iu
ſtus ſic inquiſitus mille for
tè culpis inuenietur ple-
nus, quas vel cõtenebat ob
paruitatẽ, vel illas nõ vide-
bat. Et hoc eſt quod terre-
bat ipſum Dd. *Cur timebo* Pſal. 48.
*in die mala?* Et reſpondet.
*Iniquitas calcanei mei cir-*
*cũdabit me.* Quia, inquã in
die illo rationẽ reddere cõ
pellar de illis etiã minutiſ-
ſimis culpis, quas ob parui
tatẽ ſub calcaneis, ac pedi-
bus meis cõculcatas habeo.
Quia in illa die, horribilia,
& magna apparebunt, quæ
nunc michi minima, & par
ui momenti videbantur.
Sic. 3. Reg. 12. dicitur. *Fe-* 3. Reg. 12.
*cit Hieroboam vitulos au-*
*reos.* Et loquens Oſeas de Oſea. 10.
hac idolatria dixit. cap. 10.

*Vaccas*

*Vaccas Bethabē coluerūt habitatores Samariæ.* Ecce qui idolatris videbātur vituli, apud oculos Dei vaccæ magnæ erāt. Ideo timebo, & contremiſcam in die mala, ideſt in die iuditij, quia. *Iniquitas calcanei mei circundabit me.* Cada mosquito me parecera entonces vn Elephante, y cada palabra ocioſa vna torre.
Iob. 13. Iob. 13. *Poſuiſti in neruo pedem meū, & obſeruaſti*
Lyra. *omnes ſemitas meas.* Lyra entiende por eſtos cepos, ò grillos, la ley de Dios. Quaſi dicat Iob. O terribilis iudex Deus, qui licet lege ſua, quaſi compedibus ligatus ſim, ne in minimo declinem ab ea, tanta nichilominus diligentia cōſiderat greſſus meos, ſi forté vnus ſaltim deuiet aliquantulum ab illa, vt ſtatim ſcribat in libro ad perpetuam memoriam. Hecho argos mirando ſi me deſmando en vn ſolo paſſo, para eſcreuirlo luego. Ac ideo clamabat Bernardus, tu qui aduētum deſideras Saluatoris, time ſcutiniū iudicis. Et de illis loquitur certe, qui ſpreto mundo, vitā in paupertate, & abiectione elegerūt, hi enim eſſe ſolent, qui aduentū Saluatoris exoptāt. Et ſi ſic timendum eſt his, quorū iam eſt in cælis conuerſatio, quid illis, quorum tota adhuc terreſtris eſt, & animalis? Quid turpibus? Quid adulteris? Quid raptoribus? &c. ideo omnibus timendū erit in illa die, quare merito generaliter dicitur, areſcētibus hominibus præ timore, & expectatione.

## *His fieri incipiētibus leuate capita veſtra.*

IAm deſcendit particulariter ad iuſtos. Ad peccatores enim potius attinebāt verba pręmiſſa, areſcētibus hominibus prę timore. Sæpius enim homo in Sacra ſcriptura ſumitur pro brutali, ac animali homine,

mine, pecudum more viuenti. Hæc enim horribilia ſigna quantum terroris inferrent impijs, tantum lætitiæ ſubminiſtrabunt iuſtis. Illi præ expectatione areſcent. Iſti prę expectatione etiam leuabunt capita ſua, quia illi æterna ſupplitia expectabũt pro peccatis ſuis, iſti autem vitam æternam pro laboribus, ac virtutibus ſuis. Et hoc. *Teſtimonium reddente conſcientia ipſorũ*. Vt dixit Pau. Rom. 2. *Et cogitationibus ſuis inuicem accuſantibus, aut defendentibus. Ecce vnde timor peccatoribus, & vnde lætitia iuſtis.* Gregor. lib. 25. Mor. c. 5. & 6. pro diuerſitate conſcientiarũ & mitis apparebit in iuditio Chriſtus electis, & terribilis reprobis, nam qualemquiſque conſcientiam tulerit, talem iudicem habebit, ipſo Chriſto in tranquilitate ſua manente. Sin altear ſu roſtro Chriſto, parecera manſiſsimo a vnos, y terribiliſsimo à otros

*Rom. 2.*

*Gregor.*

Pro diuerſitate conſcientiarũ. Sic Aug. ſuper illud. Pſal. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.* Dicit. Iram, & furorem Dei non perturbationem mentis oporter intelligi, ſed vim, qua iuſtiſsime iudicat: illud namque præuidendũ eſt, & tenendum, quod dicitur Sap. 12. *Tu autem Domine virtutum cum tranquilitate iudicas.* Sin alterar ſu roſtro vn peſquiſidor quãdo entra en la carcel, parece terrible al culpado, y graue, y ſuaue al innocẽte. Pro diuerſitate conſcientiarũ. Hinc eſt quod eadem met labia ſponſi iam dicantur diſtillare mel, iam mirrhã. Quia vtrumque diſtillabũt in illa die, mirrham impijs, & mel iuſtis. Et ſicut Moyſes virgam habens in manu ſua terrori erat Aegyptijs, quia terribilibus eos afficiebat calamitatibus, & populo Dei lætitiæ, & exultationi, quia per illam expectabant redemptionem ſuam.

*Pſalm. 2.*

*Sapien. 12.*

*Cant. 4. & 5.*

*Exod. 8. 9.*

ſuam. Sic prorſus cum diuinus Moyſes Chriſtus apparuerit cum baculo crucis ad iudicandum, areſcēt impij, & lętabuntur iuſti, quia his appropinquat redemptio, ſicut & illis æterna damnatio. Ecce idē ſignum crucis in manu Chriſti, erit reprobis ad horrorem, & ad gaudiū electis. Et in Abacuch. 3. dixit. *In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore corruſcantis haſtæ tuæ.* Quando el pueblo paſſaua de noche el mar, no tuuo neceſsidad de antorchas encendidas, que lo alūbraſſen, porque la luz, y reſplandor de las ſaetas, y lanças, que arrojaua del cielo contra los Gitanos, los alumbraua. Hæ haſtæ, & hæ ſagittæ fulgurantes fulmina erant emiſſa de cælo, quæ quidem cōtra Aegyptios ſagittę erāt, atque iacula ignita, ſed erga filios Iſrael dilectos cerei accenſi erant, quibus illuminabantur, ad iter perficiendum. Et Exod. 14. columna interpoſita inter caſtra Iſrael, & Aegyptiorū, & tenebroſa erat, & lucidiſſima, tenebroſa quidē his, illis autem vt Sol lucidiſsima. Vnde illos ſaluos duxit hos autem ſub vndis emerſit. Et hinc etiam eſt, quod benedicturus Moyſes filios Iſrael, perueniens ad Ioſeph, dixit de eo. *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocerotis cornua illius.* Su loçania, y brio es como de vn toro, y ſus cuernos como de vn vnicornio. Cornua tauri occidunt, cornua vero vnicornum medentur, & viuificant. Vtrūq; enim habet Chriſtus, per cornua enim potentię ſuæ taurus erit reprobis incaſtigādo, & Rhinoceros iuſtis in retribuēdo. Ideo areſcāt illi viſis his ſignis, & iuſti leuent capita ſua. Peccatores pro nūc extento collo procedunt, vt dixit Iob. 15. ſed tunc ſuperbia eorum vſque ad inferos humiliabitur, vt ipſe Iob dixit ca. 2[illegible].

[Margin: *Abach. 3.* — *Exod. 14.* — *Deut. 33.* — *Iob. 15.* — *Iob.*]

*Si aſcenderit vſque ad cælos ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur.* Ideſt in vltimo die pro ſterquilinio abiectiſsimo reputabitur. Et Abacuch. 1. *Tyranni ridiculi eius erũt.* Nunc peccatores tyranni ſunt, qui gloriam Dei extento collo vſurpãt, & pręcepta eius calcant, ſed tunc ridiculi eius erũt, ideſt materia, ac cauſa riſſus omnibus vidẽtibus illos ſub tãta abiectione oppreſſos. Sed iuſti ẽ cõtra, nunc humiliato collo incedunt. *Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus.* Sed tũc leuabunt capita ſua. Quia. *Iam hyems tranſiit, imber abijt, & receſsit, & flores apparuerunt in terra noſtra.* Gratia, & gloria ſempiterna, ad quam nos perducat ipſe Dominus Ieſus.

Abach. 1.

1. Cor. 4.

Cant. 2.

# DOMINICAE PRI- MÆ ADVENTVS SER- MO QVARTVS.

*Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis.* *Luca.* 21.

QVoties fortiſsimus leo fugientẽ velotius prędam, quam inſequitur, cõpræhendere non valet, rugitum fortem tota virtute emittit, cuius horrore præda contremiſcit tota, ac diſſoluitur præ timore, ita vt nec per paſſum vnum vlterius pro trahat fugam, & ſic eam com pręhẽdit, & dilacerat. Chriſtus, eſt leo de Tribu Iuda, præda eius ſunt omnes homines, quos ſibi prætioſo emit ſanguine ſuo: ſed videns, quanta velocitate rapiantur poſt deſideria cordis ſui, vocem fortiſsimam emittit illam, de qua Dauid. Pſalm. 28. *Vox Domini concutientis deſertum.* Que haze abrir por medio vna montaña. Rugitum talem producit, quo neſcio quis non diſſoluetur. De quo Amos. 3. *Leo rugit, quis non timebit?* Quis non contremiſcet? Quis non ſoluetur tremore? Hæc vox hodie auditur. Sic rugitus reſonat hodie in tota Eccleſia, vt omnes peccatores, quantumcunque ſaxei ſint, audientes concutiantur, & qui velotius fugiunt ab eo

*Simile.*

*Pſal.* 28.

*Amos.* 3.

compedibus detineantur, & conuertantur. Aue Maria.

## Erunt ſigna in Sole, &c.

REgius ille Propheta, qui in lege Domini meditatur die ac nocte, id, ex iugi meditatione colligit, quod. *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.* Hoc eſt miſericordia, & iuſtitia, hæc enim duo in omnibus viis Domini inuenies cõmixta. *Et calix in manu Dñi vini meri plenus mixto.* Pſal.74. calix ira & vltio eſt, ſed plenus mixto ideſt miſericordia. Duos calices habebat in manu. Alterum plenũ vino mero, ideſt iuſtitia, alterum plenum mia. *Et inclinauit ex hoc in hoc.* Ex vno in alterum, vt fieret mixtio. Id innuebat Salomon, ponens ante fores Templi columnas duas, ex quibus catenulæ pendebant contextę, malo granatis interpoſitis, quæ cõmixtio catenarũ cum malo granatis miſterium noſtrum inuoluit. In catenulis enim iuſtitia oſtenditur, In malo granatis vero ob rubeum calorem, nec non & ob alia quam plura, miſericordia adumbratur. Immo & ipſum nomen Deus hoc ipſum pro clamare videtur, nam ſecundum Damaſcenum lib.1. cap. 12. deriuatur á nomine Gręco ethim, quod eſt vrere, ob quod appellatur ignis. Sic Deuter.4. dixit Moyſes ad populum. *Deus Deus tuus ignis conſumens eſt.* Et hoc quidem quia ignis duo habet, quę Deo propriiſsime conueniunt, ſcilicet, vrere, & lucere. Vnde vrendo torquet, & lucendo mulcet, & fauet, & millia bona producit, ſic Deus ſemper lucens eſt, & ardens.i. ſemper iuſtitiam, & miſericordiam oſtendit, & alios vrendo cruciat, alioſque lucendo & illuminando ditat, & replet bonis. Hinc etiam eſt ꝙ duplicẽ dicatur

Pſal. 24. — 3. Reg. 3. — Deuter. 4.

dicatur habere faciẽ Deus
Ezech. 41. per Ezechie. 4. *Alteram*
*hominis, alteram Leonis.*
Vnam inquam iuſtitię, & al
teram miſericordiæ. De pri
ma dicebat Dauid. Pſal.37.
Pſal. 37. *Nõ eſt ſanitas in carne mea*
*à facie iræ tuę.* Ideſt iuſtitię
tuæ. Et de ſecunda dicebat.
Pſal. 79. Pſal.79. *Oſtende faciem tuã*
*& ſalui erimus.* Ecce miſ-
terium noſtrum hodiernũ.
Hodie enim duas facies oſ-
tendet Chriſtus, alterã Leo
nis, & ſeuerißimæ iuſtitiæ.
Qua dicet ad peccatores,
ite maledicti in ignem æter
num. Alteram hominis, &
excellentißimę miſericor-
dię, qua dicet ad electos, ve-
nite benedicti patris mei,
percipite Regnum. Ideo ad
hos dicitur, his fieri incipiẽ
tibus leuate capite veſtra. &
ad illos dicitur, areſcẽtibus
hominibus præ timore. Et
hunc horrendum diem hor
renda debent ſigna pręce-
dere in Sole, Luna, & ſtellis.

*Erant ſigna in Sole,*
*Luna, & ſtellis.*

Hoc eſt, in ſtatu Eccleſia
ſtico, qui Sol mũdi vo-
catur. Vnde Chriſtꝰ diſcipu
lis dixit. *Vos eſtis lux mun-*
*di.* Matth.5. Et in ſtatu ſecu- Matth. 5.
lari, qui Luna dicitur, quia
ab illo Sole illuminatur, &
dirigitur, & docetur. Quan
do Sol iſte, atque iſta Luna
caligine vitiorum obtene-
brentur, nullũ deſideremus
euidentius ſignum illius ex
tremi diei appropinquãtis.
Quod ſatis expreſſe. Do-
cuit Paulus 1. Thim.4. *Spi-* 1. Thim.
*ritus autem manifeſte di-*
*cit, quia in nouiſsimis tem-*
*poribus diſcedent quidam à*
*fide, attendentes ſpiritibus*
*erroris, & doctrinæ demo-*
*niorum, in hypocriſi loquen*
*tium mendatium, & caute*
*riʒatam habentium ſuam*
*conſciẽtiam.* De doctoribus
Eccleſiaſticis loqui vide-
tur, quia ad eos tantum per
tinet doctrina, & prædica-
tio. Et tali doctrinæ acquieſ
cent populi, eademque cali
gine inuoluentur. Sed quan
do hæc erũt? *In nouiſsimis*
*(inquit) temporibus.* Quaſi

dicat quando videritis Sacerdotes talia dictis, & exẽplis prædicantes. Et populũ tali doctrinæ acquieſcentẽ, ſcitote quod iam extremũ tempus, vltimuſque dies acceſſerit. Et Iſai. 24. *Ecce Dominus nudabit terram, & diſſipabit eam, & diſperget habitatores eius.* Et quã do tanta ruina erit? *Et erit ſicut populus, ſic Sacerdos.* Ideſt quando Sacerdotes in moribus, & vita aſsimilentur ſecularibus, atque eorũ curis, & negotijs implicentur. Tunc procul dubio orbis totus diſsipandus erit. Et Hiere. ca. 5. *Circuite ite vias Hieruſalem, & quærite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium, & propitius ero ei.* Sed cũ nullus talis inueniretur dixit. *Forſitã pauperes ſunt.* Plebeii, & ignorantes. *Ibo igitur ad optimates.* (Ideſt ad Pontifices, & Sacerdotes.) *Ipſi enim cognouerunt viam Domini, iuditiũ Dei ſui.* Abiit ergo ad illos, ſed nec vnum ſimilem inuenit inter eos. Immo. *Ecce* (inquit.) *Hi magis confregerunt iugum, magis ruperunt vincula.* Scilicet obedientiæ, & legis diuinæ. Sed ſtatu Sacerdotali in deprauatis moribus per omnia ſecularibus æquiparato, quód addere poterat Propheta? *Aſcendite muros eius, & diſsipate, auferte propagines eius, quia non ſunt Domini.* Quaſi dicat quid amplius expectabimus, diſsipate, & diſpergite eos. Et ſic neceſſario futurũ & eo patet, quod Sacerdotis munus eſt, Deum iratum placare. *Stetit phinees, & ceſſauit quaſſatio* Pſal. 105. ſtetit & Aaron medius inter Deũ & populum cum thuribulo ſuo, & detinuit eum, ac cõpeſcuit furorem eius. Num. 16. ſi ergo iſti inueniantur inimici mei, quis detinebit illum ne irruat ſuper orbẽ? Poſtquam Ezech. deprauatam ſecularium vitã depinxit, addidit. *Sacerdotes eius contempſerunt legem meã, & polluerunt ſancta mea,*

Iſai. 24.
Ierem. 5.
Pſal. 105.
Num. 16.
Ezech. 22.

& quæ-

*& quęſiui de eis virũ, qui poneret ſepẽ, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſsiparem eam, & non inueni.* Et quid inde euenire poterat? *Effudi ſuper eos indignationem meam, in igne iræ meæ conſumpſi eos.* Ecce patet, nullum eſſe maius inditium conſumationis ſæculi, & extremi diei appropinquantis, quam Sacerdotes, & ſeculares corundem morum, eiuſdemque coloris, & vitæ inueniri. Ideo prima inditia dicuntur fore in Sole, & Luna.

## *Tunc apparebit ſignum filii hominis in cælo.*

Matth. 24.

ET *plangent omnes tribus terræ.* Matth. 24. Hoc ſignũ magnæ maieſtatis iudicis venientis, lignũ ipſum crucis eſt, cui affixus fuit ipſe iudex gladius quo Dauid interfecit gigantem ſeruabatur in Templo pro ſigno, ſeu inſignijs tantæ victorię. Et Samſon, Iudich. 15. vocauit locum vbi in maxilla aſini occidit Philiſteos. *Eleuatio maxillæ.* Porque la colgò en alto, inſignum ſic crux inſignum victoriarum Chriſti tunc in altum apparebit. Hinc Eccleſia canit, hoc ſignum crucis erit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Sicut enim iudicibus traditur virga quædam inſignum poteſtatis ſibi à Rege conceſſæ. Sic Moyſi virgam quandam tradidit Deus, quando illum miſſit ad Pharaonem, inſignum ſuppremæ poteſtatis ſibi conceſſę contra illum. Sic vtiq; ipſi filio ſuo Chriſto Domino noſtro hanc virgam crucis tradidit pater omnipotens, inſignum ſuppremę potentię ad iudicandum,

Iudich. 15.

Simile.

Exod. 4.

candum, & hæc virga pręcedet ante iudicem in die illo vltimo, quando veniet ad iudicandum orbé. Nec immerito ſignũ crucis ſignum eſt ſuę poteñię, & maieſtatis, cum vna voce proclamet Eccleſia tota, regnauit á ligno Deus. Si ergo regnum eius à ligno cæpit, ratio poſtulat, quod lignũ ipſum ſit ſignum ſuæ potētiæ, & maieſtatis. Omnibus in ſuper regibus ſceptrum quoddam cōceditur aureum inſignũ Regię maieſtatis, & poteſtatis, nec hoc debuit denegari noſtro Chriſto, maxime cum *Rex Regũ ſit, & Dominus dominantium.* Ezech. 37. *Et tu fili hominis ſume lignum vnum, & ſcribe ſuper illud Iudæ, & filiorum Iſrael ſociorum eius, & tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud, Ioſeph lignũ Ephraim, & cũctæ domus Iſrael. Et adiunge illa vnũ ad alterum, in lignũ vnum.* O bone Deus quid innuere deſideras per mirabilē hāc figuram? Quod eos omnes faciam ingentem vnam, & Rex vnus erit omnibus imperans. Et totum ſcribatur ſuper lignũ, quia hoc Regnum, & hæc potentia ab ipſo ligno incipiet poſsideri. Ecce lignum denotat Regiam poteſtatem, & imperium. Suppremo ergo imperatori noſtro Chriſto minime debuit hoc ſignũ denegari. Ideo pręcedet ante illum, cum venerit ad iudicandum. Tunc apparebit ſignum filii hominis.

Simile.

Apoc. 17.

Ezech. 37.

## *Et plangēt omnes tribus terræ:*

NOnne crux ſignum eſt recōciliationis noſtrę, atque clementiæ? Ad Coloſ. 1. *Et per eum reconciliari omnia in ipſo, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quę in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* Quomodo ergo nunc dicitur, quod viſo hoc ſigno reconciliationis noſtræ, atque clementiæ,

Colloſſ. 1.

tię, plangent omnes tribus terrę? Ad hoc reſpondet Chryſoſt.hō.77.in Matth. apparebit ſignū crucis, vt Iudęorum inuerecundiam confutet: viſa enim cruce conſiderabunt, quod eum crucifixerunt, quem adorare debuerant. Vnde tremore diſſoluentur, & in planctum amarum prorrūpent. Hoc prędixerat Zach. 12. *Et aſpicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum.* Quare? Quia eum crucifixerunt, quem adorare debuerant. Ideo viſſo eo ſigno plāgent omnes tribus terrę. Sicut enim virgam Aaron, quæ inſignum ſummi Sacerdotis floruit, iuſsit Deus in tabernaculum teſtimonij ſeruandā referri. *In ſignū rebellionis filiorum Iſrael.* Sic prorſus florētiſsima crux Chriſti in virga illa præfigurata, maximo honore ſeruatur, in illo vltimo die manifeſtanda & oſtendenda, in ſignum rebellionis, & obſtinationis omnium peccatorū. Vt confundātur, & horreſcant. Sic David Pſal.75. *Illuminans tu mirabiliter á montibus ęternis.* (Ideſt ab ipſis altiſsimis, & incorruptibilibus cælis per irradiationem fulgentiſsimæ crucis.) *Turbati ſunt omnes inſipientes corde.* Quia forté hæc crux quę præcedet in ſignū filii hominis, nō erit lignea, ſed vt Chryſoſtomus dicit, lumē erit in aere condenſum, in modum crucis. Illuminās ergo per irradiantem crucem, á mōtibus æternis apparentem turbabuntur omnes inſipiētes corde. Illis inquam, qui dixerunt in corde ſuo. *Non eſt Deus.* (Quod ſuprema inſipientia eſt) qua propter. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis, ſepulchrum patēs eſt guttur eorum.* Iſti certe turbabuntur viſo ſigno filij hominis, quia ſignum iudicis eſt, ideo plangēt omnes tribus terræ.

*Chryſoſt.* *Zach. 12.* *Num. 17.* *Pſalm. 75.* *Chryſoſt.* *Pſal. 13.*

*His fieri incipiẽtibus leuate capita veſtra appropinquat.*

LEuare caput eſt exultare, & lætari, ſicut caput demittere ſignum eſt meroris, atque triſtitiæ. De primo dixit Iob. 11. *Si iniquitatem, quę eſt in manu tua abſtuleris, tunc leuare poteris faciem tuam, & non timebis.* Eſte es el tiempo que ſe leuanten los animos caydos de los juſtos. Rom. 8. *Nam expectatio creaturæ reuelationem Dei expectat, quia liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus quia omnis creatura ingemiſcit.* Cõ las anſias de ver ya eſſa hora. *Sed & nos ipſi primitias ſpiritus habẽtes gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionẽ corporis mei.* Con que anſias deſſeamos eſſe dia, por que en el ſe nos dara todo nueſtro bien. Sic dictum eſt ad Caim Gen. 4. *Cur cõcidit facies tua? Nonne ſi bene egeris, recipies?* Vertit fęlix. *Nonne ſi bene egeris, eleuatio.* Ergo culpa deprimit caput. Et bona cõſciẽtia operibus bona referta eleuat illud in cælũ, expectans ab eo præmium ęternum. Sic Dauid Pſal. 107. *De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.* Quaſi dicat, ſubmittant illud peccatores ad terrã vſque, quia terrenis voluptatibus inſeruierunt, vos autem, qui Deo, & iuſtitiæ ſeruiſtis, exaltate capita veſtra ad Deum cæli. Et Iſai. 5. *Vę qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, &c.* Et addit. *Incurbabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur.* Baxaran entonces ſus creſtas los mas herguidos, y arrogantes. Et de ſecundo dicitur 3. Reg. 21. ꝙ Rex Achab cum audiſſet Sermones Helię, quibus mortẽ ei cõminabatur. *Scidit veſtimenta ſua, & dormiuit*

Iob. 11. Rom. 8. Geneſ. 4. Pſal. 107. Iſai. 5. 3. Reg. 21.

*minit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite.* Et publicanus præ cõfuſione nolebat leuare faciẽ ante Dominum. Sed vnde iuſtis tãta letitia in die illo tremendo. Paulus id docuit Rom. 2. *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorũ, in die cũ iudicabit Dominus occulta hominũ.* Ipſa met cuiuſuis conſcientia maximã in peccatoribus mæſtitiam, maximamq; lætitiam iniuſtis producit. Vnde ipſe Paulus dicebat. *Hæc eſt gloria noſtra, teſtimoniũ conſciẽtiæ noſtræ.* Vnde & pacta cæcinit. Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Et hoc gaudium bone cõſcientiæ non ſolum magnũ eſt, ſed & firmum, ſtabile, & perpetuum. Quæcumque enim alia gaudia cito tranſeunt, ac pereunt, hæc autem nunquam deſerunt animã bonorũ. Sic Abach. 3. *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuę, & arua non afferent cibũ, auferetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus, ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Quaſi dicat. Todas las demas alegrias pueden faltar, ò ſean de haziendas, ò de hõras. Pero eſta de tener á mi Dios en mi alma, y eſtar ſin pecado, no faltara jamas. Hinc Chriſtus dicebat diſcipulis Ioan. 16. *Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Ideſt nulla via fieri poterit, vt hoc gaudium ex me poſſeſſo in cordibus veſtris producto, auferatur à vobis aliquando. Nec ſapientiſsimum Philoſophum Senecam id latuit, immo aptiſsima ſimilitudine ponderauit illud, dicens. Gaudiũ virtutis velut fons in domo propria naſcens quaſi dicat qui enim in domo aliena naſcitur, vel in agro, auferri forſitam poterit aliquãdo, qui vero fons in abſ-

Luca. 18. Rom. 2. 2. Cor. 1. Abach. 3. Ioan. 16. Seneca.

in abſcondito cordis, & in profundo viſcerum producitur, neſcio qualiter auferri queat. Erit ergo indeficiens, & perpetuus, ac per conſequẽs maximam, atq; perpetuam lætitiã ſub miniſtrans poſſeſſoribus, ita vt extento collo apparere audeãt ante iudicem. Ideo conſolatur iuſtos Deus. 4. Eſdræ vltimo dicens. *Audite dilecti mei (dicit Dñs) ecce adſunt dies tribulationis, & de his liberabo vos, ne timeatis, nec heſitetis* 4. Eſd. vlt. ideo dicebat Dauid. *Cur timebo in die mala?* Pſal. 48. Pſal. 48. Quaſi dicat timeát qui malis operibus pleni ſunt, ego vero cur timebo? Ideo eis dicitur. His fieri incipienti bus nolite triſtari, ſed potius leuate capita veſtra.

*Mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & cõgregabunt oẽs electos à quattuor vẽtis* Mat. 24.

A Quattuor ventis dicit, vt vniuerſitatem hominum vbique terrarum exiſtentium compræhẽderet. Per quattuor enim vẽtos, quattuor partes orbis deſignãtur. Vnde, à quatuor ventis, ideſt ab Occidenti, & Oriẽti, à meridie, & Septentrionali. Et hanc vniuerſalem reſurrectionem præfigurás Spiritus ſanctus in viuificatione illa, & reſurrectione oſsium aridorum apud Ezech. 37. dixit. *Hęc dicit Dñs Deus, à quattuor ventis veni ſpiritus, & inſufflaſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcãt, &c.* Ezech. 37. A quattuor (inquit) ventis inſufflet ſpiritus, ideſt à quattuor partibus mũdi, vt nullus remaneat locus ſic diſtans, vel natio aliqua ſic ignota, & ſeparata, quæ ad hoc iuditium non adducatur. Vnde Pau. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnuſquiſq; propria, pro vt geſsit, ſiue bonum, ſiue malum.* 2. Cor. 5. Hincque Epiphanius Epiphan. dixit, Helias, & Enoch viui in corpore & animã tranſ-

lati

lati ſunt in Paradiſſum, vn⁹ virgo, alter matrimonio ligatus, vnus circunciſſus populum Iudaicũ ſignificans, alter in circunciſſus, gentilicum populum figurãs, vt per hos vniuerſalis hominum reſurrectio denotetur ideo à quattuor vẽtis, &c.

*Et ſeparabit eos ad inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Matth. 25.*

NVnc dum pręſens agitur vita, nil aliud videtur mundus iſte, quam domus quædam incompoſita, & per totum reuoluta. Vna caſa rebuelta. In qua omnia ſine ordine cõmixta ſunt, & ſatis confuſè. Vnde merito iam ſagenę miſę in mare ex omni genere piſcium congreganti comparatur. *Matth. 25.* Iam decem virginibus, quarũ quinque erant prudentes, quinq; vero fatuę. Iam denique agro triticũ interpoſita zizania producenti. Quia certe in hac vita & triticum cum zizania, & prudentes cum fatuis, bonique piſces cũ malis promiſcuè, & confuſe commixti ſunt. Sed in fine piſcationis, piſcatores educentes ſagenam, & ſecus litus ſedentes, elegerunt piſces bonos in vaſſa ſua, malos autem miſſerunt foras. Sic (inquit Matthæus. *Erit in conſumatione ſæculi, exibunt angeli, & ſeparabũt malos de medio iuſtorum.* Quod dixit hodie. *Et ſeparabit eos ad inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis.* per hędos peccatores intelliguntur. Sic Cant. 1. *Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia Gregum tuorum, & paſce hædos tuos.* *Cant. 1.* Super quod Bernar. cap. 1. ſuper Cant. dicit per hædos peccata, vel affectus ſenſuũ intelligi. *Bernard.* Vnde nũc, ſeparabit oues ab hædis. i. â peccatoribus, vel ab hominibus ſuis affectibus carnalibus traditis. Sed ad quid hęc ſeparatio fiet? *Et mittet eos*

*tet eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dẽtiũ.* Dũ vita, in hac reprobi cum electis permixti ſunt, parcit Deus ſæpius punire malos, ne eodẽ ſupplitio, & boni ſimul inuoluantur. Quo argumẽto nitebatur Abraham cõpeſcere Deũ, ne peſsimos Sodomitas deleret de vita, dicens. Nunquid perdes iuſtum cũ impio? Alienũ quipe ab omni iuſtitia videt. Ideo. *Abſit à te Domine, quę cogitaſti explere.* Et nota ꝙ ſolum Loth inuenerat iuſtum, & ne iſtum ſolum iuſtum inuolueret in ſupplitio cũ impiis, vltionẽ diſtulit Deus, quo vſque Loth ſeparatus eſt ab illis. Et percentũ annos diſtulit etiam diluuiũ, dum arca fabricabatur, ne vnus iuſtus Noe ſimul caſtigaretur cum reprobis. Et agricola ille diſtulit etiã, zizania colligere, vſque ad tẽpus meſsis, ne forte colligẽtes zizania, ſimul cum eis erra dicarẽt, & triticũ. Vnde patet ꝙ ex conſortio bonorum hoc bonũ ſemper habuerint mali, vt dum ſimul cum eis degunt, nõ exterminentur, immo & ſæpius ne puniãtur, immo vt beneſitia ſimul accipiant multa. *Qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos, & ſuper malos.* Super quod aduertit accutiſsime Chryſoſt. ꝙ non dixit è contra, ſuper malos, ſed ſuper bonos prius, & poſtea ſuper malos: vt innuat, ꝙ gratia bonorum hoc beneficium malis etiam cõmunicet Deus. Ideo elaborabat Angelus Dan. 10. ne populus Dei educeretur de captiuitate, ne idolatræ amitterẽt maxima, & plura beneficia, quæ ob ſoicetatem eorum accipiebant à Deo, ſimul cum illis. Cum ergo angeli in vltimo die illo ſeparabunt eos ad inuicem, euidẽtiſsimum ſignũ erit, ꝙ velit Deus plene, & ſine aliquo impedimento furorẽ, atq; indignationem ſuã infundere ſuper illos. Ideo addit Matth. *Ibi erit fletus, & ſtri-*

Geneſ. 18.
Geneſ. 6.
Matth. 13.
Chryſoſt.
Dan. 10.

*& Stridor dentium.* Quia, qui ſemel ad ſiniſtram ſeparatus fuerit, nullis præcibus, nulliuſq; interceſsione veniã obtinebit. Sic 1. Ioã.
1. Ioan. 5. 5. *Eſt peccatum ad mortẽ.* Ideſt finalis in pænitentia. Que es caer aq̃l dia en manos de Dios con pecado, caer a la mano izquierda. *Pro eo non dico, vt quis roget.* No ſe lo aconſejo, que ſera perder tiempo. Y aſsi el que ſe viere alli, perdera las eſperanças de alcançar remedio. Ideoque ibi erit fletus. Quod præ dixit Oſ-
Oſea. 13. ſeas. 13. *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet.* Ideſt, dum conſidero, qualiter iudex Chriſtus, in die illo vltimo, fratres à fratribus ſegregabit, hos ad dexteram collocans, & illos ad ſiniſtram. Et merito in hac ſeparatione fugiet ab impiis omnis cõſolatio, ſi quidem audient. *Ite maledicti in ignem æternum.* Hanc igitur ſeparationem pertimeſcentes, ex nunc à conſortio impiorũ diuidamur, & conſortio iuſtorum adſcribamur, vt ſimul cũ illis audire mereamur. *Venite benedicti percipite Regnũ æternum.*

DOMINI-

# DOMINICAE PRI-MÆ ADVENTVS SERMO QVINTVS.

## *Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis.* *Luca. 21.*

PLutarchus tom.1. Mor.tradit,quod milleſsię quondã Virgines in hunc furorem, & amentiam rapiebantur, vt ipſæ met collo funibus adhibitis ſuſpenderentur in ſupplitio. Les dio eſte freneſi, de ahorcar Histor. ſe caſi todas. Quem furorẽ eo ſolo medio reprimere valuerũt principes, vt quæ ſic occiderentur à ſe ipſis, nudę, & veſtibus prorſus expoliatæ vſque ad ſubuculam, in medio foro oculis omniũ exponerentur. Quã confuſsionem per timeſcentes illę, à turpiſsima ſic morte ſe retrahebant. Hoc eodẽ medio nititur Deus infideles ſponſas reprimere à turpitudine fornicationum ſuarum. Vnde minatus eſt per Nahum.3. Nahum.3. *Reuelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam in gentibus nuditatem tuam, & Regnis ignominiam tuam, & ponam te in exemplum.* Hoc ſupplitium hodie imponendum, ideo hic dies apellatur. *Reuelationis.* Rom.2. Quia oculciora quæq; noſtra tunc proferentur in lucem. De hoc ergo agit hodie Eccleſia, vt timeamus. Aue Maria.

*Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis, &c.*

ANtequã pijſsimus Deus impijſsimo Nabucho traderet

traderet ciuitatem Hieruſalem exterminandam, vocauit Hieremiam Prophetã, & dixit illi. *Tolle volumen libri, & ſcribe in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi aduerſus Iſrael, & Iudã, à die qua locutus ſum ad te, vſque in diẽ hanc.* Et hoc ad quid Domine Deus? *Si forte audiente domo Iuda omnia mala, quę ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque á via ſua peſsima, & propitius ero iniquitati, & peccato eorum.* Quod cũ per manum Baruch miniſtri ſui compleret, & per eundem ea omnia in conſpectu totius populi legi feciſſet, tanto tremore affecti ſunt talia audientes, ꝙ *Obſtupuerunt omnes, quiſq; ad proximum ſuum.* Et faciem alterius vnuſquiſque proſpiciebat, vultus q; eorũ in diuerſos colores inueniebat præ dolore mutatos. Ecce & hodie, horrenda omnia, quę olim prędixit Deus per Prophetas ventura ſuper peccatores, præ oculis reſerari, atque in auribus eorũ reſonare facit, vt obſtupefacti reuertatur quiſq; à via ſua peſsima, & profluuio lachrimarum maculas peccatorum lauare feſtinet. Sic enim tremenda ſunt, quæ de hoc horribili iuditio ſunt prædicta, vt niſi rationis incapaces ſimus, tremore eis auditis diſſoluamur, atque tanta mala efugere elaboremus. Vnde Moyſes Deut. 32. *Vtinam ſaperent, & intelligerẽt, ac nouiſsima prouiderent.* Quaſi dicat nouiſsima certe non prouidetis, ó filij Iſrael, quia gens abſque cõſilio eſtis, & ſine prudentia. Quam ſi haberetis, minime fieri poſſet quim tot, tantaque mala nouiſsima vitare non elaboraretis. Ab hoc ergo ſopore maximo nos excitare cupiens Paulus clamabat. *Fratres hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Quaſi dicat. Fratres talia audiẽtes adhuc dormitis? Expergiſcimini

*Hiere.36.* *Deuter.32.* *Rom.13.*

cimini obſecro, & praua opera abijcite, antequam iudex accedat, & ſomno æterno inuoluamini. Et Prou. 6. Prouer. 6. *Vſque quo piger dormis?* Somno ne ſopitus manebis vſque ad diem vltimũ iuditij? Excute iã ſomnũ, & ſigna præcedentia conſidera, vt oportuno tempore medelã quæras, & veniã peccatorum per pænitentiã obtineas. Ad hoc ergo per ſingulos annos hoc tremendũ iuditium proponitur nobis. Erunt ſigna.

## *Erunt ſigna in Sole, & Luna:*

QVia *Sol obſcurabitur, & Luna nõ dabit fructum ſuum, vt dixit.* Ioel. 2. Ioel. 2. Quaſi dicat ꝙ oculos ſuos tunc claudet cælum. Sed ad quid? Vt fortius, ac durius eos puniat, quos in peccatorum fæcibus inuenerit inuolutos. Deus ſupra modum diligit homines, vnde nec poteſt eos punire ſine magno cordis dolore. Et cum illos nõ punire (peccato ſuppoſito, ac lege) ſit impoſsibile, ideo ad eos ſine miſeratione puniendos claudit oculos ſuos. In compræhẽſibilis eſt certe patientia diuina in expectando peccatores ad pænitentiã, vt parcat, & non puniat. Vnde Eccleſia prædicat d illo. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miſerando manifeſtas. Nota illud, maxime, quaſi dicat, ex multis certe eam colligere potui, ſed ex hac patientia in ſuſtinendis peccatoribus id michi maxime notũ redditur. Et Sap. 11. *Misereris omnium, quia omnia potes.* Cant. 8. Quaſi dicat bene in hoc oſtendis te omnipotẽtẽ, quia misereris omniũ. Vnde de obſtinato Pharaone dixit Deus. *Poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam.* Exod. 9. Exod. 9. Non vtique puniẽdo illum crudeliſsimis plagis, ſed hominem ſic inuerecundum, ac obſtinatum ſuſtinendo, & tolleranda, ꝙ tantę fortitudinis eſt, quantam

tam ſolus Deus poſsidere valeat. Sic ſponſa. Cant. 5. *Oculi tui ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum*. Per aquas inundationes vitiorũ ſæpius intelligũtur in ſcriptura, quaſi dicat, oculi ſuper tot peccatorum inundationes poſiti, & adhuc colũbę, quia adhuc columbæ patiẽtiam, & manſuetudinem retinent, ſine dubio tui ſunt. *Oculi tui ſicut colũbæ, &c.* Quia tu ſolus tantam patiẽtiam habere poſſes. Hinc ipſe dicebat, Oſeæ. 11. *Non faciam furorem iræ meæ vt diſperdam Ephraim, quia Deus ego ſum, & nõ homo.* Pulchré quidẽ, quia in pectuſculo humano tãta patiẽtia minime comprehenditur. Sed quia multi hac patientia abutuntur, vt licentius ad iniquitates currant, vt dixit Iob. 24. *Dedit ei Dominus locum pęnitẽtię, & ipſe abutitur eo in ſuperbiã*. Eos punire debet. Et licet nõ ſine dolore, (vt ſic loquar) cordis ſui, eo tamẽ durius, quo diutius expectauit, & ſuſtinuit eos. Sic dicebat per Iſaiam. 42. *Semper ſilui, ſemper tacui, ſemper patiens fui, ſed tamen vt parturiens loquar.* Vt parturiens, dicit nõ ſolum quia fortioribus vocib⁹, ſed quia eiſdẽ doloribus oppræſſus. Quaſi dicat cruciabor quidẽ puniẽs illos, ſed nihilominus durius caſtigabo. Et Iſai. 1. *Heu conſolabor de hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Quaſi dicat heu me, potero ne conſolari, qui vindictam ſumere cogor? Sed tamen vindicabor de hoſtibus meis? Prę dolore cõſolari ne potero? Sed vt durius puniam, claudam oculos meos. Iſai. 6. *Vidi Dominũ ſedentẽ ſuper ſolium excelſum, & eleuatũ.* (Sedebat ad iudicandum.) *Seraphim ſtabant ſuper illum, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, & duabus velabant faciem eius.* Le tapauan los ojos. Sed quare ſedens ad iudicandum velatur in oculis? Vt innuat quanto rigore tunc puniet peccata.

Sapien. 11. · Oſea. 11. · Iob. 24. · Iſai. 42. · Iſai. 1. · Iſai. 6.

cata. Nũc apertis oculis punit, vt cũ menſura pniat, & quantum puniat conſideret, quia videns miſeretur, & contrahit flagellum. Sed tunc claudet oculos, vt cum toto rigo repuniat.

*Erant ſigna.*

¶ Tunc videbunt filium hominis venientem, &c. Tũc, dicit. Quando? Omnibus certe ignotum eſt hoc negotium. Quod iſte filius hominis venturus ſit ad iudicandum, neminem latet. Sed quando, & quo tempore, quaque die, vel hora veniet, nulli cõceſſum eſt cognoſcere. Sæpius audierant á Chriſto Domino diſcipuli eius, quod venire debebat ad iudicandum orbem, vnde quandoque petierunt ab illo. *Quando hæc erunt? Et quod ſignum aduentus tui?* Matth.24. ad Secundũ quęſitum reſpondit. *Erunt ſigna in Sole, & Luna.* Ad primum autem nihil reſpondit, immo dixit illis. *De die autem illo, & hora, nemo ſcit, neque angeli cælorum, niſi ſolus pater.* Por deſpedida le pidieron otra vez. Quando in oculis eorũ eleuatus eſt in cælum, exiſtimãtes, quod nichil eis tunc negare poſſet. *Domine ſi in tẽpore hoc reſtitues Regnum Iſrael?* Sed audierunt. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit, in ſua poteſtate. Sed accipietis virtutem Spiritus ſancti in vos, &c.* Quaſi dicat. Sic ſecretum hoc ſibi reſeruauit pater, vt potius Spiritum ſanctum in vos infundere nõ dubitet, quam illud cuique manifeſtare. Immo nec aſtantes illi ſemper angeli hoc potuerunt obtinere ab illo. Immo nec anima Chriſti hoc adipiſci poterat, niſi per reuelationem. Solus pater, ſola diuinitas id nouit. Vnde Iſidorus li. 1. ſent. 1. đ iuditio. Diẽ nouit Chriſtus, ſed ſci rediſcipulos ſuos noluit. Nam dicens per Iſaiam. 63. dies vltionis in corde meo. Indicat ſe non neſcire, ſed nole indicare.

Matth. 24.

Act. 1.

Iſidor.

Iſai. 63.

### *Ex quibuſdam tamē inditijs multi ex ſanctis patribus id coniicere nixi ſunt.*

HIero. in Mich. 4. Hilar. in Matth. Canon. 19. & Diuus Pater Aug. ſentiunt, mundum duraturum per ſex mille annos. Quos in hunc modum computabant. Duo millia aſsignabāt legi naturæ, duo millia legi ſcriptæ, & duo millia legi gratiæ. Quę tamen annorū computatio parum placuit Diuo Ambroſio. Quia iam iuditio ſuo, per mille anni elapſi ſunt à formatione mundi. Immo & ipſi met Patri Auguſtino, ſuper Pſ. 68. diſplicuit, ꝙ ſupra placuerat, ea ratione conuictus, quam ſupra tradidimus de Apoſtolis. Et ſic tanquā de re ſoli Deo reſeruata, nobiſq; omnino incerta, nihil hic determinandū erit. Sed hęc tria nobis cognouiſſe ſufficiat. Primum ꝙ ſine dubio hic dies aliquando celebrandus erit. Secundum quod ad illum volantes properamus. Tertio ꝙ vnicuiq; in morte ſua ſententia datur, quam in illa die audiet in conſpectu omnium, vt ab omnibus approbetur, ad maiorem iudicis iuſtificationē. Et quartum etiam addas, ſi placet. Quod tunc adueniet dies iſte, quādo ab omnibus minus expectabitur. *Occidet Sol in meridiē.* Cum adhuc dies eſſet, dixit Amos. 8. vaticinans contra Hieruſalē, quod in medio iucunditatis ſuæ, atque proſperitatis, calamitates maximè deſcēderent ſuper illam. Quando menos lo penſara. Quis vnquam id expectaret, ꝙ in ipſa meridie, lux ſolis deficeret? Sic prorſus erit de hoc die iuditij.

*August.* *Ambro.* *Pſal. 68.* *Amos. 8.*

### *De loco vbi ſolemne hoc iuditium.*

CElebrandum ſit, varias opiniones inueniemus. Multi ſentiunt, quod in valle Ioſaphat, quæ iacet inter

media inter Hieruſalem, & montem Oliueti. Cui opinioni valde faciet Ioel. c. 3. Ioel. 3. *Congregabo omnes gentes, & ducam illas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cū eis ibi*. Et Paulo infra in eodem capite. *Conſurgant.* (Ideſt ſimul ſurgant, & reſuſcitent.) *Et aſcendant gētes in vallē Ioſaphat, quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu.* Quę Prophetia de hoc vniuerſali iuditio aperte loqui videtur. Et magiſter hiſtoriarū (quem citat Hieronymus.) Hieron. dicit. In valle Ioſaphat iudicabitur omnis homo iudicātibus angelis illos. Quod ſi paruula vallis illa tantam multitudinem comprȩhendere non valuerit, poterūt (inquit Hiero.) in locis circunſtantibus ſtare, vt iudicem videant, quorum vallis non eſt capax. Alij volūt hoc iuditium celebrādum in monte Oliueti. Quod validis rationibus ſuaderi poteſt. Primo quia ex loco illo aſcendit Chriſtus in cælū, & rationi conſonū apparet, vt ibidē ianua cæli claudatur impijs, vbi aperta fuit Chriſto, & iuſtis aſcendētibus cū illo. Et huic opinioni fauet illud Zach. 14. *Egredietur Dn̄s, & pugnabit contra gentes, & ſtabūt pedes eius in illa die ſuper montē Oliuarū.* Zach. 14. Et Nicolaus de Lyra, ſuper illud Lyran. Ioelis. 3. *Cōgregabo omnes gētes in valle Ioſaphat.* Dicit, non ꝙ ibi omnes capiantur, ſed quia deſcēdēs Chriſtus ad iudicādum, apparebit ſuper montem Oliueti, vnde aſcendit in cȩlum, & iudicandi apparebunt circa illum locū, itaq; aliqui erūt in valle Ioſaphat, alij circa. Nec refert (inquit) ſi in ipſa ciuitate Hieruſalem, vbi iudicatus eſt, vel in mōte Caluario, vbi paſſus, non dicatur ſeſurus, ſed in valle Ioſaphat, per quam fluit torrens cedron, quia ibi ſuam paſsionem inchoauit, ibiq; compræhenſus eſt. Tū etiā quia totus ille locus tanquā vnus cenſetur. Quia Ioſa-

ſaphat

ſaphat medi⁹ eſt inter vtrũ que montem, ſcilicet, Caluarium & oliuarũ. Ideo aliquando dicitur Chriſtus iudicaturus in Syon, aliquando in Hieruſalẽ, vt Ioelis.

*Ioel. 3.* 3. *Dominus de Syõ rugiet, & de Hieruſalem dabit vo*

*Abdias.* *cem ſuam.* Et Abdiæ. 1. *Et aſcendent ſaluatores in mõtem Syon iudicare montem Eſau, & erit Domino Regnum.* Ideſt aſcẽdent Apoſtoli in montem Syon, quando Dominus iudicaturus aduenict. Et aliquando in valle Ioſaphat, quandoque in montẽ Olíueti. Quod etiã comprobari poteſt ex illo

*Actu. 1.* Actu. 1. quando diſcipulis contemplantibus magiſtrũ ab illo monte aſcendẽtem, dixerunt angeli. *Viri Galli lei quid ſtatis aſpicientes in cælũ? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet.* Illud. *Hic.* Non demonſtratiuum, ſed aduerbium locale prædicatur à multis quaſi dicãt angeli, in hoc met loco eum venientẽ videbitis, vnde cũ abeũtem conſpicitis. Quod quidem erat in mõte Oliuarũ.

¶ De loco iudicis, immo & omniũ ſimul bonorũ dicimus, ꝙ erit in aere ſupra montẽ Olíueti. Sic Gloſſa *Gloſſa ord.*

ord. ſuper illud Ioel. 3. *Congregabo omnes gentes, & ducã eas in vallẽ Ioſaphat, & ibi diſceptabo cum eis.* *Ioel. 3.*

Dicit. *Nõ in terra, ſed in ſpatio aæris ſe debit contra mõtem Olíueti, ex quo aſcẽdit.* Et ſuper eundẽ locum dicit Lyra, deſcẽdẽs Chriſtus ad *Lyra.*

iudicãdũ, apparebit in aęre ſuper montẽ Olíueti, vnde aſcẽdit in cęlũ. Et ꝙ boni etiã in aære erũt, aperte fatetur Paul. 1. Theſſ. 4. *Mortui qui in Chriſto ſunt reſurgẽt primi, deinde nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, ſimul rapiemur cũ illis obuiã Chriſto in aæra.* Super quẽ locũ dicit Amb. in aduentu *1. Theſſ. 4.* *Ambr.*

Dñi qui viui fuerint inuẽti, obuiam rapiẽtur Domino in aæra, mortẽ quaſi ſoporem paſsi: in ipſo enim raptu mortem, & reſurrectionem habebunt. Dumque

anima in ipſo raptu à corpore exierit, remanebit corpus terra, ſed tam breue ſpatium tenebit ipſa mors, vt nec cogitari, nec perpendi poſsit. Hæc Ambro. Hanc met ſententiam videtur approbare Pater meus Aug. lib. 20. de ciuit. c. 20. vbi dicit. Dubitari ſolet, vtrũ illi, quos viuos inueniet Chriſtus, nunquã omnino morituri ſint, an ipſo temporis puncto, quo rapientur obuiam Chriſto in aæra, ad immortalitatem mira celeritate ſint tranſituri? Non enim dicendũ eſt fieri, non poſſe, vt per aęra in ſublime portentur, & in illo ſpatio moriantur, & reuiuiſcant. Et Gloſſa ordin. ſuper ca. 3. Ioel. ſupra alegatum, dicit iuſti vero non deſcendent vallem iuditij, ſed in nubibus eleuabuntur obuiã Chriſto. Vnde ſic forte intelligendus eſt Matthæus cum dicit cap. 25. & ſeparabit eos ad inuicẽ, &c. quia mali remanebunt in terra, & iuſti rapientur obuiam Chriſto in aera. Et hæc dicta ſufficiant pro loco & tẽpore iuditij.

Ambr.

Auguſ.

Gloſſa ord.

Matth. 25.

## Sed in ſuper notandum eſt.

MVltis de cauſis ordinatum fuiſſe à Deo, aliquam fore diem, in qua generale hoc iuditium celebretur. Et prima ratio ſit ex parte ipſius Dei, vt ipſe met Deus de ſe ipſo rationem reddat, & de ſuis huc vſq; celebratis iuditiis. Quorum multa ſatis iniuſta apparent, ſi prima facie conſiderentur. Si enim ſolũ fieret quæſtio de Iacob & Eſau, & quare antequã aliquid boni, aut mali egiſſent, vnum dilexit, & alterum odio habuit, licet valde durum appareat, tamen per ipſum quod durum videtur, ſolutio ſatis apparet, quia certe antequã quidquam boni, aut mali feciſſet, liberius, & licentius forte poſſet Deus odire, vel amare quem voluiſſet, quod

graue

graue valde appareret, ſi poſt bona opera alterum odiſſet, vel poſt mala alterū diligeret. Sed quod durius apparet multis etiā, ſanctis, illud eſt, quia bonos omni afflictione circundatos vident, malos autē omni fælicitate frui contemplantur. Hinc petiebat Iob. 21. *Quare impij viuunt, ſub leuati ſunt, confortatique dicutijs?* Et Hiere. 12. *Quare via impiorum proſperatur, & bene eſt omnibus qui operantur iniquitatem?* Sed & hoc etiam facile ſoluitur. Quia bona temporalia ſic parui pendit Deus, vt nullius momenti iudicet, ea, vel bonis auferre, vel malis cōmunicare. Sic Seneca, volēs Deus traducere bona fortunæ, dedit ea iniuſtis. Traducere, Es deſacreditar, infamar. Paraque ſepamos en quan poco ſe deuē eſtimar, y lo poco que ſon. Tum etiam quia ſi. *Septies in die cadit iuſtus.* Prouer. 24. Nec aliquis in tantum malus extitit, quim bonum aliquod opus nō fecerit, & nec iſta bona ſine pręmio, nec illa mala ſine pæna tranſire liceat, non mirū certe ſi boni ægeſtate percutiātur, & mali, copia rerum temporalium augeātur in hac vita. Quod longe ē contra eueniet in futura. Sed illud certe ſuper omnia, in admirationem rapit, quod aliqui etiam perfectiſsimi ſancti maximis laboribus afficiūtur, vt patet de Iacob, qui dicebat. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Sed & ad hoc peruia eſt ſolutio, quia homo, quantumcūque perfectus, iure creationis ſeruus eſt Dei, & quod Dominus ſeruum innocentem aliquādo puniat, non eſt valde mirādū. Es ſu amo, biē lo puede hazer. Sed illud eſt quod ſuper omnia terrebat ſanctos, quia iuſtos ab impijs cōtemptos, & conculcatos videbant. Quod Deus ipſe puniat eos, etiam innocentes, tranſeat, quia Dominus

Iob. 21.

Hiere. 12.

Seneca.

Prou. 24.

Iob. 17.

eſt eorum. Sed quod iuſti ab impijs puniantur, & videat, atque taceat Deus, duriſsimum apparuit illis. Vnde Abacuch. 1. dicebat. Abacb. 1. *Quare non reſpicis Domine ſuper iniqua agẽtes?* Sed hoc tranſeat. *Quare autẽ taces conculcãte impio iuſtiorem ſe?* Et quid ſi Apoſtolum in inferno, & latronem in Paradiſſo conſideremus? Quid ſi in numera huiuſcemodi conſilia aſpiciamus? Vt ergo de his omnibus rationẽ reddat Deus, & ſe iuſtiſsimum, ac rectiſsimum oſtendat in iuditijs, hunc diem rationis reddendæ conſtituit.

¶ Secunda ratio huius iuditij vniuerſalis, eſt ex parte vniuerſi totius. Tot enim mala in eo inueniũtur, vt vix iam vita in eo ducere poſsint homines, vbi homicidia, Oſea. 4. mendatia, adulteria, furtum, & maledictum inundauerunt. Et quid de litibus, fallatijs, ac fraudibus dicam? Poeta. *Vitur hic rapta, nõ hoſpes ab hoſpite tutus.* Immo. Ni el Padre del hijo, ni el hermano del hermano. Et quis potentium tyrannides? Quis principium ingrauationes ſuſtinere valeat? Quis frigidã dibitum charitatem non deploret? Quis maiorum ambitionẽ non deteſtetur? Quis ſubditorum ſuperbiam non abhorreat? Hæc omnia clamãt ad Deum, vindictam, & reformationem expectãtia. Quibus reſpondere videtur per Sophoniam. 1. Sopho. 1. *Silete à facie Domini.* Quaſi dicat nolite amplius clamare ad Deum, modicum tẽpus expectate. *Quia iuxta eſt dies Domini, & viſitabo ſuper Principes, & ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.* (Trajes eſtrangeros, como aora florecẽ.) *Et ſuper omnem qui arroganter ingreditur ſuper limẽ.* Et etiam reſpondet per Iacabum. 5. Iacobi. 5. *Expectate, patientes ſtote fratres, vſq; ad aduentũ Domini.* In illa enim die in grauationes veſtras tollet, vincula confringet,

& omnia

Eccleſ. 3. & omnia mala ſtrictiſsimo iuditio purgabit. Vnde Eccleſ. 3. ex tot iniuſtitijs, quæ in mundo fiunt, collegit aliquem futurum diē in quo eis omnibus remedia imponerentur. *Vidi (inquit) ſub ſole in loco iuditij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo, iuſtum & impium iudicabit Deus, & tēpus vnicuique Rei tūc erit.* No puedo creer, ſino que à de auer vn dia, en el qual componga Dios todas eſſas coſas. Interrogatus de multis Chriſtus à peſsimo iudice, illud ſolum reſpondit. *A modo videbitis filium hominis venientem in nubibus.* Matth. 26. Quaſi dicat. Sufframos ahora con paciencia, que ſu tiempo vendra, quando ſe juzguen todos eſtos agrauios. Ideo Pau. 1. Cor. 1. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, pro vt geſsit.* Super quod dicit. S. Thom. quod verbum. *Oportet.* Non ſolum dicit neceſsitatem, (vnde ipſe explicat. *Oportet.* Ideſt, neceſſarium eſt.) Sed magnam etiam dicit congruētiam ſatis enim congruit, rationique valde conſonum eſt, vt omnes ante ſupremum iudicem manifeſtentur, rationem de proprijs operibus redditu-ri. Y pague cada vno el mal que vuiere hecho. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum Onagri liberum ſe natum putat.* Dixit Iob cap. 11. Cerril como el ſardeſco, y libre, no ſujeto à dueño alguno, ni á açote, ni palo, como los otros animales, que lo tienen. Ideo. *In ſuperbiam erigitur.* Diem ergo aliquam aſsignari oportet, in qua ſuperbi iſti de actibus ſuis rationem reddere cogantur.

Margin notes: Eccleſ. 3. — Matth. 26. — 1. Cor. 1. — S. Thom. — Iob, 11.

## *Tertia ratio aſsignatur ex parte hominis.*

Ex-

EXpedit enim vt aliqua aſsignetur dies, in qua homo pęna peccato debita puniatur, quæ eſt confuſio, pudor, & verecundia. Quæ quidem pæna omnibus grauior iudicatur. Plura, & acerbiſsima tormenta pertulit Chriſtus pro ſalute noſtra, ſed hoc verecũdię, lõge durius iudicauit. Vnde admirans Paulus, ꝙ tantum tormentum ſubire non ab horruiſſet, dixit, Heb. 12. *Suſtinuit crucem confuſsione contẽpta.* Cerrando los ojos à todo lo q̃ era confuſion y afrẽta. Nullam aliam duriorem pænã inueniſti, ó dulciſsime Ieſu, ad quam deglutiendam clauderes oculos tuos? Nullam certe. Quia nudus pendens in crucem, conſpectu tot oculorum, incredibiliter prę confuſsione cruciabatur. Vnde Chryſoſtomus dixit. Grauiſsima pænarum pudor eſt, quam in iuditio futuram didicimus. Et Baſil. qui malis operibus inquinati fuerint, ad ignominiam, & confuſsionẽ reſurgent, cernentes in ſe ipſis turpitudinem, & formas peccatorum. Et quanto res turpior, tanto maiorem confuſsionẽ adducet. Et ipſe Baſil. oratione. 23. de iuditio, de hoc pudore dixit. Forte grauior, quã tenebrę, & ignis ęternus, hic pudor erit. Quod ſi Iſaias dixit de illo die. *Confundetur Sol, & Luna erubeſcet.* Iſai. 24. Que ſe taparà la cara, y ojos de verguença los cielos. Ne turpia noſtra aſpicere valeant. Quid faciet peccator ipſe? De Virgine quadã nomine, Nictimine finxerũt Poetæ, quod prę nimia verecundia ex turpitudine cuiuſdã peccati contra caſtitatẽ cõmiſsi, ad interiora deſerti ſe contulit, vbi ab oculis hominũ nunquã amplius videri poſſet. Y ſe trãsformo en aue nocturna, por no andar de dia. Sic Ouidius. Auis illa quidem, ſed cõſcia culpæ, cõſpectum, lucemque fugit, tenebriſq; pudorẽ celat. Ad

Heb. 12.

Chryſoſt.

Baſilius.

Iſai. 24.

Fabula.

eundem

eundem modum dicere videbatur Dauid, poſt peccatum. *Similis factus ſum pelicano ſolitudinis, & ſicut nicticorax in domicilio.* De vergueça no oſaua parecer antes gẽtes, ſino como aue nocturna, o ſolitaria, gimiẽdo por los deſuanes. Et ſi conſpectum hominum ſic erubeſcebat: quid faciem Dei in illo die? Ideo orabat ipſe. *Dñe ne in furore tuo arguas me.* Arguere, idem eſt quod conuincere. Quaſi dicat. Oro Dñe ne in illo die tremendo furoris tui cõuincas me publice, & coram omnibus de peccatis meis. Et text. Chaldęus dicit. Domine ne in furore tuo percutias me. Quia quoties de aliquo delicto publice conuincimur, quod confuſsionem inducere ſoleat, dicimus. Fue darme vn bofeton en la cara. Dicit ergo Chaldeus. Domine ne in furore tuo percutias me. No me deys tal bofeton, q̃ en publico me conuençays de mis pecados. Et hinc Chriſtus dicebat Ioann. 3. *Qui male agit, odit lucem.* Quare? *Vt non arguantur opera eius.* Por no recebir tal bofeton en publico. Si enim opera eius turpia apparerent in publico, præ rubore, & confuſsione non poſſet ſubſiſtere peccator. Ideo odit lucem. In hoc ergo die omnia crimina noſtra quantumcunque occulta, fæda, grauia, ac turpia manifeſtabuntur, ad confuſsionẽ peccatorum. Petit Procopius ſuper Exod. 7. quare plaga prima Aegyptiorum facta fuerit in flumine Nilo, cuius á quæ in ſanguinem fuerunt conuerſæ? Et reſpondit ipſe. Quia ĩ eo ſuffocauerat Pharao pueros Hebræorum. Vt ipſę met aquę, ſub quibus ſcelera ſua tegi, & ſubmergi voluerunt, vocibus ſuis, ea detegerẽt, & publicarent, teſtes factę crudelitatis eorum. Et addas tui. Quod dicit Pierius. lib. 26. quod Aegyptij, flumẽ illud adorant, & tanquã Deũ ſuũ venerantur. Y por tenerlo

tan

Marginal notes: *Pſal.* 101. — *Pſalm.* 6. — *Ioan.* 3. — *Procop.* — *Pierius,*

Biblioteca Universitaria GRANADA

tan obligado. Penſaron que les encubriria ſu maldad, y la quiſierõ ſepultar en el. Pero eſſe meſmo fue, el que la deſcubrio, y publico, y fue el fiſcal contra ellos. Nemo ergo dicat, occulté commiſi tale crimen, nunquã cognoſcetur, quia veritas ipſa promiſit Matth. 10. *Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non ſcietur.* Ideo hic dies appellatur á Paulo. *Dies reuelationis.* Rom. 2. que de coſas ſe deſcubriran aquel dia, por eſſo el Sol ſe cubrira los ojos. *Sol obſcurabitur.* Quod oculos claudẽs, & faciem auertens, ne tot turpia proſpiciat. Quod ſi Sol ſic erubeſcet, quid ipſe peccator? Cui monti dicet præ cõfuſsione, cade ſupra me. Nunc ergo præocupemus faciẽ Domini in confeſsione, & lachrimis fœditates noſtras lauemus, vt gratiam obtineamus, & gloriam.

*Matth. 10.*

*Rom. 2.*

# DOMINICAE PRIMÆ ADVENTVS SERMO SEXTVS.

## *Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis.* *Lucæ. 21.*

Liuius. Liuius lib. 2. exclamat. dixit, externus timor maximum in vrbe cõcordię vinculum. Bene quidem, quia per illum pax ſeruatur in Republica, ſecuriuſq; quiſq; vitã, & res ſuas poſſidet in ea. Hinc Bern. ſer. de donis Spiritus ſãcti. Cõnexa ſũt, timor, & religio, nec manere poteſt alterũ abſq; altero. Vbi enim non timetur repræhenſor, iniquitas licentius perpetratur. Per timorem autem compeſcimur, ne poſt vitia rapiamur. Sic Diuus Piſcianus Epiſt. 2 in medicinæ poculis ſolet amarum, magis quam dulce medicari, ſic & in animæ ægritudinibus ſæpe timor eſt prima ad ſalutem via. Vnde petebat Dauid. *Confige timore tuo carnes meas.* Ideo per hunc timorem nititur Eccleſia impetus noſtros fręnare. Ideo erunt ſigna.

Bernar. Piſcianus. Pſal. 118.

## *Erunt ſigna in Sole.*

LIcet omnia attributa in Deo propria, & vndique æqualia ſint, nichilominus inter iuſtitiam, & miſericordiam nouimus hanc differentiam, quod miſericordia dicitur proprium eius, & iuſtitia extraneũ, & alienum ab eo. Vnde de miſericordia canit Eccleſia, Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere.

Et Pau.

Et Paul. 2. Cor. 1. Vocat Deum. *Patrem miſericordiarum, & Deum totius cõſolationis.* Et Iſaias agẽs de iuſtitia dixit, cap. 28. *Vt faciat opus ſuum, alienum opus eius: vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo.* Quid vocas opus alienum, & peregrinũ á Deo? Iã prædixerat, iraſci quidem, ac punire. Et cap. 30. depingens Deum veniẽtem ad vltionem peccatorum, & maximè iratũ, prædixit. *Ecce nomen Domini veniet de longinquo.* Qui vbique præſens ad eſt, qualiter dicitur venire de longinquo? De longinquo, inquam á ſe ipſo, & á ſua met pro penſione. Quia ad iuſtitiam exercẽdam veniebat. Quod quidem longiſsimũ eſt á piiſsima cõditione ſua. Hinc eſt, ꝙ puniturus Deus Iſrrael propter ſcelera ſua, dixit illi per Ezech. 5. *Ecce ego ad te, & faciam in medio tui iuditia, quæ non feci, & quibus ſimilia vltra non faciam, propter abominationes tuas.* O piiſsimẽ Deus, nonne durior vltio fuit tot ciuitates igne cęleſti conſumi? Non ne crudelior etiam, vniuerſum orbẽ aquis diluuij ſubuertere? Vtique. Verũ tamen tanto cordis dolore afficior, quoties ad vltionem cogor, vt quantumcũque minimam duriorẽ omnibus factis iudicem. Opus ergo alienum á Deo caſtigare. Hinc Iſai. 7. *In die illa radet Dominus in nouacula conducta.* (In Rege, inquam Aſsyriorum, quo inſtrumento vtetur ad hanc vltionem.) *In his qui trãsflumen ſunt, caput, & pilos pedum, & barbam vniuerſam.* Ecce ad hanc vltionem dicit ſe nouaculam conductam accepturum. La buſcara preſtada, ſeñal que no guſta tener la en ſu caſa. Sed eam ad vltionem mendicatam, & cõductam accipiet, quã citiús procul à domo ſua expellẽdam poſt vltionẽ. Hinc eſt quod maximè doleat per Ezech. 22. non inueniſſe virum,

*2. Cor. 1.* *Iſai. 28.* *Iſai. 30.* *Ezech. 5.* *Geneſ. 19.* *Geneſ. 6* *Iſai. 7.* *Ezech. 22.*

rum, qui eum ab vltione cõ
peſceret. *Quæſiui de eis virum, qui ſtaret oppoſitus cõtra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inueni.* Con grande dolor lo dize. *Et nõ inueni.* Et Ezech. 13.
Pſal. 105. *Qui vulpes in deſertis Prophetæ tui Iſrael erant, nõ aſcendiſtis ex aduerſo, neq; oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.* Et quia aliquando ſtetit phinees impediens eum ab vltione, & ceſſauit quaſſatio, vt dixit Dauid, tanto gaudio affectus eſt, vt diceret. *Ecce do*
Num. 25. *ei partem fœderis mei, & erit tam ipſi, quam ſemini eius pactum Sacerdotij ſempiternum.* Se lo agradecio tanto que le dio el ſummo Pontificado para el, y para todos ſus deſcendiẽtes. Ob hoc ergo tot ſigna præcedere faciet ad diẽ vltionis, vt homines præueniantur, & diſponãtur, ne veniẽs ad rationẽ exigendã, cogatur illos durius caſtigare. Ideo. Erũt ſigna in Sole, & Luna.

¶ Ite maledicti in ignem æternum. Hæc eſt ſententia contra peccatores proferẽda in illo die tremẽdo, quę tria tantũ continet verba, ſed horrenda ſatis. Primum eſt. *Ite.* Secundũ verbum eſt. *Maledicti.* Tertium eſt. *In ignem ęternũ.* In primo pæna damni proponitur, quæ eſt ſeparatio à Deo. In Secundo. Et Tertio pæna ſenſus crudeliſsima exageratur. Sed prima (quæ damni dicitur) longe grauior eſt. Sic Chryſoſt. ſuper Matth. duæ ſunt pænę ęternales, excidi (ideſt à Deo ſeparari) & in ignem Chryſoſt.
mitti: multi gehenam horrent, ego autem caſum gloriæ maiorem forte dico. Et in quodam ſerm. dixit ipſe Chryſoſt. excludi à bonis æternis, & alienum eſſe ab his, quę praparata ſunt ſanctis, tantum cruciatum, & dolorem infert, vt ſi nulla pęna extrinſecus torqueret, hæc ſufficeret. Separari enim á Deo, á patre ſuo creatore, ac Redemptore

ſuo, à ſummo bono, & à ſumma fælicitate, durius eſt, quà mente concipi poſſit, nec dum verbis exprimi, ſi ergo ex magnitudine Rei à miſſę dolor ex à miſſione eius conijciendus eſt, quis poterit perpẽdere, quãtus dolor ſit Deum perdere in æternum, qui ſummum bonũ eſt? Tollerabilius iudicauit Abſalon interfici, & moriori, quam faciẽ Dauid Patris ſui nõ videre. Vnde dixit ad Ioab. *Loquere ad Regem, obſecro vt videã faciem Regis: quod ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me* 2. Reg. 14. quid erit in æternum amittere faciẽ Regis gloriæ, in quam deſiderant Angeli proſpicere? Et Caim dicebat. *Ecce nũc proijcis me à facie tua, quis me nõ interficiet.* Ideſt quæ vita mihi eſſe poterit in abſentia tua? Et ſenex Thobias dicebat. *Quale gaudiũ mihi erit, qui lumen cæli nõ video? c. 5.* Quid qui à ſole iuſtitiæ, & à vita ipſa ſeparatur in æternum? Nullum ei certe gaudium, nulla lætitia, nullaq; iucunditas erit ei, ſed innumera mala. Audiens Petrus. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Obſtupuit, & dixit. *Non tantum pedes, ſed & manus, & caput.* Et Iudich. 18. Micha lachrimis plenus inſequebatur milites hoſpites ſuos, qui furati ſnnt Deos ſuos, ad quem cum milites dicerẽt. *Quid tibi vis? Cur clamas?* Reſpõdit Micha. *Deos meos tuliſtis, & dicitis, quid tibi eſt?* Quod ſi intolerable erat iſti per horam vnam eſſe abſq; lapideis Deis ſuis, quid ſine veró Deo in æternum agere? Magdalenæ amare flenti dixerũt Angeli. *Mulier cur fles?* Et Reſpondit. *Quia tulerunt Dominum meum.* Quaſi dicat conſolari ne potero ſine Deo meo? Si abſentiã ſponſi nec per dimidiam horam ſuſtinere valuit ſponſa, quid in æternum ab illo ſeparari? Hæc ergo duriſsima pæna dicitur in illo ite.

Margin notes: 2. Reg. 14. — Gent. 4. — Thob. 5. — Ioan. 13. — Iudich. 18. — Cant. 3.

Ma-

¶ *Maledicti.* Ecce ſecundum verbum. parum ne erat à te in æternum ſeparari, ó ſumma fælicitas, niſi ꝙ in ſuper & maledicas? Sed quid mali ex hac maledictione obtinebunt? Steriles permanebunt, vt nunquam in æternum fructiferum aliquod opus producere valeant. Vnde nec Deum amiſſum recuperare, qui ſolum bonis operibus recuperandus eſt. Maledixit Deus ficulneæ, & ſtatim aruit, nec amplius fructum aliquē produxit. Quia maledictio fuit talis *Nunquam ex te fructus naſcatur.* Matth. 21. ex qua maledictione ſterilis facta eſt, & impotens in ſempiternum ad fructificandum. In initio creationis, ſingulis creaturis ea benedictione benedicebat Deus, creſcite, & multiplicate, & producat quęlibet fructum iuxta ſemen ſuum. Ex qua benedictione fæcundæ, & potentes factæ ſunt ad fructificandum. Sed in fine mundi maledicet Deus peccatores, vt ex maledictione permaneant ſteriles in ęternum ad quodlibet bonum opus producendum, vnde & impotentes ad ipſum Deum amiſſum recuperandum. Ideo dicetur illis. Ite maledicti.

Matth. 21.

Geneſ. 1.

¶ *In ignem æternum.* Hoc eſt. Tertium verbum illius rigidiſsimę ſentētię, in quo pæna ſenſus iam aſsignatur, nec exiſtimes, hoc ſolummodo tormentorum genere damnatos torquendos fore in inferno. Tot enim fortè tormentorum genera ibi inueniūtur, quot culparum. Vnde Iob. 20. *Iuxta multitudinem ad inuentionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit.* Et idem cap. 23. *Cum q; expleuerit in me voluntatem ſuam, & alia multa ſimilia præſto ſunt. Et, id circo à facie eius turbatus ſum, & cōſiderās cū timore ſolicitor.* i. propterea tremore diſſoluor, quia

Iob. 20.

Iob. 23.

cum millia mihi emiſſerit ſupplitia, alia quã plura præſto ſunt ei. Et Dauid Pſalm. 10. *Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis ſulphur, & ſpiritus procællarum, pars calicis eorũ.* Quaſi dicat ignis, ſulphur, & procellę pars calicis erunt ſolummodo, non totus calix, non tota pęna quia pluet, &c. Para encarecer la multitud de algunas coſas, dezimos, que llueuen ſobre noſotros. Llueuẽ ſobre mi trabajos. Et eſt ſuprema ponderatio. Sic. *Pluet ſuper peccatores laqueos.* Quia ſicut guttas pluuiæ nemo numerare valet, ſic nec tormentorum genera, quæ in inferno inueniuntur. Sic Gregor. hoc de pænis ſuſpicari non poterit, ꝙ ibi cruciatibus deditum nõ fuerit. Et Sap. 11. *Per quæ peccat quis, per hęc & punient.* Et Bernar. in quo autem membro Deus plus offenditur, in eodem peccator grauius torquebitur. va[r]ia ergo, ac plura tormenta in inferno ſuſtinebunt damnati, pro varietate ſaltem, ac multitudine membrorum. Vnde Deuter. 32. *Congregabo ſuper eos mala, ſagittas meas complebo in eis.* Sicut enim vita Beata congregatio eſt omnium bonorum, ſic & illa miſerorum vita congregatio erit omnium malorum, ſic Dauid dixit. Pſal. 74. *Calix in manu Domini, bibent omnes peccatores terræ, veruntamen fex eius non eſt exinanita.* Ninguno beue jamas haſta las hezes en eſta vida. Tunc autem vſque feces bibent, quia nunc miſericorditer punimur, tũc autem, ſine vlla miſeratione puniẽtur preſciti. Et dolorum. Vnde ipſe met monebat Deus. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus animã autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perderę in gehennam.* Matth. 10. ideſt qui poteſt vtrumque perdere, & non qualitercumque ſed in gehenam, vbi vtrumque

quam

Margin notes: Pſal 10. — Gregor. — Sapien. 11. — Bernar. — Deuter. 32. — Pſal. 74. — Matth 10.

quam multis, ac crudeliſsimis tormentis cruciabitur. Aũque el tirano açote, corte á tajadas, y deſmiembre por cojũturas, y queme viuos, &c. *Nolite timere.* Porque todo eſſo cae defuera, no llega al alma. *Incircuitu impij ambulant.* Explicat Chryſoſt. nil intereſt, quod impij nos perſequantur, ſi quidem quidquid pręſtare poſſunt, eſt incircuitu ideſt in ſuperfitie corporis, voluptatibus, & diuitijs. No puede paſſar de ahi. *Sed eũ timete, qui poſtquam occiderit corpus, poteſt & animam occidere in gehena.* Ideo Iob dicebat. *Poneme iuxtate, & cuiuſuis magnus pugnet contra me.* Quaſi dicat, quælibet enim alia manus nec timenda eſt, neque formidanda, manus ſolum modo tua per timeſcẽda eſt, quę tot, tantiſque tormentis nouit corpus, & animã torquere. Sed licet tot tormentorũ genera ibi inueniantur, ſolũmodo, mentio fit de igne, in ſententia, quia grauior, communior, ac principalior pęna eſt. De qua dicebat Auguſt. quod ignis elementaris noſter in vi vrendi, ſe habet in comparatione ad ignem illum, tanquã igniis mortuus, vel in pariete depictus, reſpectu ignis veri. Ideo ite in ignem æternum.

*Chryſoſt.* *Iob.* *Auguſt.*

¶ Nolo ſilentio prætermittere quæ à ſanctis patribus, de accerbitate huius ignis in vrẽdo prędicata ſunt. Bernardus dixit, vna ſola illius ignis ſcintilla grauiûs peccatorum torquebit, quã ſi mulier aliqua in acerbiſsimis partus doloribus per mille annos perſeueraret. Et Ambroſi. dicit. Quod ſi homines oẽs nati ab Adã, vſque ad præſentem diem viuerẽt, & omnes boni prædicatores eſſent, & ḋ minutiſsima pæna inferni prædicarent omnes, minutiſsimã pænam illam propallare nõ poſſent. Sed longius, latiuſque id põderauit Pater Auguſt. ſi omnes homines nati ab Adam vſque ad præſentem

*Bernar.* *Ambro.* *Auguſt.*

ſentem diem, & naſcituri vſque ad nouiſsimum, viuerent, & vnam pœnam ſolam, quám patitur anima in inferno pro vno peccato mortali, ex æquo paterentur, ita vt vnicuiq; homini pars illius pœnæ daretur æqua, particula illa quę vis illius pęnę vnius hominis maior eſſet, quã omnia tormenta, quæ omnes ſancti martyres, omnes raptores, omneſque malefici tores, paſsi ſunt. Et quid tu ad hęc dices, ó miſer peccator.

¶ Aeternum. Nec minus pertimeſcẽdum eſt verbũ hoc. Ignis elementaris materiam accenſam cõſumit, ille nunquam licet in æternum accendet eam. Euſebius Emiſſe. hom. 1. ad Monachos dicit. Illa rationalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere. Rationalé vocat illã, quaſi dicat quid amplius feciſſet, ſi ratione vteretur? Cum ergo materia illius ignis gehenę ſit culpa, quæ ibi manebit in æternum, ſequitur quod exuſtio ſit etiam æterna. Et Hiere. 51. *Scripſit Hieremias omne malum, quod venturũ erat ſuper Babilonem in libro vno, & dixit ad Saraiam, cum compleueris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illum in medium Ephratem, & dices, ſic ſub mergetur Babilon, & non conſurget.* Nunca mas leuantara cabeça pa ra ſiẽpre. Minæ certæ ſunt iſtę, quæ ad omnes peccatores dirigũtur. Vnde Hugo lib. de anima, quis putas tũc męror erit, & triſtitia, quando ſeparabuntur impij à cõſortio ſanctorũ, & viſione Dei, & in ignem tradẽtur, vbi erit mors corporis, & animæ ſine fine. Vbi neque qui torquet, aliquando fatigatur, neq; qui torquetur, aliquando moritur, ſed ſic moritur, vt ſemper viuat, & ſic viuit, vt ſemper moriatur. Et Dauid Pſalm. 28. *Vox Domini intercidentis flammas ignis.* Quæ vox? Hæc vtique hodierna. *Ite male-*

*Euſebius Emiſſenus.* *Hiere. 51.* *Hugo.* *Pſal. 28.*

*maledicti in ignem ęternū.* Hęc vox hanc ignis æterni flammam intercidet. Duo habet flamma ignis, comburere, & conſumere. Sed duo hæc per vocem illam diuidentur. Et retinet flamma id quod eſt vrere, amittet id quod eſt conſumere. Vnde puniet in ęternum damnatos, nec conſumet eos. Vel vt dixit

*Baſilius.* Baſilius ſuper hoc intercidentis flammam ignis, quia

*Theodor.* quod groſſum eſt, & viſtiuū in infernū detrudet, quod autem lucidum in cęlum leuauit. Hoc ad gloriam bonorum, illud autem ad vltionem, & pænā impiorū.

*Auguſt.* Auguſt. li. 2. de mirabil. Sacræ ſcript. c. 31. dicit quod in flamma duo ſunt, humiditas, & ſiccitas: humiditas conſeruat eam, qua finita, ipſa etiam flamma deficit, & ignis extinguitur. Sic in

*Dan. 3.* fornace Babilonis diuiſit Deus (inquit) humiditatem, & ſiccitatem, illam in rorem ſuauiſsimum conuertit, ad ſolatium trium puerorum, & flammam ſiccam reliquit, ad vltionem tortorum. Eadem prorſus diuiſio tunc fiet in igne illo gehenæ. Et Gregor. in homil. erit enim miſeris mors

*Gregor.* ſine morte, & defectus ſine defectu, quia mors ibi ſemper incipit, & deficere neſcit. Et Apoc. 9. *In*

*Apoc. 9.* *diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient*. Super quod Au-

*Auguſt.* guſt. in ſer. & quare in inferno mors quęritur, & non inuenitur? Quia quibus in in hoc ſeculo vita offertur, & nolunt accipere, in inferno quęrant mortē, & nō inueniāt. Et Iudith. 16. *Da-*

*Iudith. 16.* *bit Dominus ignem & vermes in carnem eorum, vt vrātur, & ſentiant in ſempiternum*. O tremendo caſtigo, pero bien merecido. Y baſta para entenderlo aſsi, ver que lo da vn pecho tan piadoſo, como es el de Dios. Et hoc ſonat illud Iacobi. 2. *Iuditium*

*Iacobi. 2.* *enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſe-*

*ricordiam.* Y para caliſicacion añade. ***Super exaltat autem miſericordia iuditium.*** Su mucha miſericordia leuanta mas de punto ſus juyzios, y califica ſus ſentencias, porque dandolas vn pecho tan piadoſo, es viſto, que le ſobra razon. Pondera ergo ó peccator, ad quem ignem mittendus es, & in ęternum ab illo cruciandus. Si in lecto florido, omnibuſque delitijs abundante per multos dies iacere, intolerabile adhuc iudicatur: quid in ſtrato ignito illo, & tanta tormentorum varietate ornato, in æternũ proſterni, & volutari? Quis ergo vocem hanc non pertimeſcet audire. ***Ite maledicti in ignem æternum?*** Pſal. 54. ***Deſcendant ergo in infernũ viuẽtes.*** Dicebat Dauid Pſal. 54. ſcilicet, per contẽplationem pænarũ eius. Sic enim explicat Greg. ne deſcendant morientes. Quia certe ex hac conſideratione, elaborabunt, ne ad illas mittantur. Si enim (vt dixit Abacuch. 3. *Cõtriti ſunt montes ſæculi, in curuati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.* Abach. 3. Quẽ locum explicans Bernar. ſuper Pſal. 90. per montes, & colles mundi intelligit angelos, qui in vltima die contremiſcent, conſiderantes duas ęternitatis vias, ex tũc incipientes, alteram ad ęternam gloriam, alterá ad pænam æternam. Temblaran de conſiderarlo, eſtando ellos tan ſin peligro, y tan ſeguros. Quid faciet homũculus, qui in alteram earum neceſſario incidet, & prorſus ignorat, quæ earum ſibi ſeruata ſit? Nõ dubiũ quim omnes greſſus ſuos quiſq; reprimat, & in meliorem viam reducat, ſi hæc contemplatus fuerit. Ideo. *Ite maledicti in ignẽ æternum.* Bernar. Pſal. 90.

¶ Eſuriui enim, & nõ dediſtis michi manducare. Ecce iam ſeueriſsimæ iuſtitiæ cauſam aſsignat. Eſuriui enim, & non dediſtis. Domine, tu qui ſanitas plena es, eſuriiſti? Vtique in mẽbris meis,

meis, in pauperibus, & in mendicis. Et quidquid illis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Ideo. *Ite in ignem æternum.* Sed de his tantum rationem ſumes in die illo, ô iudex optime? Minime, quia nullum crimen multũ manebit. Sed hoc dixit, quia de his primũ, & diſtrictius iudicabit. Sic intelligendus eſt Hieronymus dicens. Quod mali condemnabuntur, non quia mala, ſed quia bona non egerunt, cibum eſurienti, potum ſitienti, & veſtem nudo tribuẽtes. Et Auguſt. dicit. Quod non dicet peccatoribus, ite maledicti in ignem æternũ, quia occidiſtis quia furati eſtis, quia adulteri, &c. ſed quia eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Quia ęleemoſynas facere contempſiſtis, cum ea facere poſſetis. Et Origenes ſuper hęc verba, eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, dicit. Quomodo aliena retinens, electorum ſortem recipies, cum ab ea excludantur, qui

Hieron.

Auguſt.

Origen.

ſua non erogarunt? Si in ignem mittitur, qui nõ dedit rem propriam, quó putas mittendus erit, qui inuaſsit alienam? Et Iacobi 5. *Agite nunc diuites, vlulate in miſerijs veſtris, quę aduenient vobis.* Sed quare vlulabunt? Et quare tot miſeriæ aduenient eis? *Diuitiæ veſtræ putrefactę ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt, aurum, & argentum veſtrum ęruginauit.* (De puro guardados, y no repartidos á pobres.) *Et ærugo eorum in teſtimoniũ vobis erit. Et manducabit carnes veſtras ſicut ignis.* Ecce quare igni tradentur torquendi, quia eleemoſinas facere contempſerunt. Et Chryſoſt. in Matth. pro eo quidem quod Eccleſiam nõ ornauerit, nemo vnquã eſt accuſatus; pro eo autem quod pauperum non ſit miſertus, gehenę, & ignis inextinguibilis minæ ſunt intentæ, & cruciatus cum demonibus. Ideo hodie dicitur, ite maledicti in ignem æter-

Iacobi. 5.

Chryſoſt.

num, eſuriui enim & non dediſtis mihi.

¶ Venite benedicti percipite Regnum, quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Por eſſo ſolo les days el Reyno? Ob quam rationẽ clauſa eſt ianua virginibus fatuis? *Quia non ſumpſerunt oleum ſecum.* Matth. 25. non dixit, quia non erãt virgines, ideſt fideles (ſicut adulteriũ dicitur idolatria, & infidelitas. Omnes enim virgines erãt, & fideles, nec enim aliter ſponſæ dicerentur.) ſed quia, *Non ſumpſerunt oleum ſecum.* El azeyte es la charidad, la miſericordia, la blandura de animo y la piedad con los neceſsitados. Si ergo ianua clauſa eſt eis, quia hãc miſericordiam non habuerunt, merito eis aperienda prædicatur, qui in ea floruerint. Ideo dicebat Dauid. Pſalm. 51. ego autem ſicut oliua fructi fructifera in domo Dei. Yo pienſo dar mucho fruto de azeyte, y de miſericordia en la caſa de

Matth. 25.

Pſal. 51.

Dios, porq̃ no me den con ſus puertas en la cara, antes me la abran de par en par. Quia ve dixit Iſai. 57. *Viri Miſericordiarum colliguntur.* Et vertunt ſeptuaginta. *Viri iuſti colluntur,* &c. Ecce iſti vocãt iuſtos, quos vulgata miſericordes. Et Dauid. Pſ. 144. *Et ſancti tui benedicãt tibi.* Vertit Hieron. ex Hebræo *Et miſericordes tui benedicãt tibi.* Y del no miſericordioſo q̃ dize Dauid: *Cõſtitue ſuper eum peccatorem, diabolus ſtet à dexteris eius.* Siempre á ſu lado. *Cũ iudicatur, exeat con dẽnatus.* En todos ſus pleytos ſalga vencido, y cõdenado. *Oratio eius fiat in peccatũ.* No ſea mas acepta ſu oracion, q̃ ſi fuera del miſmo pecado. *Fiant dies eius pauci.* No ſe alegre. *Et Epiſcopatũ eius accipiat alter.* Sus dignidades. *Transferãtur dies eius, & mendicẽt.* Veanſe peregrinos, y pordioſeros de puerta en puerta. *Scrutetur fænerator ſubſtantiam eius.* Cada dia lo

Iſai. 57.

Pſal. 144.
Hieron.

Pſal. 108.

executen por deudas, y le vendan ſu caſa, y ajuar, y hazienda. O ſanto Dios, porq̃ tal carta de ſentencia contra eſte deſuenturado? *Pro eo, quod non eſt recordatus facere miſericordiam.* Sed illud tu annotes, quod dicunt Aug. & Thom. Prophetæ cum imprecant, iudicant. No maldizen á nadie los Prophetas, ſino refieren la ſentencia, que han de tener en el tribunal de Dios. Ergo ab his omnibus liberabitur, qui fuerit miſericors? Vtique. ſi. *Dicite ergo benefacere.* Dicit Iſai. I. quomodo? *Subuenite oppreſſo, defendite viduam.* Y eſſo es hazer bien? Equidẽ. Quia tunc. *Et ſi fuerint peccata veſtra rubra, & vt coccinum ſicut nix de albabũtur.* Es granjeria para lauar culpas la charidad, y la limoſna. Y Dauid. *Diſperſit, dedit pauperibus?* Derramo con mano liberal dando à pobres? *Iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi.* Quaſi dicat ex hoc ius ad Regnum adeptus eſt in æternũ. Et cornu eius exaltabitur in gloria. Et Pſal. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenũ, & pauperem, in die mala.* (Scilicet iudicij huius) *Liberabit eum Dominus.* Quia certe ab illa rigidiſsima ſententia liberabitur, qui pauperum curam ſuſcepit. Ad tẽplum ingrediuntur homines ad petedam miſericordiam à Deo. Sed ianuæ tẽpli non cedrinæ erant, nec deligno, ſic Thim. ſed deligno oliuarum; vt dicitur. 3. Reg. 6. quia oliua miſericordiam ſignificat, & per eam ingredi quis debet ad petendam miſericordiam à Deo, quaſi dicat. La alcançara de Dios, el que la vuiere vſado con los pobres. Hinc Chriſtus. *Beati miſericordes.* (Scilicet; erga proximos.) *Quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Et Philõ dixit. Audiemur enim á Deo, ſicut nos audiuimus, ſic aſpiciemur

Iſai. 1.
Pſal. 111.
Pſal. 40.
3. Reg. 6.
Matth. 5.
Philon.

ciemur ab illo, ſicut & nos aſpeximus: offeramus ergo miſericordiam, pro miſericordia, & pro ſimili, ſimile adipiſcemur. Et Petrus Niſſenus ſuper hęc verba, *Eſuriui enim.* Dicit. Solo ſe examinã los limoſneros. Porque? Non alia de cauſa iuditium illud tam acuratiſſimum, tanquã penicillo diſtinctum nobis ante oculos poſitũ eſſe crediderim, niſi vt perdiſcamus beneficentiam: hæc enim eſt, quę conſtituit vitã. Solo ſe nos pinta el juyzio tan terrible para que aprendamos á hazer bien á pobres. Si quidẽ eleemoſinis cõparare debemus ab illis Regnum cælorum. Sic Christus. *Beati pauperes, quoniã veſtium eſt Regnum Dei.* Y como ſuyo lo pueden dar à quiẽ ellos quiſieren. Et magna miſericordia fuit, quod tantum Regnum in manibus pauperum poſuerit Deus, quia pro vili prætio donabunt illud. Quod nõ facerent diuites. Qui enim fame præmitur, pro bucella vna panis, vel pro calice aquæ non dubitabit tradere illud. Sicut tradidit Eſau, primogenita ſua tota, polentis edulio. Gen. 25. La hambre le hizo varatarlo tanto. Quod nõ feciſſet, ſi diues eſſet. Ab his ergo pauperibus emamus Regnum eleemoſinis noſtris, & obtinebimus. Sic Aug. de electis dicit. Ser. 50. de tempore. Nõ ergo itis in Regnum quia nõ peccaſtis, ſed quia peccata veſtra eleemoſinis redemiſtis. *Eſuriui, dediſtis michi manducare.* Et Pet. Chryſolog. ſer. 14. in Pſal. 14. dicit. Quod Abel paſſus ſit, quod Moyſes legem tulit, quod Petrus crucẽ reſupinus aſcẽdit, Deus tacet: & hoc clamat ſolũm, quod comedit pauper. Eſtraño caſo, que no haga alli mencion de la ſangre de Abel derramada: de auer ſido enclauado S. Pedro en vna cruz la cabeça abaxo. Sino ſolo del auer vſado de miſericordia con pobres. Inuit certe quanti faciat

Niſſenus. Matth. 5. Geneſ. 25. Auguſt. Chryſolog.

Deus

Deus iſta opera pietatis. Quis ergo deinceps ſe cohibere poterit ab eleemoſinis? Quis tunicam non auferet de corpore ſuo, vt nudum induat? Quis bucellam oris ſui non diuidet cũ eſurientibus? Si quidem totum bonum æternum in hoc poſitum eſſe dicitur, & gratia, & gloria noſtra, ad quam.

DE

# DE SANCTO AN-DREA SERMO PRIMUS.

*Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ vidit duos fres. Matth. 4.*

GRata mater Eccleſia hoc ſolemne feſtū ſuo Apoſtolo Andreæ celebrat qui tanta virtute, ac ſanctitate floruit, vt fundamentum primum regenerationis eius eſſe meruerit, primus Apoſtolus Domini Ieſu, primus ſui inſtituti diſcipulus, primus Collegij Sotius, Primus ſui exercitus Dux, quique denique primæ voci vocantis obediens, Statim relictis omnibus ſequutus eſt eum. Nec ad quid vocaretur cōſiderauit, vel cui miniſterio, vel vſui præficeretur, quid ve præmij acciperet, ſed ad quæcumque præciperentur paratus ſequutus eſt eū. Ideo gratiſsimus extitit Chriſto Domino. De hoc agemus, Aue Maria.

¶ *Ambulans Ieſus iuxta mare, &c.* Geneſ.49. dicitur quod magnus Patriarcha Iacob morti proximus, filijs ſuis futura prænuntiās, oculoſque ad Iudā dirigēs, & in illo ad Chriſtum Dominū, dixit illi. *Pulchriores ſunt oculi tui vino.* Incognitus ſuper illud Pſal. 103. *Et vinū lætificet cor hominis.* Per vinum intelligit dilectionē, & amorē, quia ſicut vino inebriātur homines, & mentis, ac ſenſuum extaſim patiūtur, idem prorſus ex amore contingit eis. Dicens ergo Iacob Chriſto, ꝙ oculi eius pulchriores vino ſint,

*Geneſ.49.*

*Incogn.*

ſint, ad effectus certe proſpiciebat eorum, quaſi dicat maior quidé, & efficatior longe vis adeſt in oculis tuis ad ſimiles effectus in animabus producẽdos, quã in quolibet fortiori vino, ac efficaciſsimo amore. Idẽ etiam videtur anuere ſponſa dicens Cant. 5. *Ocul. tui ſicut columbę ſuper riuulos aquarum.* Non dixit, ſicut aquilæ, vel alterius auis, ſed ſicut columbæ, quia columba ſimbolũ, eſt amoris, atq; ideo Deę veneri dicitur dedicata fuiſſe. Vt ergo innueret ſponſa, oculos ſpõſi ſui amicabiles eſſe, & amore plenos, ſicut columbæ eos eſſe dixit. *Et ſuper riuulos aquarum.* Quia ſicut proſpiciens aquam, omnes operationes intra illã producit, quas foras exercet, ſic prorſus igniti oculi ſpõſi in quãcumque rẽ diriguntur, ſua efficaciſsima vi, mirabiles effectus producit, & ſine aliqua reſiſtencia. Licet enim libere conſentiat homo, & in manu cõſilij ſui poſitũ ſit

*Cant. 5.*

cõtradicere, quia libere cõſentit, in euitabile tamẽ eſt ipſum nõ libere cõuerti, & efficaci vocationi nõ aſſentiri, quę prędeſtinata eſt á Deo, & prędefinita, omnino impoſsibile eſt. Si te ipsũ in ſpeculo reſpicias, imaginẽ tuã in tus videbis, & quaſcũq; volueris operationes, geſtus, & motus, in ea efficies, ſine aliqua reſiſtẽtia imaginis. Quod nullus alius efficiet, quia à te ſolo, & nõ ab alio producta eſt imago illa. Homo imago eſt ab ipſo ſolo Deo producta. *Faciamus (inquit) hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtrã.* Ideo ſtaturæ rectæ creatus eſt, quaſi oculos habẽs eleuatos ad creatorẽ ſuũ. Sed per peccatum oculis excidit in terrã. Vt dixit Dd. *Oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terrã.* Pſ. 16. & licet oẽs oculi hominũ ad illũ dirigerentur, cum oculos ad Deum leuare minime feciſſent, quia homo non eſt imago ab homine producta. Quod ſi Deus, (cuiꝰ imago eſt

*Simile.*

*Geneſ. 8.*

*Pſal. 11*

eſt homo (oculos ſuos efica citer dirigat ad illum, ipſe homo in euitabiliter, licet libere, oculos leuabit ad Deum, & quaſcumq; voluerit Deus operationes, infallibiliter recipiet. Hodie hac eficacia oculos ſuos direxit Deus ad ſuos fratres, Petrũ. Et Andream, & effectũ intentũ produxit in illis, quia ſtatim relictis omnibus ſequuti ſunt eum. Ideo dicit textus. Ambulás Ieſus iuxta mare Gallileę vidit duos fratres.

¶ *Vidit duos fratres.* Sæpius in Sacra ſcriptura, videre Deum, peccatorẽ, ſignificat, intus mouere cor eius efficaci motione quadã, qua ita mens excitatur, & ducitur voluntas, vt licet in manu conſilij ſui ſit contra dicere, vt diximus ſupra, quia libere conſentit, in euitabile tamen eſt hominem non, libere conuerti, eſt enim hæc viſio Christi quędam ſuauis, fortis, & eficax cordis penetratio, qua quaſi ignita ſagitta trãsfigit animam, & eam intimo dolore, & amore percutit. Sic Aug. ſuper Pſalm. 31. explicans illud Ioan. 1. ad Nathanael. *Cum eſſes ſub arbore fici, vidi te.* Dicit. Vidi te ſub arbore, quid magnũ eſt, niſi intelligas aliquomodo dictum. Cõ algun grã miſterio encerrado dize. *Vidi te.* Eſſe es el Dios. Sic Dauid Pſalm. 103. *Reſpicit terram, & facit eam tremere.* Poniendo los ojos en vn monte lo haze mil menuzos, ſed per terram homo terrenis affectibus traditus intelligitur. In quem oculi Domini ſi hac eficaciſsima vi dirigantur, contremiſcet, & cõmouebuntur omnia viſcera eius, ac in mille mirabiles effectus prorumpent. Et præceſsit. *Lætabitur Dominus in operibus ſuis.* Se queda Dios contoneando, vfano, y gallardo, de ver la fuerça de ſus ojos en obrar. *Reſpicit terram, & facit eam tremere, qui tangit mõtes, & fumigãt.* Nec mirum, ſi quidem vt dixit

August.

Pſal. 103.

dixit Ioan. Apoc. 1. *oculi* Apoc. 1.
*eius tanquam flamma ig-*
*nis*, quid ergo mirũ, ſi ſaxea
etiam corda fumigent, ſi
tota ſua vi dirigũtur ad illã?
de illo dicebat Iob. 10. Iob. 10.
*Nunquid oculi carnei tibi*
*ſunt, aut ſicut videt homo,*
*& tu vides?* 1. nũquid ocu
li tui debiles ſunt, quales eſ
ſe ſolent oculi carnis? aut
viſio tua, & videre tuũ nõ
maiorem vim, & virtutẽ
habent, quã viſio hominũ
debilis? Quaſi dicat mini-
me. Immo tãto valẽtiores,
& fortiores, quod, *oculi tui*
*in me, & non ſubſiſtã*. Iob. Iob. 7.
7. me des enquadernare to
do. *Sagittę potentis acutę*
*cum carbonibus deſolato-*
*rijs*. Pſ. 119. Abraſan, y traſ Pſal. 119.
paſan, quæ ſagittę ſunt iſtę
ſic potẽtes, & eficaces? ocu
li domini. hac vi reſpexit
dominus ad Petrum, per
internam, inquam, illuſtra
tionem, & motionem efi-
cacẽ, & licet libere, intan-
tam tamen cordis contri-
tionẽ defluexit, ꝙ per om-
nes vicos, ſet plateas ciuita
tis diſcurreret flens amare
Sin mirar al q̃ dirãn. Idem
q; omnino contigit Pau-
lo, & Magdalænæ, & mul-
tis aliis. O quis vidiſſet Pe-
trum, aut Magdalenã, his
iam ſagittis, oculorum do-
mini percuſſos, & viſcera
præ interno dolore in a-
quã cõuerſa per feneſtras
oculorum emitentes, & a-
micis, ac circunſtãtibus in
ſalutis, á regio palatio illũ,
hanc vero e domo phari-
ſei recedentes, gemitibus
fletibus, aclamẽtationibus
plenos. Quid habes bone
petre? quó ſic afflicta pro-
grederis ó mulier ſancta?
quare per plateas a marè
flentes diſcurritis? in ſani-
tis ne? mentis rationẽ a-
miſiſtis? ſinite nos queſu-
mus, quãto enim vulnere
corda noſtra ſagittis oculo
rũ domini percuſſa ſint ex
plicare nequimus. O quis
Paulum vidiſſet cõtra diſ-
cipulos Chriſti euagina-
to gladio furentẽ procede
re, & repente iã clamantẽ.
*Dñe quid me vis facere.* Act. 9.
Act. 9. Miles fortiſsime,
quid habes? quem t mes?

cui tua arma ſic humilime cedis? quid tibi euenit, indica nobis? parcite mihi, quia eficcaci hac ſagitta tactũ in ſimilem conuerſionem & in ſimiles effectus non pro rrumpere, licet libere, ineuitabile eſt certe, de Ionatha dixit Dauit. 2. reg. *Sagitta Ionathę nunquam recidijt retrorſum.* Ideſt ſagitta ab illo potenti brachio producta nunquam à ſuo effectu priuari valuit, aut impediri. Quid de ſagitta oculorum omnipotentis? á fortiori id ei concedere debemus. Vnde qui ſemel hac ſagitta trãſuulneratus fuerit, ſi vocibus magnis exclamauerit, ſi põpas mũdi reſpuerit, ſi deniq; quid vis aliud ſua dignitate indignum fecerit, ita vt vita eius inſania ipſa iudicetur parcite illi quęſo, quia ſimili eficaci motione in euitabile eſt non reſpõdere. cũ primum ſpiritus Prophetę inuaſit Saul. *Expoliauit ſe veſtimẽtis ſuis.* 1. Reg. 19. de todo ſu ornato real, y authoridad. *Et cecinit nudus tota illa die ac nocte.* Et Nahum. 1. *Dominus in tẽpeſtate, et in turbine viç eius.* Suscaminos en torbellinos, porq̃ el alma q̃ eſta llena de Dios, y de ſu gracia, Rõpe con todo como vn rayo, y torbellino, y atropella todas eſſas authoridades del mundo, ꝙ ſi aliquẽ in agendis maximé cordatum reperias, y que mira mucho a ſu grauedad y al q̃ diran. Simili ſagitta non fuiſſe tactũ credas. Sic Gregor. 16. Mor. qui á ſtatu innocentiæ ante linguarũ vulnera corruit, ipſe ſibi teſtis eſt, ꝙ contra manſuetæ perſecutionis gladios nõ perſiſteret. quaſi dicat, como ſe entrará por las eſpadas del tirano, el q̃ teme vna tan flaca como es el q̃ diran? como ſe dexara hazer rajas por defender la virtud, el q̃ la deſãpara por eſta facilíſsima perſecucion? Qui ſagitta prædicta vulneratus eſt, minime ad id aduertere valet. Can. 5. dixit ſponſa deſponſo ſuo. *Miſsit manũ ſuã per foramen*

2. Reg. 1. | 1. Reg. 19. | Nahum. 1. | Gregor. | Cant. 5.

*mẽ, & vẽter meus intremuit ad tactũ eius*, entro ſu mano por vn reſquicio, hęc manus Dei potẽtia infinita eius eſt, cuius motio ni eficaci impoſsibile eſt reſiſtere, *& venter meus intremuit ad tactũ eius*, con ſu impulſo ſe aluorotaron todas mis entrañas, o q̃ reuolucion de humores, o q̃ lluuia de lagrimas, o q̃ tormẽta paſa en vna alma quã do Dios la toca cõ eſte impulſo ſpecial. Nõdũ Ioannes in utero matris audiuit vocẽ virginis, & anima eius exultabat in vtero, ya daua brincos de plazer, q̃ quieta eſta vna culebrina, aunq̃ mas armada eſte de poluora, y pelota, tamen ſi ſcintilla vna ſola ignis tangatur, repẽte, in inſtãti, ſtrepitu q; maximo, globũ ferreũ, tãquã fulmen emittit, & quæcũq; ante ſe inuenit cominuit, & dilacerat. Sic prorſus peccator mutus ſurdus, frigidus, & mortuꝰ manet ad omne opus bonũ: ſed ſi ſcentilla vna ignis huius diuini tangatur cor eius. Que trueco hara en el quãta exardeſcet contritione & dolore? Pſal. 72. *Quia inflamatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & ego ad nichilum redactus ſum, & neſciui*, o q̃ diuino trueco. Sauli dictum eſt, *inſiliet in te ſpiritus domini, & mutaberis in virum alterũ. Hæc mutatio dexterę excelſi.* Sed. *A domino factũ eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Hanc mirabilẽ conuerſionẽ videmus hodie in his duobus fratribus, quia hac ſcintilla, hac q. eficaci motione, & auxilio ſpeciali direxit Deꝰ ad illos oculos ſuos, vidit duos fratres.

Luc. 1. | Simile. | Pſal. 72. | 1. Reg. 10. | Pſal. 76. | Pſal. 117.

¶ *Vidit duos fratres.* Et quó alió dirigeret Chriſtus oculos ſuos niſi ad duos fratres? quò niſi ad fraternitatẽ? ad duos fratres Petrũ & Andreã, & inde quò vlterius perducti ſunt? ad aliã fraternitatẽ, ad duos alios fratres Iacobum & Ioãnẽ. Deꝰ enim dilectionis, & pacis

cis,quo diriget oculos ſuos niſi ad dilectionē, fraternitatē,& pacē? petiit quidā à Chriſto domino. *Magiſter dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem*, ad quem Chriſtus, *quis me conſtituit iudicē inter vos aut diuiſorem*? Io diuiſor entre hermanos? nō ne diuiſio hęc abominabilis eſt mihi? ſi me poneretis iudicē ad vos coniungēdos, & reconciliandos, feciſsē quidē, ſed ad diuidendos? *Sex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimū deteſtatur anima eius*. Sed quid eſt hoc ſeptimū? *Eū qui ſeminat diſcordias inter fratres*. Qualiter ergo ego diuidā inter vos? de ſingulis diebus, & rebus creatis in illis, dicebat Moyſes. Ge. 1 *Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erāt valde bona*. Solum de die ſecundo id reticuit, putas ꝙ ſine miſterio id fecerit? immo noſtrū inuoluit, quia dies ſecundus principium fuit diuiſsionis, & receſſus ab vnitate, ac ob eandē forte ratione crudeliori illa maledictione percuſſus fuit Caim. *Maledictus tu ſuper terrā*. Gen. 4. quia fraternæ dilectionis primus tranſgreſſor extitit ſuper eā, & quò diuiſsionē hanc inter fratres abominatur Deus, eò concordiā, vnionem, & pacē diligit inter illos. *Ignē veni mittere in terrā*. Lucæ. 21. Scilicet dilectionis & pacis, *Et quid volo niſi vt ardeat*. Et quaſi ſe explicans dixit. Ioā. 11. *Venit moriturus pro gēte, & non pro gente tātū, ſed vt filij Dei, qui erant diſperſi, in vnū congregaret*. Ecce ignem dilictionis & vnitatis mittere venit, *& quid volo niſi vt ardeat*, quid, niſi ꝙ vniuerſus orbis eo igni crem etur? quod ſic poſt mortē obtinuit, vt dicat. Act. 4. *Multitudinis credētiū erat anima vna, & cor vnum in Deum*. Et Aug. ad alum nos dicit, ad hoc enim in vnū eſtis cōgregati, vt vna nimiter habitetis in domo, & ſit vobis anima vna, & cor vnū in

Luc. 12. Io. 6. Gen. 1. Gen. 4. Luc. 21. Ioan. 11. Act. 4. Auguſ.

Deum

Deum. Quid enim prodeſt, ſi quos cõtinet vna domus, ſeparet diuerſa voluntas? Vnitatem cordium, non domus appetit Deus. Ecce ad quid conſtruta ſunt monaſteria, vt multi exiſtentes in vna domo vnitatẽ cordis, & animæ ſeruent in Deum. Pſal. 132. *Ecce quam bonũ, & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Super quod dicit Baſil. quod non de illis tantum ſit intelligendum, qui ſub eodẽ tecto cõmorantur: ſed de illis maximé, qui ſub vnitate cordiũ, & animorum degunt. Ideo ad fraternitatẽ direxit Chriſtus hodie oculos ſuos, vidit duos fratres.

*Pſal. 132.*

*Baſil.*

¶ *Reficientes retia ſua.* Nõ aliena reſitiebant retia, ſed ſua. Ideo multi forte nõ vocantur, quia in reficiendis retibus alienis detinentur. Eccleſ. 1. *Propoſui in animo inueſtigare de omnibus, quę fiunt ſub ſole.* Et addit. *Hãc occupationẽ peſſimam.* Quelo es harto. *Dedit Deus filijs hominum.* Ideſt, permſi ſit in pænam aliorum pèccatorum. Remendad vueſtras vidas, y dexad las agenas. Filij Aarõ quia ſuper alienũ ignem poſuerũt incenſum ad ſacrificandum Deo, morte puniti ſunt. Leuit. 10. *Arreptis Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis, impoſuerunt ignem,* & incenſum de ſuper, offerentes coram Domino ignem alienum, & eggreſſus ignis coram Domino deuorauit eos, & mortui ſunt. Quod audiens tacuit Aaron quaſi dicat. Bien empleado eſta. Su merecido tienen. Omnes ignẽ proprium habemus, quem ſacrificare Deo poſsimus, quare alienum inueſtigabimus ad ſacrificandum? Quàm ſolicitus erat Iudas vt Magdalena igne charitatis eleemoſinam faceret ex vnguento. Sed ipſe nulla charitate ardebat, immo nũmos illos exardeſcebat, quia. *Fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.* Abſalon arguebat Chuſaĩ Arachites, quod relicto ami-

*Eccleſ. 1.*

*Leuit. 10.*

*Ioan. 12.*

co ſuo Dauid accesſit ad ipſum Abſalon, & dicebat illi. 2. Reg. 16. *Hæc eſt gratia ad amicum tuum? Quare non iuiſti cũ amico tuo?* Et ipſe non erubeſcebat arma cõtra ipſum genitorem ſuum arripere. Glrego. Sic Greg. multi multa ſciũt & ſe ipſos neſciunt. O peſsimi viri, reficiatis primo retia veſtra, & poſtea reſarcietis aliena ſic, enim Deo placebitis, ſicut hi reficientes retia ſua, &c.

¶ *Venite poſt me*. Niſi Deus vocaſſet eos, nunq. acceſiſſent ad illũ, nunquã homo reſurgeret à peccato, nec ad bona opera excitaretur, niſi De⁹ ipſe excitaret, vocaret, & aperiret oculos eius. Ion. 1. Præ maxima exorta tempeſtate nauis iam periclitabatur cõteri, ſed ad huc ipſe Ionas ſopore ſuo graui detinebatur, quo vſque gubernator nauis accesſit, & percutiens eũ dixit, *ſurge, quid hic ſopere deprimeris?* Tunc ſurrexit, & confeſſus eſt peccatum ſuum, aliter nũquã à peccato ſurrexiſſet: ſic Dauid. *Infixus ſum, in limo profundi, & nõ eſt ſubſtantia.* Pſal. 68. Non eſt michi virtus, ac robur ad ſurgendum de hoc limo, niſi à valida manu Dei miſericorditer eripiar, ideo clamabat. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* Et Pau. *Non eſt volẽtis neque currentis*, ni baſta voluntad ni fuerças, ni diligẽcia. Rom. 9. *Sed Dei miſerentis.* Sola manus, ac potentia diuina id valet eficere, & ſic Dauid dicebat. *Miſericordia eius prçueniet me*; quo modo, excitãdo, vocãdo, pulſando, & incitando ad bonum aliter minime mouebor ad illud, nec a malo reſurgere potero poſtquã ſemel cecidero. ſic Ezec. 2. Pſal. 58. *Cecidi in faciem meam*, Et dictũ eſt ei, *ſurge & ſta ſupra pedes tuos*, & licet totis viribus id intentauerit, Ezech. 2. minime cõſequtus eſt, quo vſq. ingreſſus eſt in eũ ſpiritus, & ſtatuit il ſũ ſupra pedes ſuos, & Heliſeus vt puerum mortuũ ſuſcitaret, in 4. Reg. 4. cubuit

cubuit ſuper eũ, & poſuit os ſuũ ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos pueri, &c. Et ſic calefacta eſt caro pueri, & aperuit oculos eius, quod minime valuit facere Giezi ſeruus Heliſei, quia nulla potẽtia humana id valet, niſi ipſe Heliſeus accedat, & manus, oculos ac pedes ſuos ponat ſuper oculos, pedes, ac manus pueri mortui in peccato, quia nunquam certe, oculus, pes, vel manus mouebuntur ad bonũ, niſi a

Iob.33. Deo ipſo prçexcitẽtur, ſic & Iob. 33. *Per ſomnium in nocte inuiſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lecto, tunc aperit aures virorum, & inſtruit eos diſciplina*: niſi enim Deus excitaret eos ab illo ſopore ſuo, in eo certe ſepulti permanerẽt in æternum, ideo iſti duo fratres nunquã venerunt ad Deum, quouſq. ipſe dixit venite poſt me.

*Faciam vos fieri piſcatores hominũ?* Nõ dixit diuitiarũ honorũ, gloriæ, aut propriç extimationis, vel alterius præmii tẽporalis, ſed hominũ & animarũ. Hoc eſt offitiũ noſtrum, hoc impoſitum munus, & ſic nil aliud piſcari curãdũ eſt nobis, vnde vocans eos Chriſtus ad Apoſtolatũ, hanc eis infudit ſitim animarũ. ſic Iſa. 11. *delectabitur infans ab ubere ſuper aſpidẽ, et in cauernã reguli, qui ablactatus fuerit, manũ ſuũ mittet.* Iſa.11. Infans dicitur Apoſtolus vel propter innocẽtiã, quã ſẽper retinuerũt, vel quia recẽter acceſſerant ad apoſtolatũ. Iſtis infantibus hçc ſola erit delectatio, deſpedazar demonios, pecados abarraganados, y de aſiẽto enlas animas. Et ipſi met Iſaiç dictũ fuit, ſtatim quod ad munus prophetæ fuit vocatus, *poſui verba mea in ore tuo. Iſa.* 51, ad quid? Iſa. 51. *Vt plantes cælos, & dicas ad ſiõ, populus meus es tu*, paraq̃ plãtes vn Cielo enla tierra, paraq̃ en ella hagas Angeles de hombres, San tos grandes de grãdes pec

catores. Hanc animarum ſitim debet habere prædicator. Et hi certe ſunt Medi illi, de quibus dixerat ipſe Iſaias. c. 13. *Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos Medos, qui aurum non quærant, nec argentum velint, ſed ſagittis paruulos interficiẽt.* Vt ſcilicet, quidquid paruulorum eſt, occidant in fidelibus, nec deinceps ad inſtar paruulorum, ea quæ minora ſunt, diligãt. Hoc munus prędicatorum, hoc onus eorum eſt. Ideo quando Chriſtus miſsit diſcipulos ad hoc munus exercendum pręcepit eis. *Nolite poſsidere aurum, neque pecuniã in Zonis veſtris, nõ peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta.* Ab omni prorſus humana cupiditate nudos miſsit illos, vt ſolum ad animas piſcandas attenderent. Et Pau. 2. Cor. 12. *Ecce tertio paratus ſum venire ad vos, & nõ ero grauis vobis, non enim quęro quæ veſtra ſunt, ſed vos, non enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parẽtes filijs.* Et S. Pet. Chriſolog. dicit homil. 1. de filio prodigo. Namque ad patrẽ labor reſpicit, fructus redundat in filios. Et Chriſtus Matth. 5. *Nemo accendit lucernã, & poniteam ſub modio.* Super quod Aug. ſerm. in monte c. 12. putamus ita eſſe dictũ, ſub modio, vt occultatio tantum lucernę accipienda ſit? Quaſi dicat nemo accendit lucernã, & occultat illam? An aliquid etiã modius ſignificat? Vt hoc ſit ponere lucernam ſub modio, ſuperiora facere corporis, commoda quam prædicationem veritatis. Vt ideo aliquis veritatem non prædicet, dum timet ne aliquid in rebus corporalibus patiatur, vel ſaltim ob temporalia habenda prædicet. Tales enim non vtilia, ſed ſubtilia prædicare elaborãt. De quibus dixit Iſai. 19. *Confundantur qui operantur linũ plectentes & texentes ſubtilia.* Iſti enim, non homines, ſed hominum bona piſcari nitũtur. Quod longe ab illis eſſe deberet,

Iſai. 13. Matth. 10. 2. Cor. 12. Pet. Chriſolog. Matth. 5. Auguſt. Iſai. 19.

deberet, qui ob charitatem fratrum bini, & bini mittũtur ad prędicandum. *Charitas enim non eſt ambitioſa.* Vt dicit Pau. Corint. 13. *Nõ quærit quæ ſua ſunt.* Nec ad hoc accenditur lucerna vt ponatur ſub modio. El zelemi, o la media hanega cõ que ſe mide el trigo. No para cubrirla debaxo della, no por el trigo, o bienes temporales. *Sed vt luceat omnibus qui in domo ſunt.* Vt oẽs illuminentur, & abijcientes opera tenebrarum, induantur arma lucis. Miſſurus moiſem Dominus ad educendum populũ de Aegypto, primum mandatum dedit ei. *Solue calceamenta de pedibus tuis.* Quaſi dicat abomni alia ſpe præmij nudus proficiſcaris, nec aliud cures, quam populum de tyrannide Pharaonis liberare, atque in promiſſam terram perducere. Quod facile obtinebis, ſi ab omni humanarum rerũ cupiditate excutias animũ tuũ.

1. Cor. 13.

Exod. 3.

Sic Dauid Pſal. 126. *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum.* Alia litera habet. *Ita filij excuſsionũ.* De los ſacudimẽtos. Los ſacudidos de todo otro intereſſe. Vui, inquam Apoſtoli ci, qui ab omni præmio temporali excutiũt animũ, ſunt ſicut ſagittæ in manu potentis. Per ſagittas prędicatores intelligas. Sic de Ioanne Bapt. dixit Iſaias. 49. *Poſuit me quaſi ſagittam electam.* Ideſt ſtrenuum prędicatorem. Iſti ergo ſimiles prædicatores ſunt. *Sicut ſagittæ in manu potentis.* Ideſt á potenti brachio proiectæ, quia illas in cordibus transfiget. Et illa comminuet præ dolore & contritione. Si ſint. *Filij excuſsionum.* Aliter enim. *Sicut ſagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorũ,* Pſalm. 63. Et Cant. 4. dicebat ſponſus Eccleſiæ. *Dentes tui ſicut greges tonſarũ.* Dẽtes Eccleſiæ ſunt prædicatores. Y ſi eſtos eſtuuieren traſquilados, aun haſta

Pſal. 126.

Iſai. 44.

Pſal. 63. Cant. 4.

dela piel, eſto es, deſaſidos de todo intereſſe humano ſeran lo que ſe ſigue. *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* Daran el fructo a millares y a mõtones. Et ideo iſtis primo electis predicatoribus dicit, faciam vos fieri piſcatoris hominum, non rerum temporalium ſed animarum, & ſic gratiã & gloriam obtinebunt, &c.

D E

# DE SANCTO AN-DREA SERMO SECVNDVS.

*Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres. Matth. 4.*

INTerrogauit Rex Aſſuerus, Eſter. 6 *Quid debet fieri viro quem rex voluerit honorare?* Et reſpondit Aman, *homo quem rex honorare cupit, debet veſtibus regijs indui, & ſuper equum, qui de ſella regis eſt, poni, & accipere regium diadema ſuper caput eius, & ſic per plateas, & vicos ciuitatis ducatur, & præcedat præcoclamans, ſic honorabitur, quemcunque rex voluerit honorare.* Cupiens Chriſtus duos primos ſotios ſuos, duos collegas primos, duos diſcipulos ſuos, ſocios, ac comites tribulationum ſuarum Petrum & Andream, debitis honoribus ex tollere, quid facere debet illis? ſedeāt ſuper equum ipſius regis, ſuper crncem Chriſti. (quod nulli aliorū Apoſtolorum cōceſſum eſt) & clamet prędicator ab alto, ſic honorabitur, quemcumq. voluerit rex honorare. de cruce, & paſsione Petri ſno loco, & tēpore dicemus. Nunc de Andrea. Aue Maria. *Eſther. 6.*

¶ *Ambulans Ieſus.* Cāti. 5. Cum ſpōſa miris coloribus depinxiſſet ſpōſum ſuū a planta pedis vſq. ad verticem capitis, finē poſuit laudibus eius dicens. *Totus deſiderabilis eſt dilectus meus.* *Cant. 5.* Quaſi dicat nil certe inuenitur in eo, ꝙ non magni prætii ſit, & æſtimationis. Ideo textus

Græcus,totus prætioſus eſt
dilectus meus.Et hanc veri-
tatem facile ſua debis, ſi hiſ-
toriam ſacram per legeris,
ibi enim inuenies, ꝙ ſi dilec
tus ſponſus iſte aſpiciebat,
corda peccatorum conuer-
tebat.Si expuebat,lumẽ cæ-
cis pręſtabat ſputo ſuo. Si
Ioan.9. fimbrijs veſtiũ tãgebat ęgro
tos, ſalutẽ illis immittebat.
Si manum extendebat,mor
tuos reuocabat ad vitam,ad
huc verba eius verba vitæ
eaant.Bene ergo dicit ſpon-
ſa.*Totus deſiderabilis,totuſ-
que prętioſus dilectus meus.*
Hinc Paulus. *Quod ſtultũ
eſt Dei, ſapientius eſt homi
nibus.*1.Cor.1. *Et quod in-* 1. Cor.1.
*firmum eſt Dei, fortius eſt
illis.* Et 2. Cor. 8. *Propter* 2. Cor. 8.
*vos egenus factus eſt, cum
eßet diues, vt illius in opia
vos diuites eſſetis.* Si ipſa e-
tiam Chriſti inopia, diuitiæ
& theſaurus noſter eſt,bene
totus dicitur prętioſus, to-
tuſq;deſiderabis. Si infirmũ
eius maxima fortitudo eſt,
& ſtultum eius maxima ſa-
pientia, quid inuenietur in
illo, quod non maximi præ-
tij ſit?Ideo aptiſsima ſimili-
tudine vocauit eum agnum
Euangeliſta Ioãnes, nõ ouẽ,
vel arietem. Quia in his ali- Ioan.1.
quid eſt,quod meritò ex pel
li,& contemni debeat. Oſſa
enim ſaltim omittũtur. Sed
in agno ipſa etiam oſſa co-
meſtibilia ſunt obtenerita-
tem ſuam, immo & dulcedi
ne plena. Ecce ergo agnus
Dei, agnus in quã totus præ
tioſus,caro incibum,ſanguis
in potum, & lauachrum, vi-
ta ad ſalutem, mors ad vitã,
& hoc totum quod de noſ-
tro aſſumpſit,totum contu-
lit ad ſalutem,vt dicit Diuus
Thomas. Ideoque ipſe ag-
nus dicebat. *Ego ſum vitis,*
Ioan.15.Quia nihil eſt in vi- Ioan.15.
te, quod maximę vtilitatis
non ſit.Palmites ad ignem,
cineres ad lexiuiam optimã
deſeruiunt, fructus ſi imma
turus ſit,acreſta eſt in firmis
vtiliſsima, & valentibus ſua
uiſsima. Si maturus eſt, &
pręcoqus, vua eſt deſidera-
tiſsima, ſi vltra modum
matureſcat, vua paſſa ſit,

ægris deſiderata, ſi intorculari ex primatur, vinum eficitur quod lætificat cor hominis, ſi vinum corrumpatur, in acetum optimũ cõuertitur ad quã plura vtiliſsimum, quid ergo in vite non magni pretii ſit, atq; valoris? bene ergo dixit Chriſtus. *Ego ſum vitis vera*, Quia nichil in me inuenitur, ꝙ deſiderabile non ſit, & prætioſum. ad huc greſſus, & de ambulatio eius ad animas quærendas & piſcandas erat, ideo de ambulans. &c.

¶ *Vidit duos fratres.* Inde omnia bona originantur nobis, ꝙ Deus reſpiciat nos. Danid. Pſ. 112. *Suſcitans â terra inopem, & de ſtercore erigens paupeperem, vt collocet eum cũ principibus populi ſui?* Et hoc qualiter operatur? *Et humilia reſpicit in Cœlo, et in terra.* Quaſi dicat, abiectiſsima etiam eleuat eo ſolo, ꝙ oculos ad illa dirigat. de auicula quadam nomine Icteros tradit Plinius. l. Pſal. 112.

31. c. 11. ꝙ hanc mirabilem proprietatem, ac virtutẽ habeat, vt ſi reſpiciat in infirmum eo morbo laborantem, qui vocatur. Atericia, q̃ pone al hõbre amarillo, y deſcolorido, ſele quita al enfermo toda la amarillez del roſtro, y ſe le paſſa a ella. Sic prorſus ſi piiſsimus Deus ad noſtras reſpiciat neceſsitates, liberabit nos ab illis, etiã ſi ad hoc oporteat illas in ſe ſumere, & Cant. 2. dixit ſpõſa de illo. *Similis eſt dilectus meus Capræ, hin nullo quod ceruorum.* Lepide aſſimilatur vtriq;, quia Capra acutiſsimi viſus eſt, ceruus vero velociſsimi curſus, quaſi dicat, talis naturę eſt dilectus meus, vt vix neceſsitates videat in me, quãdo ceruis velotior deſcendit ad me liberandum ab illis, ad hoc enim. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles,* atrabancando montes, y colla dos por llegar mas preſto â remediarme. Et vnde hoc

Cant. 2. Cant.

hoc? *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens &c.* Porque les eſta mirãdo. Nu. 21. præcepit Deus motoſi. *ille cunctos principes populi, & ſuſpende eos in patibulo cõtra ſolẽ.* Ahorcalos en preſẽcia del ſol, y delante de ſus ojos, paraque? Caietanus dicit, ꝙ iſti adorabant ſolem, tã quam Deũ, quod didicerant ab ęgyptiis, ante eum ergo ſuſpende illos, vt experientia diſcant, ꝙ Deus iſte quem colunt, non valet liberare eos à malis, quę in oculis eius patiũtur. Vnde in agonnia eorum irridebat eos verus ſol iuſtitię dicens. *Vbi ſunt dij eorum in quibus habebãt fiduciã: ſurgant, et opitulentur vobis, ſurgant, & in neceſsitate vos potegant. Deute. 32.* vel ſaltim periculo proprio edocti cognocant, *Quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus, præter me,* Qui vix ſeruos meos anguſtia præmi video, quando velotior ceruis deſcẽdo, vt liberẽ eos & omni gaudio, & bonis repleam. vtrumq. enim piiſimus præſtat, ſi Reſpiciat, ſic virgo, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes,* & Gen. 16. dixit Angelus ad Agar. *Reuertere ad dominam tuam, & multiplicans multiplicabo ſemẽ tuum, & nõ numerabitur prę multitudine,* & reſpõdit Agar. *Tu es Deus, qui vidiſti me.* Quaſi dicat omnia hæc bona ex eo mi chi eueniſſe cõfiteor, quia oculos tuos, in me direxiſti, Et Iob. 36. *Non auferet a iuſto oculos ſuos,* & quid inde ſequetur? *Reges in ſolio collocat in per petuum, & illi eriguntur, & ſi fuerint in catenis, & vincian tur funibus paupertatis.* todo ſe acabara en mirandolos Dios *Sicut fremitus leonis ita & regis ira: & ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas eius,* El mirar ayrado del Rey es como

Num. 21. · Deut. 32. · Luc. 1. · Gen. 16. · Iob. 36. · Prouer. 19.

el bramido del leõ enel deſierto, quo audito cætera quæque animalia contremiſcunt, prædamq. captamdeſerunt, & ad antra fugiunt protegenda, pero ſumirar alegre escomo el rocio de la mañana. Quo herbula, quæ ad occaſſum ſolis palida remanſerat, mane ad ortum eius hilaris, pulchra, ac ridens apparet, ac theſauris ditata & plena. Aljofarada, rica, y alegre. Sic pauperimum quemquam pecatorem di uitiis vndiq; ornatum relinquet Deus, ſi hilari vultu oculos ſuos dirigat in illũ. & Prouer. 16. *In hilaritate vultus Regis vita, & clementia eius quaſi imber ſerotinus*, como rocio tardio, ex cuius defectu omnes fructus agrorum ęgrotabant, ac palliditate, ac macie cõſumebãtur. Sed imber adueniens eos ex macie illa in virorem, alacritatem & vitam excitat, & Eccli. 23. *oculi domini multo lucidiores ſunt ſuper ſole*. Lõge enim altius & perfectius ditãt, & ſubleuãt omnia quæ vidẽt, quã ſol ipſe, vnde ſicut pro maledictione maxima minabatur Deus populũ peccatis plenũ, *auertã oculos meos à vobis*. Iſa. 1. Inde enim omnia mala euenient vobis. Sic pro maxima benedictione dicebatur quõdá à ſacerdotib⁹, cõuertat dominus oculos ſuos ad te. Mirete Dios cõſus ojos. Ex eo enim omnia bona dimanabunt tibi, quis dicere poteſt quantis bonis ditauerit Chriſtus hos duos fratres, quia vidit duos fratres.

Prouer. 16

Eccle. 23.

Iſai. 1.

¶ *Vidit duos fratres.* Ambulãs vidit illos, ambulare, es eſpaciarſſe y deſẽfadarſe, y para eſo miro a eſtos dos hermanos, antiquitus ante quam ad afflictiones hominum conuerteret Deus oculos ſuos, iã vires deficiebat illis ad eas ſuſtinendas Dauid clamabat. *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, ſed tu de-*

Pſalm.68. *ta domine vſquequo?* Quaſi dicat, ſi Paulo vlterius differas auxilium, fruſtra quidē mittetur, quia iam præ afflictione defecero, & alii afflicti clamabant, Pſal.43. *Exurgequare ob dormis domine.* Videntes enim qualiter afflictionibus ſinas nos concuti, cogimur credere te ſopore oppreſſum, vel tuorum prorſus oblitum eſſe. et Iob poſt longam laborum ſuorum ponderationem exclamauit. Iob.30. *Clamo, et non exaudis, ſto, & nō reſpicis me.* Sto (inquid) quaſi dicat. Hago piernas para no dar ya d ojos en tierra con tantas afflictiones, Expectans donec accedat auxilium tuum, & nec audis vocem fletus mei, nec reſpicis ad dolores meos, & mille rationibus, & argumentis nitebatur Dauid conuincere Deum, vt conuerteret oculos ſuos ad illum. Pſal.79. *Qui Regis Iſrrael intēde*, ecce prima ratio, quia Rex Iſrrael es, noſq; ſerui & ſubditi tui, tuo q; regimini, ac protectioni ſubiecti, & ratione offitii teneris reſpicere ad nos. *Qui deducis velut ouē Ioſeph.* Ecce ſecunda ratio, nec minus potens ad intētum, quia paſtor noſter es, nos autē oues paſcuę tuę, & paſtori congruit nō auertere oculos ab ouibus ſuis. *Qui ſedes ſuper Cherubim mamanifeſtare*. Ecce tertia ratio, quia in altiſsimis locis habitas, quia omnium dominaris, & tibi totius orbis regimē incumbit: ideo teneris ad inferiora reſpicere. Ecce quot rationibus ſuadere nititur deo, vt oculos ad ſe dirigat. Sed nuc homo iam factus, & cum hominibus degens, iam delitię eius ſunt reſpicere ad nos, vt multis theſauris ditet, eſa es toda ſu recreacion y regalo, vnde quando ſponſa illum á ſe longius diſtare exiſtimabat, vidit eum per cancellos reſpicientem: Cant.2. quod illorum pro prium Cant.2. eſt, qui videre deſiderant

non

non viſi. Sed vnde tantus ardor videndi nos? *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrũ.* Ideſt poſt humanitatem aſſumptam. Quia ſcilicet, homo iá factus eſt. Et Dauid
*Pſal. 18.* Pſal. 18. *A ſumo cœlo egreſſio eius* (vt fieret homo) ideo, *nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius*, a radiis, in quâ oculorum ſuorum. Et Pau. ad tito. 2. *Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri,* illud, &, accipitur pro, quia quaſi dicat, apparuit maxima benignitas Dei, quia apparuit humanitas eius. Quia homo factus eſt. Ideoq; homo factus appellatur ſol, Quia nunquam ceſſat mittere ad nos radios oculorum ſuorũ, quibus ditemur. Et Zach. 3. Loquens de incarnatione verbi dixit. *Ecce ego adducam ſeruum meum orientem.* & ſtatim addit. *Ecce lapis quem dedi coram Ieſu, & ſuper lapidem ſeptẽ oculi ſunt.* Ideſt infiniti. hecho vn argos todo. Vt nõ
*Tit. 2.*
*Zach. 3.*

ceſſet reſpicere. Sed vnde tot oculi in petra? quia, *Petra erat Chriſtus.* Deus homo factus. De vigilantia leonis id ponderatur, ꝙ apertis oculis dormiat, ꝙ inquam, nec ad dormiendum ſaltẽ oculos claudat ſuos, ne ceſſet reſpicere. Chriſtus leo dicitur de tribu Iuda. Apoc. 5. Quia nunquam oculos ſuos claudet nec ad ſomniũ capiendũ, ex quo de ſemine Dauid homo factus eſt. ſic Dauid de illo dixit. Pſ. 120. *Ecce non dormitabit, neq. dormiet, qui cuſtodit Iſrael.* Ideſt, no ſolo no ſe dormira, pero ni aun dormitara, ni aun cerrar las peſtañas, y aſsi tiene por deſenfado y recreaciõ el mirar. Ideo *ambulans vidit duos frat.*
*1. Cor. 10.*
*Apoc. 5.*
*Pſal. 120.*

VENITE *poſt me,* Poſt te vocas, quis non curret. Cant. 4. *Labia tua ſicut vitta coccinea.* Con vna cinta ſe ſuelen enlazar los cabellos. quaſi dicat ergo. O que cadenas ſalen de
*Cant. 4.*

vueſtros labios, vueſtras palabras roxas, de grana inflamadas, para traer las almas, y ligarlas de pies y manos. Alia litera dicit. *Labia tua ſicut rete.* Es red varredera vueſtra palabra Et ſolo verbo. *Venite poſt me.* Los trae à la melena. Et cap. 1. dixerat ipſa ſponſa. *Traeme poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cant. 1.

Cant. 1. Poſt tantam enim vnguẽtorum fragantiam quis impetu non rapiatur? *Oleum effuſum nomen tuũ, ideo, adoleſcentulę dilexerunt te.* Ideſt innocẽtes, piæ, & ſanctæ animæ exardeſcentes currunt poſt te. Ideo dicebat ipſe ſpõſus. *Ego flos*

bladas de mil variedades de flores fragãtiſsimas. Et ad quid tanta florum varietas? vt quiſq. per fllorem illum atthrahatur ab eo, quem plus appetit, &amat vt plures ergo attrahat plures fllorum diferentias poſuit ingenis ſuis Deus, quemadmodum enim demon vnunquemq. capere curat, per illa, ad quæ libentius inclinatur. Vnde *Gregor.* Gregor. l. 14. Moral. c. dixit, ꝙ fere ſemper laqueum parat diabolus, in his rebus quas plus appetimus. En aquello a que nos vee mas aficionados. Deus loquens de inſtinctu naturali aquilę *Iob. 39.* dixit ad Iob. cap. 39. *In pręrruptis ſilicibus commoratur, atq. in acceſsis rupibus inde contemplatur eſcam, & de longe oculi eius proſpiciunt.* Es ſu morada en peñas altiſsimas in acceſsibles, & inde eſcam contemplatur á longe, quia oculorum acie ſuper emi- *Hiero.* net. Hieroni. ſuper hunc locum explicat eum ad intentum noſtrum. Diabolus enim aquilæ merito cõparabitur, quia ex raptu vi uit. Es aue de rapiña. Et à longe proſpicit. Quia intellectus a cie ea callet, ad quæ quiſq hominum magis natura ſua rapitur, & appetitu ſuo ducitur, & in illis laqueos vnicuiq. parat, vt facilius irritietur, & capiatur. Sic Dauid. Pſal. *Pſ. 139.* 139. *Qui cogitauerũt ſupplãtare greſſus meos, abſcõderũt ſuperbi laqueũ michi.* Ideſt demones qui in ea ſola cogitatione occupãtur, vt greſſus meos ſupplantent. *Abſconderunt laqueum michi.* Et vbi abſconderunt? *Iuxta iter ſcãdalum poſuerunt michi.* A cada vno en el camino de que mas guſta, debaxo de eſſe guſto le arma el lazo, y le pone el anzuelo. Et in hunc ſenſum explicat Gregorius illud Iob. *Iob. 18.* 18. *Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.* Loquitur amicus Iob Baldad

de calliditate demonis, & dicit ꝙ pedicam ſuã extendat vnicuiq. ſuper ſemitã. Que a cada vno le arma la trãpa, y el lazo en el camino de ſus guſtos, é inclinationes, paraque ſin recelo den ella. Hunc certe attrahendi modũ didiciſſe videtur diabolus ab ipſo Deo, qui vnum quemq. ſæpius lucrari ſtudet per ea ipſa, quę magis amat, & apetit. Vnde cum hos fratres officio piſcationis traditos vidiſſet, dixit illis, venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.

## *Statim relictis retibus ſequuti ſunt eum.*

IN illo verbo ſtatim, velocitas ponderatur, qua ad primam Dei vocationẽ currere debemus poſt
Iſa. 27. eum. Iſa. 27. *Qui egrediuntur impetu a Iacob, florebit, & ierminabit Iſrael.* Los que con impetu y ligereza vinierõ de los diez tribus à la Yglesia, floreçeran, y ſe ſaluaran. Impetu certe egredi, licet, vt ſaluentur. Et hi impetus (estas auenidas y raudales) ſunt qui lætificant ciuitatẽ Dei, vt dixit Dauid. Pſ.
45. Ac ideo petebat ipſe. Pſ. 45.
*Conuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro.* Vengan Señor de la captiuidad de Ba Pſ. 125.
bilonia con la ligereza que los raudales delos rios quãdo ſalen de madre. Hac q. velocitate, deſiderabat da Dauid a ſecularibus negotiis fugere in tranquilitatẽ Pſ. 54.
contemplationis. *Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ, & volabo, & requieſcam.* Et pennas columbæ petebat, quia cæteris auibus velotior eſt ad volandum. Et hac met velocitate petebat ſponſus vt curreret ſponſa ſua. Canti.
2. *Surge propera columba mea, & veni.* Cant. 2.
Ideſt non quacunq. velocitate venias ad me, ſed columbæ velociſsimæ. Nec mirum ſi tan-

ſi tantam velocitatem petat Deus à iuſtis, ſi quidem eandem videmus in peccatoribus vt currant ad malum. Sic Dauid. Pſal. 13.
Pſ. 13. *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* Et Iacob dixit ad filium ſuum rubem, qui non dubitauit ingredi ad concubinam patris ſui. *Rubem*
Gen. 49. *primogenitus meus principium doloris mei, effuſus es ſicut aqua, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.* Te arroiaſte como raudal con impetu a vna maldad
Iob. 24. tan grande. Et Iob de peccatoribus dixit. *Sic in tenebris, quaſi in luce ambulat, leuis eſt ſuper faciem quæ.* Mas ligeros que las naues que buelan ſobre las aguas. Non ergo mirum, ſi ſimilem velocitatem ad bonum exoptet Deus in electis. Et hac met vſi ſunt iſti duo fratres. Statim relictis, &c.

*Re ictis retibus ſequti ſunt eum.*

Omnia relinquere debet qui Deum perfecte ſequi voluerit. Nec durum appareat, quod totus homo tradatur ei, qui ſe totum tradidit homini. Nobis datus nobis natus, cãtat Iſa. 9.
Eccleſia. Et Iſa. 9. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Totus nobis natus & datus. Et quando venit ad nos. *Inclinauit cælos & deſcendit.* Traſtorno tras ſi los Pſ. 17.
cielos para arrojarlos aca. Et hinc argumentabatur Pau *Qui proprio filio ſuo* Rom. 8.
*non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non cum illo omnia nobis donauit?* Et ſponſa dicebat. *Botrus Cypri dilectus meus michi.* Cant. 1.
Vbi maximam beneficiorum abundantiam fatetur ab ſpõſo recipiſſe. Ideo vocat eum. *Botrum.* Que es vn monton de granos. Soys vn monton de beneficios

neficios. Nec tot granos habet botrus, quot tu beneficia præſtitiſti michi. Sed parum ad huc id ponderauit ſponſa, ideo ſponſus addidit, ó ſponſa mea. *Ioa.15.* *Ego ſum vitis vera.* Ioan. 15. Quaſi dicat, muy corta aueys eſtado. Non enim botrus ſum ſolum modo, ſed etiam tota vitis ipſa quàm plures botros habens, quorum quilibet innumera continet Grana. Quia ergo ſe totum, & omnia ſua tradidit nobis, nonne merito & totus homo tradere ſe debet Deo ſuo? hinc ipſe dicebat *Zach.11* hominibus per Zach. 11. *Si bonum eſt in oculis veſtris, afferte mercedē meā.* Si os parece que ſe me debe bien dadme el premio de mis trabajos. Quod pręmium? animas veſtras. Nullum aliud deſiderat. *2.Cor.11* *Non quęrimus veſtra, ſed vos.* clamabat Paulus. Et ſi hoc clamat diſcipulus, quid magiſter bonus? Nolens Pharao dimittire populum, pro mercabatur. Regateaua con Moyſes. Si vultis ſacrificare Deo veſtro, ſacrificate in terra hac, nec longius diſcedatis. Sed reſpondit Moyſes. Minime, ſed viam trium dierum pergemus in ſolitudinē, & ſacrificabimus Deo noſtro. *Exod.8.* Iterum Pharao. Dimittam vos vt eatis, ſed ne longius recedatis.. Et reſpondit Moyſes, immo viā trium dierum ibimus in ſolitudinem, & ſacrificabimus deo noſtro. Et rurſus Phorao. pergite, ſed oues veſtræ & armenta remaneant. Ad quem Moyſes reſpondit. Cuncti greges pergent nobiſcum, nec remanebit ex eis vngula. Ni vn pelo todo a de yr á adorar a Dios. Sic vtiq. & nos radicitus peccata auelere debemus, & nos totos tradere deo noſtro. Hoc ſic fecerunt iſti duo fratres, qui relictis retibus ſequuti ſunt eum. Nec ſufficiat tibi concubinam relinquere, ſed etiam colloquium cum

cum illa, epiſtolas, legationes, & cætera huiuſmodi, licet non malo fine, & ſine deprauata intẽtione fiant, vt ſic ab omni impedimento abſolutus expeditius, & velotius currere valeas ad Deum, & gratiam acquirere & gloriam. Ad quam nos perducat, qui cum patre & ſpritu ſaucto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum.

Amen.

(.?.)

# DOMINICAE SE-
## *GVNDÆ ADVENTVS:*
### SERMO PRIMVS.

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti Matth. 11.*

CVM adhuc beatiſsimus Ioannes cathena originalis culpæ ligatus in ergaſtulo matris detineretur, Chriſtus ad eum ſoluendum & liberãdum venit, in ferculo etiã materno ductus. Et in ſignum libertatis. *Exultauit*
Luc. 1. *infans in vtero.* Dio ſaltos, y brincos. Quo nullũ maius libertatis inditium, ſolutis enim eſſe pedib' oportet, qui tripudiare valet.
Act. 3. Vnde Act. 3. Petrus dixit ad hominem claudum, cuius pedes conſolidauerat. *Surge & ambula.* Vt omnibus cõſtet, ſolutos te habere pedes, ac a cõpedibus liberos. *Qui exiliens ſtetit & ambulauit.* Gratus ergo Ioãnes voluit in fine vitæ hoc exoluere beneficium, quod in principio receperat à Chriſto domino. Si quidem propter ipſum Chriſtum catena in carcere ligatus capite damnatur. Catena ſolutus intrauit in vitam. Et catena ligatus exit alacriter de vita. Sed quia Chriſtus ad eum ferrea catena ligatum non veniebat, qui ad illum èprima liberandũ aceſſerat, ipſe mittit ad Chriſtũ duos ex diſcipulis ſuis, non vtiq. petens vel deſiderans ab hac liberari, ſicut ab illa, ſed vt diſcipuli inſtruerentur, & detinerentur á Chriſto. Aue Maria. &c.

Cum

*Cum audiſſet Ioãnes in vinculis, &c.*

HAnc veritatẽ tota theologia ſacra docet, & proclamat, ꝙ filius à patre æterno producatur per operationẽ intellectus ſui. Se enim aſpiciẽs pater, ſuasq. cõtẽplans perfectiones, vi intellectus ſui imaginẽ quãdam ſui ipſius producit, viuãq. atq. cõpletiſsimam totius ſui, ſimilitudinem excitat. Quem admodũ quando tu rem aliquã abſentem conſiderans, cõpletiſsimam imaginẽ eius, & eã plene repreſentantẽ producis in intellectu tuo, Sic Deus pater ſe ipſum totũ contenplans, abſolutiſſimam ſui ipſius imaginẽ vi intellectus ſui producit. Et hanc imaginem vi intellectus ſic productam logici vocant conceptum formalẽ. Theologi vero verbum mentis appellãt. Hęc ergo imago ſic ab intellectu producta, in Deo filius Dei eſt. Vnde fit ꝙ filius

*Simile.*

verbum patris appelletur quia per intellectum eius producitur. Cum ergo trinitas tota decerneret, ꝙ verbum iſtud patris fieret homo, vt hominẽ deperditũ ſubleuaret. Reſpõdit obediẽtiſsimus filius, *tunc dixi ecce venio* Pſ. 39. Illud *Tunc.* Ad inſtans referri poteſt, quó hoc decretum ei propoſitũ fuit. *Tunc dixi ecce venio, vt faciam voluntatẽ tuam.* Et pro redimendis hominibus homo factus mortem crucis ſubeam. Sed ad finem iſtũ obtinẽdũ maxima pars in eo ſita erat, ꝙ homines hoc verbum agnoſcerent, vnde ipſe Chriſtus dixit. *Hęc eſt vita æterna vt cognoſcant te Deũ verũ, & quem miſiſti Ieſũ Chriſtũ.* Ioa. 17 Qua tamen via verbum intra intellectum productũ manifeſtari valebit? hoc docuit Ariſt. 1. perihie. dicẽs voces ſunt ſigna cõceptus. verbũ ergo patris per aliquã vocẽ debuit manifeſtari. Hęc vox humanitas

*Ioa. 1.*

*Pſ. 39.*

*Ioa. 17.*

*Ariſt.*

ſantiſsima fuit. Per illam enim verbum patris factū eſt nobis viſibile, & cōmunicabile. Ideo dixit Ioānes
Ioā.1. 1. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Ideſt, vt habitaret in nobis, & viſibile, atq. tractabile fieret nobis, verbum caro factum eſt. Sed quia homo ad huc factus non deſinit eſſe verbum, eſt enim verbum incarnatum, alia vox neceſſaria erat, per quam verbum hoc incarnatum manifeſtaretur. Et ad hoc venit in mundum Ioannes Baptiſta. Vnde interrogatus, tu quis es? Reſ-
Ioan.1. pondit. *Ego vox clamantis in deſerto.* Ioan. 1. Ad hoc natus eſt Ioannes, vt verbū patris incarnatum, & ſub velamine carnis incluſum manifeſtaret mūdo. Sic in natiuitate eius exclamauit
Luc.1. pater. *Et tu puer prohpeta altiſsimi vocaberis, prę ibis enim ante faciem domini parare vias eius, ad dandā ſciētiam ſalutis plebi eius.* Ideſt ad dandam cognitionē, & manifeſtationē verbi, & filii Dei, qui ſalutare Dei vocatur. Vnde nōdū natus hoc munus ſuū iam exercere cęperat, & matri ſuæ Eliſabeth verbum hoc in vtero virginis incluſum oſtendit. Quę ſtatim exclamauit. *Vnde hoc michi, vt veniat mater domini mei ad me?* Luc.1. Et per totum vitæ ſuæ diſcurſum, nil aliud voci ferabat quam. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Digito demōſtrans Chriſtum. & vltimū etiam verbum in executione huius offitii voluit proferre. Ideo in vinculis capite damnandus miſit duos diſcipulos ad Chriſtum, vt cognoſcerent illum. Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti miſit duos, &c.

## Cum audiſſet Ioannes in vinculis.

O Prima facie mala hipotetica. Ioannes & vincula? Ioannes in catenis? innocens in compedibus

Mat.27 bus? non vtiq. bene conuenire videntur. Si diſiunctiue dixiſſet, Ioannes, vel vinculas bene quidẽ, quia catenę, & vincula malefactoribus reſeruantur, non iuſtis, ideo dicebant Iudei. *Si filius Dei eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Math. 27. Pareciales que no dezia bien hijo de Dios, y pueſto en Cruz. Sed ſeducebantur certe, quia ſi Ieſus idem eſt, ꝙ ſaluator, & Crux via erat ad ſaluandum, quid rectius, quam Ieſus in Cruce? ſic licet nil conuenire videantur Ioannes, & vincula, optimam tamen tu iudices hanc coniunctionem, atq. deſiderabilem copulam hanc Ioannis cum catenis. Quid enim Ioannes ſignificat niſi gratiam? quid deniq. catenæ, & vincula, & carceres, niſi viam rectam, iter q. directum ad illam? bene ergo coniunguntur Ioãnes & vincula. Nullum enim breuius iter, nulla ꝙ rectior via ad gratiam, atq. ad vitam ęternã, quam vincula, afflictiones, cætera q. pænalia, quibus iuſti in hoc mundo premuntur. De Chriſto domino dixit Iſa. 55. *Ipſum dedit ducem, ac præceptorẽ gentibus.* Enſeñador del camino, y guia en el. Et Luc. 24. ipſe Chriſtus dixit diſcipulis narrantibus, quãta ipſe met pertulerit in Hieruſalem. *Nonne hæc opportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriam ſuã?* Quaſi dicat, hanc viam vobis demonſtro rectiorem ad gloriã Et 1. Pet. 2. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius* Dux veſter eſt, per hanc viam ſequimini veſtigia eius. Hanc enim viam elegit ipſe Chriſtus, vt perueniret in gloriam ſuam, nec aliam vos præ eligere oportet, ne decipiamini. Nam vt dixit Paulus Roma. 8. *Quos præſciuit, & prędeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui.* Vtrũ

Iſa. 55.
Luc. 24.
1. Pet. 1.
Act. 7.
Rom. 8.

que decreuit pater, vt aliqui (Scilicet) ſaluarentur, & ꝙ per eandem met viá, qua ipſe Chriſtus, ad ſalutẽ peruenirent. In quo enim aſsimilari debet homo ipſi filio Dei? in gloria? in potẽtia? in maieſtate? in miraculis? minime, qui imo potius ipſe met dixit. *Diſcite a me, quia mitis ſum.* Ecce in pacientia, in mãſuetudine, in laboribus ferendis, in iniuriis, atq. afflictionibus patienter ſuſtinẽdis petit imitemur eum, & ſequamur. Ecce qua via prædeſtinati finẽ conſequi debent. Ideo dicebat eis ipſemet Chriſtus. *Et ego diſpono vobis regnũ ſicut diſpoſuit michi pater.* Et quid velit eis in hoc modo dicendi pro palare, ex eo ſatis conſtat, ꝙ ſimilia verba prętulit in ipſomet itinere ad acerbiſsimam paſsionem, ad quam lętus properabat, quaſi dicat, ecce qua via peruenire debet quiſq. ad regnum patris mei. Moyſes præ deſiderio videndi Deum exclamabat. *Oſtende michi faciem tuam.* Exod. 33. Et ſe ipſum explicans addidit. *Oſtẽde michi gloriam tuã.* Ad quem reſpondit Deus. *Posteriora mea videbis.* Os moſtrare mis eſpaldas, O bone Ieſu quid eſt in poſterioribus tuis, in quo faciem tuam, & gloriam tuã videbimus? quid? nihil aliud certe quã quinq. millia flagella, oſſa nuda, plagęq. crudeliſsimæ. Quaſi dicat Deus, nulla alia breuior, ac rector via ad faciem meam videndam, quam oculos in poſteriora mea configere, per tot paſsiones ego perueni ad gloriã & per eas peruenire debet quiſquis illam mecum obtinere deſiderat. 5. Pet. in. 1. Can. c. 1. Dicens ꝙ ſpiritusſanctus reuelauerit Prophetis totum vitæ Chriſti proceſſum, paſsionem mortem reſurrectionem, & gloriam, ordinem etiam ponit, quo hæc reuelata ſunt eis. *Prenuntians eas, quæ in Chriſto ſunt, paſ-*

Mat. 11.

Luc. 22.

Exod. 33

1. Pet. 1

*paſsiones, & poſteriores glorias.* Primero las paſsiones, y tormentos, y luego las glorias, que de ay ſe le ſiguieron, porque por ay, van alla. Iacob fugiens in Meſopotamiā á facie fratris ſui Eſau, fatigatus ex
Gen. 28. itinere, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiebat ſuper terram, & vidit in ſomnis ſcalam ſtatem ſuper terram, cuius cacumen cælum pertingebat, & vidit dominum innixū ſcalæ. Per quam viſionem id certe voluit innuere Deus, quod ſi Iacob cupiebat aſcendere ad locum illum vbi ipſe erat, per ſcalam illam debebat aſcendere, per illam, in quam perſequtionem, quam innocens patiebatur, per illam peregrinacionem, per illam corporis afflictionem, & in terra dormitionem. Hæc eſt vera, & recta ſcala ad ipſam gloriam.
Sap. 10. Sic dicitur Sap. 10. *Iuſtum deduxit dominus per vias rectas & oſtendit illi regnum Dei.* Ideſt per vias aſperas, quia via recta ad cacumina montium aſperrima eſt. El atajo es vn rebenton que haze ſudar. Per has ergo vias rectas duxit iuſtum Deus, & oſtendit illi regnum Dei. Quaſi dicat, hic ſudor, hic labor, hæc afflictio via recta eſt ad regnum. Ideo ipſe Chriſtus clamabat. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemet ipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me,* Luc. 9. Luc. 9. Quaſi dicat qui ad has ſedes, & ad hanc gloriam meam aſcendere cupit, hanc ſcalā ſumat, hanc (inquā) crucē. Quia nulla alia via ad id breuius, aut melius aſſequendum inueniri poterit. Hinc paulus dicebat. *Bonum mihi magis mori, quam vt gloriam* 1. Cor. 9. *meam quis euacuet* Quid vocas aliquem euacuare gloriam tuam? ꝙ aliquis plura pro deo patiatur. Et hoc gloriam appellas? vtiq. quia tota gloria in eo ſi

ta eſſe videtur. Quia. *Si* *compatimur, & conregnabimus.* Cum ergo Ioannes idem ſit ꝙ gratia. Et vincula ſint via ad gratiam, bene coniuncta ſunt, Ioannes in vinculis.

Rom. 8.

## *Cum audiſſet Ioannes in vinculis.*

MArcus aſignat cauſam huius compræhenſionis, ac vinculorum Ioannis. *Vinxit eum Herodes in carcere propter* Hero*diadem vxorem fratris ſui Philipi, dicebat enim Herodi Ioannes, nō licet tibi habere vxorem fratris tui.* Turpitudo ergo mulieris cauſa fuit occidendi Ioannem. Vnde colligas quid mulier valeat erga virum ſuum, quidq. vir faciat á fęmina agitatus S. Baſil. Hō. 23. & Cipr. ſerm. 3. De bono pacientiæ, dicunt, ꝙ cū multa iam fruſtra intentaſſet diabolus, hoc medium poſtremo adhibuit, quo victoriam ſibi promittebat, & vxorem ſuatricem adiecit, vt patientiſsimum Iob in deſperationem adduceret. Rex Acab vir bonus erat & timoratus, ſed ob vxorem ſuam abominabilis factus eſt. Sic. 3. Regum. 21. *Igitur non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu domini.* Et aquo ſit venundatus explicat dicens. *Concitabit eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis factus eſt, in tantum vt ſequeretur idola quæ fecerāt Amorrhei.* ꝙ ſi hoc vxor valet, quid concubinas? Exod 4. *Cum eſſet Moiſes in itinere, occurrit ei dominus, & voluit occidere eum.* Quare? quia filium ſecum ducebat in circunciſſum. Plus enim apud illum amor vxoris valuerat, quæ filium circuncidi non patiebatur, quam diuinæ legis præcep tum. Adam traſgreſſus eſt mandatum Dei, non ex ignorantia, ſed ob gratiam vxoris ſuæ dic. D. P. Aug.

Mar. 6.

Baſil.

3. Re. 21

Exod. 4

Gen. 3.

Aug.

pecca-

peccauit Adam, ne contriſtaret delitias cordis ſui. Ob quod non dubitauit & mandatum Dei conculcare, & filios met ſuos, totumq. genus humanũ perpetuis calamitatibus inuoluere. Quid non fecit ſapiẽtiſsimus Salomon incitatus à concubinis ſuis? quæ idola non veneratus eſt? 3.Reg.11. *ædificauit Salomon phanum chamos idolò Moab, & Malochidola filiorum Amon. atq. in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis* Ideo Greg. habitare cũ leone & dracone potius elige, quãcum muliere mala & Chriſ. de Herodiade. nulla fera poteſt comparari cũ muliere mala & verboſa. Quid enim eſt leone terribilius inquadrupedibus? aut quid dracone ſæuius in reptilibus? ſed nihil ſunt ad mulierem malam. Sic euripides exclamat opeſsima & mulier. Deſpues del ſuperlatiuo de mal, la llama muger, con eſſo echa el ſello del mal. Sic Eccle.42. *Melior eſt iniquitas viri, quam benefaciens mulier.* Cuius loci multę explicationes ſũt. Lyra ſic explicat, ideſt minus mala eſt ad cohabitandum. Magis enim periculoſum eſt homini habitare cum muliere extranea, etiam bona, quam cũ viro iniquo. Sed pronunc, cum ianſenio dicamus, ꝙ iniquitas híc eſt peccatũ ad proximum. Apartemos en los mayores agrauios que al proximo ſe hazen, lo que es offenſa de Dios, conſiderando ſolamente lo que es agrauio del proximo, y cõparemoſlos con las caricias y halagos de vna mala muger. *Melior eſt iniquitas viri, quám, &c.* Quaſi dicat, ſi el ladron roba, ſi el enemigo perſigue, ſi el tyrano atormenta, &c. Menos daño haze que la muger con eſſos halagos amoroſos. O ergo malum malorum peſsimum mulier mala. Herodes amabat Ioan-

*3.Reg.11*

*Greg.*

*Chryſ.*

*Eccli.42*

*Lyra.*

Ioannem in tantum ꝙ eo audito multa faciebat, ſed propter Herodiadem poſuit eum in vinculis.

## *In vinculis.*

IDem marcus aſignat ſecundam rationem horũ vinculorũ. *Dicebat enim Herodi Ioannes non licet tibi habere vxorem fratris tui*. Ex quo duo colligas. Primum ꝙ hac lege, ac conditione offitium hoc prædicationis recipimus, ꝙ innumerabilia mala pro eo bene exercendo ſuſtinere debemus. Socrates dixit. Ninguno profeſſo dezir verdades, que llegaſſe alos ſetenta años. Et Eccli. 4. *Pro anima tua non confundaris dicere verũ.* Hoc eſt, aũque te aya de coſtar la vida (como te coſtara quiça) no dexes de dezir la verdad a vozes. Hoc onus noſtrum, hic labor. Et huic legi ſubiicimur, cum primũ illud admittimus. ſic Paulus periculo proprio é doctus dicebat. *Puto ꝙ Deus nos Apoſtolos nouiſsimos elegit, tanquã morti deſtinatos.* Quia certe ex quo offitiũ iſtud ſuſcepimus, vſq. in hanc horam. *Et eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cędimur, maledicimur & benedicimus, perſequtionem patimur & ſuſtinemus.* Et deniq. *Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus.* Chriſoſto. Hom. 10. De laudibus Pauli. Qui prædicationis ofitium ſuſcipit, non oportet mollem quendã eſſe, ſed forté, & robuſtũ, nec, enim attingere quiſq. debet præclari huius muneris functioné, niſi paratus ſit, millies animã ſuã in morté tradere, atq. diſcrimina. Et miſurus Deus Ezechielé ad prædicandũ, pręcepit illi. *Sume tibi ſartaginé ferreã.* Ad quid ſartaginé ſecũ portare pręcepitur prædicator euãgelicus? vt frixoriam ſecũ portet, & inſtrumentum in quo frigatur

*Socra.*

*1. Cor. 4.*

*Chriſoſt.*

*Eze. 4.*

gatur, quaſi dicat, paratus vadat pręedicator ad multa acerba, ac ardua pro me ſuſtinéda. Hinc etiã per Lucã. 9 Præcipiebat predicatoribus vt tolleret quiſq. crucẽ ſuam. Et ſic ſequeretur eum. Sed ad quid crucem portare precipitur? vt in ea crucifigatur, & crucietur. Et hinc eſt q. iudicibus, ac prælatis virga quædam imponitur, ac datur, quam ſemper ſecum portent. Quaſi vt parati ſint ad durã mortẽ crucis ſubeundam pro munere ſuo debite ad implendo. Nec ſiniſtra erit interpretatio, ꝙ diſcipulos ſuos ideo ſal appellauerit Christus & ſol ſimul. Quia non erit verus ſol, nec lux vera, ad cæteros illuminandos, qui ſimul nõ fuerit ſal, ideſt qui conteri, & cominui paratus non fuerit, pro illis illuminandis, & tenebris vitiorum euertendis. Quoties enim id intentauerit, hominum iniquorũ animos in ſe concitabit. Sic Amos. 5.

*Cor.4.* *Luc.9.* *Criſoſt.* *Mat.5.* *Eze.4.* *Amos.5*

*Odio habuerunt corripientem, & perfecte loquentẽ.* Et quia Ioannes noſter talis predicator erat, ideo in vinculis recluditur occidẽdus. Bene ergo dixit, qui dixit. *Argue, obſecra, increpa.* Sed. *In in omni pacientia.* Quia certe maxima muniatur oportet, qui vitia increpat, & arguit, nam cõtumeliis, opprobriis, carceribus q. afficiendus eſt.

*2.Tim.4*

## *Secundo ex hoc cauſam colligo, & rationem.*

QVare multi principes ac potentes in maximo periculo damnationis æternę verſentur, quia ſuperbi ſunt, & in corrigibiles, & quibus nemo audet veritates prædicare, vitia arguere, & de prauata opera corrigere, dum eorum potentiam & tyrannidem pertimeſcit. Nemo audebat corripere Dauid regẽ pro peccato ſuo, vnuſquiſq. enim potentiã eius pertimeſ-

timeſcebat, quo vſq. Deus ipſe apparuit Nathã, & precepit ei, vt corriperet illũ. Et quãta cautela id tunc fecerit, notũ eſt. Super quod dicit Ioſephus. l. 7. antiq. c. 7. Natham autẽ cum eſſet vir vrbanus, & ſapiens, & cogitaret, q̃ reges dum in iram excitantur, plus eam, quam iuſtitiæ iura, reſpiciunt, in terminaciones quidem Dei tunc tacere decreuit, & alia verba viro vtilia eloqui diſpoſuit. Conque lo fue diſponiendo, como con xaraues para la purga. Ideo Tiberius Imperator dicebat Mauritio, vt refert Nicephorus. l. 8. c. 6. poteſtas reſquædã eſt, quæ admoneri, doceri, q. nolit, & caſtigationem ægre fert. En dos palabras mãda deſſollar a vn hõbre *Indignatio regis nuntius mortis*. Pro. 16. Sic Ambroſius in Apol. de Dauid. c 2. Quem michi nunc facile reperies honoratum, ac diuitem, qui ſi arguatur alicuius culpæ, nón moleſ-

*Ioſeph.*

His*tor.*

*Pro. 16.*

tè ferat? Mittebat Chriſtus Ananiã, vt Saulũ Tharſenſem inſtrueret, & reſpondit. *Domine audiui à multis, quanta mala fecerit ſanctis tuis in* Hieru*ſalem, & poteſtatem habet alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum*. Quaſi dicat, quis domine hominem ſic potẽtem, ac ſuperbum corrigere audebit? Et 3. Reg. 22. Rex Acab conſuluit Micheam prophetã, ſi deſcenderet ad bellum contra regem Syriæ. Et quia veritatem nuntiauit ei, atq. infęlicem euentum prænuntiauit, percuſſus eſt in maxilla & præcepit rex. *Tolite eum, et mittite in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtię, donec reuertar in pace*. Et Ieroboam extendit manũ ad percuciendũ prophetam, qui veritatem illi prædicabar. Nec deſiſteret, niſi miro Dei iuditio manus eius exareſceret. ideo Amaſias dixit prophetæ, *Fuge in*

*Act. 9.*

3. *Re.* 22

3. *Re.* 13

*Am. 7.* *in terram Iuda, & prophetabis, ibi, & in Bethel non adiicias, vltra, vt prophetes*, & rationem aſsignat. *Am. 5.* *Quia sãctificatio regis eſt & domus regni.* No te cãſes en predicar, a la corte, porque el fruto ſera perder tu la vida. Et Amos ipſe prædixerat. c. 5, *Odio habuerunt corripientẽ in porta*, In portis reges, prin- *hiſto.* cipes, ac magiſtratus ſedere ſolebãt pro tribunali. A eſſos oſays corregir? vos lo pagareys muy bien. Alexander amicum ſum Caliſthenem crudeliſsimé occidit, auriculis prius, labiis, ac manibus amputatis, eo ſolo, ꝙ optima conſilia illi dabat, vt refert Iuſtinus. l. *Pro. 23.* 15. Hiſt. Ideo Prouer. 23. *Cũ ſederis, vt comedas cũ principe, ſtatue cultrum in gutture tuo*. Interlinealis dicit. *Statue diſcretionem in locutione*. Quaſi dicat, aduerte, ne verbũ aliquod loquaris durum, que tenga q̃ roer, porq̃ puedes hazer cuenta, q̃ tienes el cuchillo ala garganta. Ideo ægyptii veritatẽ depingebant plenam oculis, ſed ſine ore, & cũ germine geniſtę in manu. Vn ramo de retama en la mano. Quaſi dicat, muchos ojos ay para ver la verdad, pero no ay boca para dezirla, por que amarga mas que la retama. Immo ipſe met Ieſus alapa percuſſus eſt, quia verum reſpondebat pontifici. Ioan. 18. Ideo ipſe Ie- *Ioan. 18* ſus noſter clamabat. *Amẽ dico vobis, quoniã diuites dificile intrábũt in regnũ cælorũ.* Sed quãtũ dificile *Mat. 19* erit domine Ieſu? *Facilius eſt (inquit) camelũ perforamẽ acus tranſire, quã diuitẽ intrare in regnũ cælorũ.* Hinc eſt ꝙ cũ miſsiſſet *Exod. 6.* Deus Moiſem cũ legatione ad filios Iſrrael, nec acquieuiſſent ei, & iterũ præciperet illi, ingredere ad pharaonem, vt dimittat filios Iſrrael de terra ſua, reſpõdit Moyſes. *Ecce filij Iſrrael nõ audiũt me, et quomodo audiet Pharao.* O

magnum, certe argumētū. Si vix populus humilis obedire nouit prędicatori, qualiter obediet potens, princeps, & rex? Nō audiet ſed potiꝰ indignabitur mihi. Et
Iſa. 61. Iſa. 61. In perſona Chriſti domini dixit. *Spiritus domini ſuper me, eo ꝙ vnxerit me, ad annunciandū māſuetis miſit me*, Sed quid debes anunciare eis? *Captiuis indulgentiā, clauſis apertionē, & diē vltionis.* Et quare hoc diuitibus nō anūciabis? quia ſunt ſuperbi, & iracūdi, & nō audiēt, ſed potius indignabūtur, et inſurgent cōtra prædicatores. Hoc contigit Herodi regi cum de adulterio argueretur a Ioāne, ob quod poſuit eum in vinculis.

*In vinculis.*

Eſtas cadenas ſon el blaſon, las inſignias, y el eſcudo y la gloria de S. Iuan. Gloria mayor ducum huius ſęculi eſt, nunquam vinci, nunquam ſuperari, ſed ſemper, & in omnibus victores extitiſſe. Hanc canebat Dauid in exequiis Abner. *Nequaquā vt ignaui mori ſolēt, mortuus eſt Abner, manus tuę non ſunt alligatæ, nec pedes tui cōpedibus aggrauati.* Quaſi dicat. Mataronte a traicion. *Cecidiſti, ſicut cadere ſolent corā filiis iniquitatis.* Que ſi mano á mano lo vuierā, nunca las tuyas fueron preſas. Sed tamē gloria maior ducū huius militiæ noſtrę, eſt ſēper vinci, & in vinculis eſſe pro nomine Ieſu. Vnde non gloriabatur Paulus ꝙ Apoſtolus eſſet, ꝙ vas electionis, ꝙ doctor gētiū, &c. Sed dicebat *Ego Paulus vinctus in domino.* Hęc Ephes. 4
eſt tota gloria mea, quaſi dicat, magna gloria eſt, vas electionis, Apoſtolumq. eſſe, atq. doctorē gentiū, ſed ſuper omnia longe maius iudico, ꝙ vinctus ſim in dño. Et hoc ſuper exaltans Chriſoſt. hom. 16. Ad Chriſoſ.
Pop. & hom. 5. de patiētia Iob, dicit ſuper verba prædicta. Magna dignitas eſt, & regno, & cōſulatu, vniuerſis

verſis, quę maior, pro Chriſto ligari. Nil tam clarum, quan pro Chriſto, vinctũ eſſe, ita vt catenę circũdatę illius manibus apoſtolatu, & doctoratu multo ſunt illuſtriores, maioriq. veneratione dignæ. Siquis amat Christũ, eligeret fortaſſe vinctus eſſe pro Chriſto q̃ cælos in habitare, nam forte, vel in dextris ſedere hoc clari⁹. Siquis me cũ Angelis ſtatuat, & cũ illis faciat poteſtatibus quæ circa thronũ ſunt, aut cũ Paulo vincto, eligerẽ potius vinctũ. Nec eũ ſic dico beatũ, quia tertiũ vſq. cællũ rapꝑus eſt, quẽ admodũ ꝙ in vinculis ſit coniectus. Nõ quia audierit archana verba, quẽ admodũ ꝙ vincula
Mat. 5. ſuſtinuerit. Etenim hæc illis lõge maiora. Hæc Chriſoſtomus. Ideo Chriſtus ad diſcipulos dicebat. *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint.* Non dico vos beatos quia mortuos ſuſcitatis, nec quia demonia etiã ſubiiciuntur vobis, quem admodum quia mala hæc pro me ſuſtineatis. Hinc ipſe Chriſtus ad gloriam ſuã eligit coronam ſpineã, ſanguine q. proprio reſperſam. Non deauratam non floribus contextã, non gẽmis circumductam. Sicut Mat. 27
dixit Dauid. Pſ. 8. *Gloria et honore coronaſti eũ domine* Pſal. 8.
Sed quomodo? *Poſuiſti in capite eius coronã de lapide prætioſo.* Quaſi dicat, magis de hac ſpinea corona gloriatur, quam ſi de lapidibus pretioſis fuiſſet cõflata. Vnde ignominioſam mortẽ crucis petens clamabat. *Clarifica me pater.* Ioan. 17
Ideſt glorifica me. Ioa. 17. Quia ſimilẽ mortẽ pro te obtentam, maximam gloriam, ac clarificationem iudicabo. Vnde voluit, ꝙ cicatrices paſſionis ſuæ ſemper in corpore ſuo apparerent, tanquam inditia, atq. inſignia gloriæ ſuæ. Ideo gloriatur Ioannes non ꝙ percurſor ſit Dei, non ꝙ vox verbi, non ꝙ

pluſquã propheta, nec quia inter natos mulierum non ſurrexerit maior, quem ad modum ꝙ pro Chriſto ſit in vinculis, & capite damnatus. Ioannes in vinculis.

## *Ioannes in vinculis.*

QVaſi dicat. Ioãnes eſt iſte prædicator, qui in vinculis coniectus dicitur. Et bene quidẽ nomen eius exprimitur, quia prædicator qui ipſum regẽ tanta libertate increpabat pro ſcelere ſuo, cũ periculo vitæ propriæ, dignus eſt perpetua memoria, & qui ab omnibus cognoſcatur, & celebretur. Sic. 1. Paral. 6. enumerãtur omnes filii leui ſacerdotes, ſed cũ peruenitur ad Azariã, dicit hiſtoria ſacra. *Ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt in domo, quã ędificauit Salomõ in Hieruſalẽ.* Non ne cęteri omnes ſacerdotio etiã functi fuerant? vtiq. ſed de hoc tãtũ id exprimitur, quia cũ ſuperbus rex Ozias victor rediens de bello, offitium ſa- .P ar.6

cerdotis voluiſſet vſurpare, & incẽſum offerre incepiſſet ſuper altare, vt dicitur. 2. Paral. 26. optimus ſacerdos Azarias zelo diuino plenus obſtitit ei dicens 2.Pa.26 *Non eſt tui offitij Ozias, vt adoleas incẽſũ domino, ſed ſacerdotũ, qui ad hoc conſecrati sũt egredere de ſãctuario.* Sacerdos qui tãta libertate regẽ ipſum arguit, dignus eſt, qui prædicetur, & euius nomen ad aures omniũ pro trahatur, cæteri tãta gloria non debent coronari, ideo ſubticeantur nomina eorũ. De Enos dicitur. Ge. 4. *Enos iſte cępit inuocare nomẽ domini.* Multi alii inuocabant nomen domini, ſed oculte forte, potẽtiam malorũ timẽtes, ſed iſte audacter cepit publicare nomẽ dñi & prædicare illud cõtra eos, ideo dicatur, ꝙ nomẽ eius erat, Enos. Et certe indignus eſt nomine prædicatoris, ac gloria tantę dignitatis qui maieſtatẽ, & potentiã maiorũ pertimeſcẽs vel tacet

yel

vel timide, & quaſi furtiue veritatem prædicat. Ideo
*Eccli.* 4. Eccli. 4. *Pro anima tua nõ confundaris dicere verum.* Ideſt pro vita tua. Aunque te aya de coſtar la vida. Omnes prædicant veritatem, & doctrinam catholicam, aliter enim eſſent hę
*1. Cor.* 3. retici. Sic Pau. 1. Cor. 3. *Fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus.* Hoc eſt fundamẽtum doctrinę cuius vis prędicatoris, aliter eſſet hęreticus. Sicut ipſe paulus docuit.
*Gal.* 1. Ad Galat. 1. *Licet nos, aut Angelus Dei euangelicet vobis, preterquam quod euangelizamus vobis, anathema ſit.* Hanc tamen nouimus iam differẽtiam inter prædicatores, ꝙ alius prædicat veritates nudè liberè & apérte, alius vero mille floribus palliatas, & ſub velamine deaurato eloquentię contectas. Quod etiã prædixit paulus vbi ſupra. *Quidam ædificant ſuper hoc fundamẽtum aurum, argentum, & lapides pretioſos, alij autem ligna, fænum, & ſtipulam.* Et hic certe indigni ſunt nomine ipſo prædicatoris, Cham in bello. *Furatus eſt regulam auream.* *Ioſue.* 7.
Alia litera habet. *Linguã auream.* Ob quod lapidibus eũ interfecerunt omnis multitudo filiorum Iſrrael, cunctaq eius igne cõbuſta ſunt. Et merito quidem, quia in bello gladius æreus neceſſarius eſt, non aurea lingua. Sic in hoc bello cruento ſi prædicator linguam auream potius eligat, quam gladium vtraq. parte acutum, & comburatur viuus, obrruaturq. lapidibus, vel ſimile aliquid accidat ei, condigna forte plectetur pæna. Et
Apoc. 14. Dicit Ioannes. *Apo.* 14
*Et vocem quam audiui, ſicut zitharedorum zitharizantium in zitharis ſuis.* Sed ſtatim vidit alterum Angelum volantem per medium cęlum habentem euangelium, vt euangeliza

ret ſedentibus per terram, & clamabat voce magna. *Timete dominũ, quia venit hora iuditij eius*. Fue qui tarle la vihuela de la mano, y la melodia de la muſica de ſu boca, y enſeñarle lo que deuia predicar. Quaſi dicat, non eſt iam tempus zitharizandi, ſed prædicandi ſimiles veritates nudè, claré, & aperte. *Timete Deum, quia venit hora a iuditii eius*. Recedite à malo. Reddite domino ſuo quæcunq. aliena retinetis, &c. Quicumq. hoc fecerit, dignus eſt nomine ac dignitate prædicatoris, & qui per vniuerſum orbem celebretur, & inſuper ꝙ mille bonis in hoc mundo augeatur, ac deniq. gratia, & gloria coronetur, ad quam nos perducere dignetur Ieſus Chriſtus mariæ filius.

(.i.)

# DOMINICÆ SECVNDÆ ADVENTVS: SERMO SECVNDVS.

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti Matth. 11.*

ERASMVS l. 4. Apothec. & fulgoſo. l. 1. cap 5. Tradunt ꝙ cum princeps quidam hoſpitem haberet in domo ſua Auguſtũ ceſarem imperatorem, ac conuiuiũ dignum præparaſſet. Inter cætera conſideratione digna abacum Chriſtalinis, ac pretioſiſsimis vaſibus parauit. (Vn aparador) quorum vnum incauti cuiuſdam miniſtri culpa in terram corruit, & cõminitũ eſt, qua propter tanto furore incenſus eſt princeps ille, vt nulla prorſus de tanto hoſpite habita ratione, miniſtrum illum manibus, ac pedibus ligatum, in ſtagnum piſcibus plenum mitti præciperet, vt ab illis tanto atrociter, quanto leniter, ac lentér occideretur. Quod intuens imperator omnia illa vaſa pretioſa iuſſit cóminui proclamans. O impie tyranne ex conuiuio hominem mittis á beſtiis dilacerandum? ex menſa damnas hominem ad crudeliſsimam ſic mortem? hanc met crudelitaté exercet herodes aduerſus hominem, quo internatos mulierũ, non ſurrexit maior. Ab ipſa enim menſa, ab ipſo conuiuio generali, ne dicã ebrietate, vbi omnes principes ſui iacebant, in honorem diei natiuitatis ſuæ, capitali ſententia damnat Ioãnem. Et ad hoc in vinculis recludit, &c.

Hiſto.

## *Cum audiſſet Joannes in vinculis. &c.*

Vitium luxuriæ duo hęc pręcipue mala amplectitur. Primum ꝙ vitiũ eſt generale, & omnes filios Adę comprehendens. De quo illud Dauid verificari poteſt, *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Non enim omnes ſunt raptores, non omnes homicidæ, auari, ſuperbi, &c. Nullus tamen inuenitur, qui hoc vitium effugiat, niſi à validiſsima manu domini eripiatur. Et hoc voluit innuere callida mater fortiſsimi Achiles, quando lauans filium in aquis paludis ſtygię; vt eum armis inimicorum redderet impenetrabilem, immo & inaccesſibilem, nec malleolum eius lauit, nec plantā pedis. Et hoc certe quia ibi (vt cecinit Orpheus) ſedem ſuā habet luxuria. Quaſi fateatur. Et ſi cæteris omnibus impenetrabilem reddam filium meum, luxuriæ tamen minime valebo. Sic Hieronimus ſuper Amos. 7. Dicit, ꝙ nulla alia via, nulloq. alio medio mollificari poſsit adamas, niſi ſanguine hirci. Quod animal quia libidine æſtuat, ſimbolum eſt luxuriæ, qua ſi dicat, ꝙ ad luxuriā nec adamas quidem valet reſiſtere. Sic prorſus ad cætera queq. vitia multi homines adamantini videntur, qui cera meliores apparēt, cum primum ab hoc luxurię vitio inuaduntur. Paulus qui alter eccleſiæ Achilles merito cenſetur, cum cetera vitia ad certamen audax prouocaſſet. Rom. 8. Omnes q. inimicos irritaſſet, vſq. ad Angelos, & demones: *Quis poterit nos ſeparare à charitate Dei, &c.* Nichilominus fateri non erubeſcit, ſic opprimi & affligi à quadam luxuriæ tentatione, vt ter genuflexus auxilium peteret ab ipſo Deo, ne proſterneretur. Nec mirum, cum

Pſal. 18.
*Fiſtor.*
*Hiero.*
*Rom.* 8.
2. *Cor.* 12

cum fortiſsimum Samſonem vinctum, ſapientiſsimum Salomonem proſtratum, & ſantiſsimum Dauidem ab eo ſubiugatum, & ipſoſmet cedros libani ab hoc vitio ſuperatos legerimus. Ideo dicitur Pro. 23. *Fouea profunda meretrix.* Et ſatis profunda, quę omnes natos continere valet. Secundum huius vitii malum (nec contemnendum quidem) illud eſt, ꝙ qui ſemel inciderit in illud, ab illius tyrannide nunquam liberabitur, niſi á validiſsimo brachio Dei extrahatur. *Fouea profunda os alienæ, cui iratus fuerit dominus, incidet in ea.* Prouer. 22. Quaſi dicat, præcipitiũ eſt furoris Dei, de quo nũquã extrahetur qui ab ira ſua permiſsus fuerit præcipitari. *Et* Prouer. 2. *Omnes qui ingrediũtur ad eam, non reuertentur, nec apprębendent ſemitas vitę.* Non impoſsibilitatem rei, ſed difficultatem maximam ponderat, ob quã exitus dixitur impoſsibilis, quia quoties homo huic vitio traditur, aures, ac oculos claudit ad Deum, ad iudices, ad ſcandala, ad predicatores, & ad ipſam rationem. Quid ergo ſperabamus de rege Herode, qui totus vitio huic deditus erat? quia Ioannes illum ab hac profunda fouea extrahere nitebatur, compræhenditur, & recluditur in vinculis.

Pro. 23.

Pro. 22.

Pro. 2.

## *Cum audiſset Ioannes in vinculis.*

VAlde mirabile eſt, ꝙ cum Herodes in tantũ diligeret Ioannem. *Vt eo audito multa faceret. Teſte Marco cap. 6.* Statim ꝙ vnam veritatem ab illo audiuit *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Totus at tantus amor in tantum odium transmittetur, vt in carcerem recluderet, & capite dãnnaret illum. Petit rex cambiſes á quodã

Mar. 6



amico

amico ſuo, quem nam vi-
rum? Perſç me eſſe cenſent?
Que ſe dize de mi en mi
reyno. Qui vt fidelisſimus
ſeruus reſpondit tantum ti
bi imponunt, ꝙ multo vta
ris vino. Quo audito ex cã
Hiſto. deſcens ira furibũdus rex,
Hoc ſigno (inquit) cognoſ
cent omnes, ꝙ licet multo
vtar vino, nunquàm tamẽ
ſenſibus deficio, ſi hac ſa-
gitta transfixero cor filii
tui prçſentis. Quod ſic cõ
pleuit, ſicut dixit. Paulus
prçdicaturus euãgeliũ per
uenit ad Galatiam, vbi tan-
ta à Galatis exceptus eſt
beneuolentia, vt ipſe met
Gal. 4. fateretur. *Sicut Angelũ Dei ſuſcepiſtis me.* Et non
dum ſatis põderauit. *Sicut Chriſtum Ieſum.* Sed audi-
ta eius prçdicatione, ac li-
bera repræhenſione vitio
rum tota illa beneuolentia
in odium conuerſa eſt, ita
vt ipſe ad mirans diceret.
*Teſtimonium perhibeo vobis, ꝙ ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis michi, ergo inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis?* Verum ergo
proclamauit, qui cecinit,
obſequium amicos, veri-
tas odium parit. Hinc eſt,
ꝙ cum Pilatus petiſſet a
Chriſto domino *Quid eſt* Ioan. 18
*veritas?* Quam cito terga
vertit, nec reſponſum auſ-
ſus eſt expectare, no le a-
guardo vna verdad, que le
pudiera dezir, que tomaſ-
ſe el la rueca de ſu muger,
y le dieſſe la vara a ella,
pues haria mejor juez, dan
do por libre al innocente.
In tantum diligere videba
tur Chriſtum, vt pro viri-
bus eum á morte nitere-
tur liberare, nec tamen v-
nam ab illo veritatem auſ-
ſus eſt expectare. Et iudei
exorabant. *Si tu es Chri-* Ioan. 10
*ſtus dic nobis palam.* Dixit
illis palam. *Ego & pater vnum ſumus,* & ſtatim la-
pidibus eum obrruere vo-
luerunt. Et quas veritates
à Deo accipiebant prophe
tæ, populo intrepide tra-
debant dicentes, hæc dicit
dominus Deus Iſrrael. Sed
reſpon

reſpondit populus, *Ceſſet*
Iſa.30. *á nobis, & á facie noſtra,*
*ſanctus Iſrrael.* Quaſi di-
cat, qui eſcite iã pr̨edicare
nobis de iſto ſanto Iſrrael,
que ya nos teneys quebra-
da la cabeça con el. *Loqui-*
*mini nobis placentia*. Ali-
ter enim, & vos, & ſanctũ
ipſum Iſrrael odio maxi-
mo habebimus. Sic quidã.
Iob.21. *Dixerunt Deo recede a no*
*bis, ſcientiam viarum tua-*
*rum nollumus*. Ya no po-
demos ſuffrir tus verda-
des. Quod videns Micheas
Mic.2. dicebat populo. *Vtinã nõ*
*eſſem vir habens ſpiritum,*
*& mendatium potius lo-*
*querer.* Quaſi dicat, ſi men
datia, ac fabulationes pr̨e-
dicaſſem vobis, audiretis
me vtiq. ſed quia vera, &
ſpiritu plena loquor, me,
& doctrinam meã contẽ-
nitis. Et Amos.5. dicebat.
Amos.5 *Odio hobuerunt corripien*
*tẽ, & perfecte loquentem*
*abominati ſunt.* Et in hunc
ſenſum adducere poſſu-
mus verba illa Gen. 41.
Gen.41. *Egyptij deteſtantur paſto*
*res ouium*. Ideſt mundani
deteſtantur prædicatores Hiere.
veritatis. Ideo q. Hieroni-
mus ſpiritu ſuo dicebat,
hæc eſt conditio veritatis,
vt eam ſemper inimicitiæ
perſequãtur, ſicut per adu
lationem pernitioſæ ami-
citiæ comparantur, liben-
ter enim, quod delectat au
dimus, & offendit omne
quod nollumus. Ideo He-
rodes nec ab amico Ioan-
ne veritatem ſuſtinuit, ſed
recludit eum in vinculis.

## *In vinculis.*

COnſidera abſecro quã
tũ heri am abatur Ioan
nes ab herode, & quanto
odio habeatur ab illo ho-
die. Et inde colligas mini-
me in humanis fauoribus
fidendum eſſe, ideo dice- Hier.17
bat Hierem. 17. *Maledi-*
*ctus homo qui confidet in*
*homine.* Et Dauid. Pſ. 141. Pſ.145.
*Nolite confidere in prin-*
*cipibus, nec in filiis ho-*
*minum, in quibus non eſt*
*ſalus.* Ideſt in quibus tem-
pore

pore tribulationis nullum ſubſidium inueniet nullū q. refugium. Gloriabatur Amanſe primū à rege eſſe ac ſuper omnes illi charū. El mas priuado. Et qui ſolus ad regium conuiuium fuerat vocatus. Sed quem hodie ſic diligebat rex, mane in patibulo ſuſpēſum videbitis, Act. 14. Mané lyſtrenſes adorare voluerant Paulū & Barnabā dicētes. *Dij ſimiles facti hominibus deſcēderunt ad nos.* Et vocabant Paulum mercuriū, & Barnabam Iobē. Et ad veſperum obrruerunt lapidibus Paulum, & extraxerunt extra ciuitaté, exiſtimantes eum mortuū eſſe. Et Alexander duos ſibi familiariſsimos occidit. Parmenionem, vt refert Quintus Curt. Et Clitum (vt refert Plutarchus in vita Alexandri) quē ob quædam verba leuiſsimæ culpæ occidit in quodam conuiuio. & Iuſtinianus valde amabat Beliſariū ſtrenuū militiæ ducem, ſed ob leuiſsimas cauſas, & dignitate, & bonis omnibus priuauit, oculos eius eruit, & deniq. mendicare coegit. Et ſimilia exempla paſsim inuenies in hiſtoriis. Sponſam enim proſpicies Can. 5. Per totam noctem quieſcere non valentem præ deſiderio videndi ſponſum, & clamantem, *Ego dormio & cor meum vigilat.* Et cum deniq. veniſſet ſponſus, & mille præcibus pulſans ianuam ſibi aperiri exoraſſet, minime id obtinuit, ſed quæ prima nocte deſiderio illius exardeſcebat, iam in aurora ſic refriguerat, quod cōtemnens eum reſpondebat. *Laui pedes meos, quomodo coinquinabo illos? expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa.* Ecce ob quā leuē cauſā nolebat aperire ei. Nec hoc nouum videatur tibi, cum ipſe met primus homo tantum manè diligeret vxorem ſuam, vt dicat diuus pater Auguſtinus. Manducauit Adam de ligno

Margin notes: *Eſther. 5* — *Act. 14* — *Hiſto.* — *Cant. 5.* — *Cant. 5.* — *Aug.*

Gen.3. no vetito, ne contriſtaret delitias cordis ſui. Sed in meridie iam frigidus dice bat. *Mulier quã dediſti mihi ſotiã dedit mihi de ligno, et comedi.* Culpã in vxorẽ 2.Re.13 iã refundebat, vt pœnã etiã & flagella transfunderet in illam. Et.2.Reg.13. Am non prę amore ſororis ſuę Thamar ſic ęgrotare cępit vt diceret ei quidã familia ris. *Quare ſic atenuaris macie fili regis per ſingulos dies.* Que deſmedro eseſſe tã notable. Et poſt vnã ho ram tanto iam odio eã habebat, vt nec eam videre, nec audire poſſet. *Ita vt maius eſſet odium, quo ode rat eam, amore, quo eã primò proſequebatur.* Maledictus ergo homo qui in baculo arundineo humani fa uoris confidit. Ecce Hero des heri maxime diligebat Ioannẽ, & hodie ſic exoſſũ habet, vt recludat eũ in vinculis capite damnãdũ.

*Ioannes in vinculis.*

Quid hoc bone Deus, hoc munere augetur, hac mercede remuneratur præcurſor tuus, qui totus erat vox, & lingua te manifeſtans, & prędicans? vti q. & qua nulla maior, præmi enim in hac vita maximum eſt prædeſtinationis inditium. Sic cantat Eccleſia. Tunſionibus præſſuris expolliti lapides ſuis coaptantur locis. Nota illud, expoliti. Ya labrados con toda perfection. Quia ibi non expoliuntur, ſed ſolum coaptantur ſuis locis. Hic expoliuntur. Et quomodo? tum ſionibus præſſuris. Multis inquã, ac magnis afflictionibus. In cuius rei figurã legimus.3. Reg. 3.Reg.6 6. *Domus autem cum ędificaretur, de lapidibus dolatis ædificata eſt.* Et protinus addit. *Et maleus, & ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt audita in domo, cum ædificaretur.* Sine his ergo inſtrumentis ędificari potuit? qualiter lapides expoliebantur? non certe in templo, ſed extra, in porticu eius. Alli ſon las mar-

martilladas,y los golpes,y el pulirlos,y de ay van labradas al templo. Vbi ſuis ſolum coaptantur locis. Per manum artificis. Y la piedra q̃ alla no ſe martillaua,y labraua, ſeñal q̃ no la querian poner en el edificio del tẽplo. Ideo orabat
Ps.50. Dauid Pſ. 50. *Benigne fac domine in bona voluntate ſion.* Sed benigno,y miſericordioſo cõ ella en eſta vida. Como? martilladla biẽ aca, que eſſa ſera la maior benignidad. *Vt edificẽtur muri Hieruſalem.* Porq̃ es labrar las piedras, para aſentarlas en aq̃l edificio d̃l cielo. Ideoq. Ioãni in præmiũ tantorũ operũ reſeruata.Ideo Pau. Ad Philip.1
Phili.1. dicebat.*Vobis datũ eſt nõ ſolũ vt credatis,ſed vt etiã pro illo patiamini.* Quaſi dicat,poſt oblatã, & cõceſſam fidẽ,nullũ maius ſequi poterat benefitiũ,quam ꝙ multa,& dura pateremini pro illo. Vnde promittebat Deus militibus ſuis legitime certãtibus.*Qui vicerit,faciã eum columnam in templo.* Apoc.3.Colum Apo.3.
na eſt quę totam ſuper ſe machinã ædifitii ſuſtinet, totũ q. pondus ſuffulcit, quaſi dicat, le dare fuerças de brõze,y eſpaldas de azero para lleuar mayor carga por mi.O maximũ pręmiũ? non ne melius promiſiſſes ei magnã poſt tot labores requiem,ac pacẽ? minime Quia hac mercede nulla maior.Ido eã cõceſsit vaccis,quæ tãto ſuo labore, ac 1.Re.1(
ſudore tã longo itinere arcam domini ſuperſe portauerant, illas enim ſuper ligna plauſtri ipſius ſuper poſitas igne comburi, & in ſacrifitiũ offerri voluit.Nec alio pręmio labores matris remunerari decreuit, quibus eum in vtero portauerat,ac poſtea natũ per tot annos enutrierat, vnde ſtatim mater audiuit à Simeone.*Tuam ipſius animã pertranſibit gladius.* Quaſi di Luc.6.
cat,iſte met filius quem in vtero portaſti,quem tanta cura matris, & tanta diligẽ

tia lactas, ac veſtis, in præmium tantorum laborum gladius erit, qui animā tuā transfiget mille ſagittis. Gloriabatur etiam Paulus, ꝙ plura pro Deo paſſus eſſet, & dicebat. *Plus omnibus laboraui.* Sed quā mercedem accepiſti? robur, ac fortitudinē ad maiora patienda. Ita vt dicat. *Bonum mihi magis mori, quam vt gloriam meā quis euacuet* Id eſt minuat. Antes morire mil vezes, q̃ conſentir q̃ otro padezca por Dios mas q̃ yo. Hoc enim eſſet, minori ipſum gloria decorari. Quod minime patiar. Audi quot opera bona feciſſet pro Deo ſantiſſimus Iob. *Oculus fui cæco, pes claudo, pater erā pauperū, & mærentium conſolator &c.* Sed quod pręmiū accepit pro illis? in numeros ac duriſsimos labores, ita vt cogeretur pro clamare ad Deū, *Quę eſt fortitudo mea vt ſuſtineam? nec fortitudo lapidū fortitudo mea nec caro mea ænea eſt.* Iob. 6. Señor ſon de brōze mis coſtillas? & quod aliud pręmiū habuit ſenex Thobias quia prādium, ac menſam relinquebat, vt mortuos cū diſcrimine proprię vitę ſepelliret? plagā cæcitatis crudeliſsimā, cum mille afflictionibus aliis. Nec aliā certe mercedem expectabant ſancti pro doloribus ac laboribus ſuis. Immo hanc accipientes ſe valde fælices iudicabant, ac quaſi pro maximo dono gratias agebāt largitori. Sic Dauid *Benedic anima mea domine, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſanto eius,* Quare? *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Porq̃ te pela como a paxaro, q̃ no te deja pluma ni cañon. Ideo hoc præmium conceditur præcurſori. Ioannes v inculis.

1. Cor. 15 — 1. Cor. 9. — Iob. 29. — Iob. 6. — Thob. 2. — Pſ. 102.

*Cū audiſſet Ioānis in vinculis opera Chriſ.*

Illuc vſq. peruenerūt opera Chriſti & cōſolationes Chrī ad Ioan. Nec vlla

vincula, vllaq. cuſtodia carceris id prohibere, aut impedire valuerit. In carcere cœperunt reuelationes Ioſeph in ægypto. *In vinculis non dereliquit eum*. Gen. 40. Et Ioanni euangeliſtæ mira miſteria reuelata ſunt, dum in inſula pathmos relegatus maneret. *Et* ad Petrum deſcendit Angelus ad carcerem. *Et lumen refulſit in habitaculo, & ceciderūt catenę de manibus eius*. Et mayor etiā gratia ad ſcribendum communicata videtur Paulo, dum in carcere vinculis conſtringeretur, epiſtolæ enim quas in vinculis conſcripſit, profundiori ſpiritu videntur plenæ. Et Abachu miſſus eſt ad Danielē in lacum cum leonibus incluſum. Et ad Heliam fugientem á facie Iezabel miſſus eſt Angelus cum potu, & cibo, quibus confortaretur. Sic etiam ad Ioannē in vinculis miſsit Deus, qui magnalia ſua nūciarēt ei, quibus auditis conſolaretur.

*Gen. 40.* *Act. 12* *Dan. 24* *3. Re. 19*

## *Immo in ipſis met laboribus.*

TAntam dulcedinē immiſcere ſolet Deus, vt vix eorū aſperitas, & amaritudo perceptibilis remaneat. Sicut ſi gutę vni aquę vel vini, magna alterius liquoris pars immiſceatur, nullatenus aquæ vel vini ſapor percipitur. Et ſicut ſi interiora mali citrei extrahantur, & aliis conditurís ex ſacaro confectis imbuatur, ſic dulce remanebit, quaſi ſacarum ipſum, & accerbitas eius totaliter deperdetur, ſic intra ipſos met labores tantam dulcedinem abcondere nouit Deus, vt duritia, & aſperitas eorum imperceptibilis prorſus remaneat iuſtis. Pro Rachel ſeruiuit Iacob ſeptē annis. Nec intelligas, ꝙ poſt ſeptē alios annos á ſuſceptione Lyæ tradita fuerit ei Rachel, vt quidam male exiſtimant (inquit Hieronimus de queſt

*Simile.* *Simile.* *Gen. 29.*

quæſt.Hebraicis ingenes) ſed poſt ſeptem dies nuptiarum vxoris primæ. Por que duraua el celebrar las bodas ſiete dias. ꝙ patet ex eo,quod ſequitur. Et ingreſſus eſt ad Rachel,& dilexit Rachel magis quam Lyam, & ſeruiuit ei ſeptem annis.Gen.49.& hoc certe ſic contigit,vt in medio laborum ſuorum hoc magnum ſolatium haberet, dilectam ſibi Rachel.
*Pſ.22.* Sic dixit per Dauid. Pſ.22. *Calix meus inebrians quã præclarus eſt.* Inebriari ſacietatem dicit. Vt notat
*Hiero.* Hieronim. de quęſt. Heb. In Geneſ.Super illa verba Gen.43.*Biberunt, & inebriati ſunt cum eo.* Idioma eſt(inquit)linguę Hebraicæ,vt ebrietatem pro ſacietate ponat. Per calicem labores notantur in ſcriptura ſancta, his ergo inebriat Deus homines,& in extaſim mentis, ſenſuum, ac potentiarum rapit. Sed quomodo? præ nimia eorum amaritudine? minime,licet hoc propri um illorum videatur.Sed vt ipſe Dauid dixit. *Quam præclarus eſt.* Ecce qualiter inebriet, præ dulcedine, præ claritate, prę maxima ſuauitate illis immixta, quam non vident, qui exteriora ſolũmodo laborũ conſiderant,& ad illorum corticem tantum aduertunt. De quibus Bernardus *Bernar.*
dixit,vidét cruces noſtras, & non conſolationes noſtras. Quæ quidem crucis a meritudinem longe ſuperant. Vnde Leo Papa in ſer. *Leo.*
5.Laucẽtii dixit de ipſo laurẽtio,ſegnior fuit ignis qui foris vſit, quam qui intus exarſit. Segnior ideſt ſine igne & ſine calore, reſpectu ignis interioris ſpiritus àquo confortabatur.2. Corint.7.Pau.in medio affli- *2.Cor. 7.*
ctionum ſuarum. *Repletus ſum conſolatione, ſuper abundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* Nota illud,, *ſuperabũdo.* Quaſi dicat, de longe excedit gaudium magnitudinem

M tribu-

tribulationũ. Magnæ ſunt
quidem iſtæ,ſed gaudium
immixtum à Deo longe
maius eſt certe. Ideo ſpon
Can.5. ſa dicebat ſpõſo. *Labia eius*
*diſtillantia mirrhã.* Can.5.
Can.4. & cap.4 dixerat ei. *Fauus*
*diſtillãs labia tua.* Mirrha
amariſsima eſt ſuper om-
nia amara Mel è contra,ſu
per omnia dultia dultius
eſt. Vtrumq. ergo immix-
tum diſtillãt labia tua. Sed
dulcedo mellis excedit
Can.5. per multum. Ideo. *Anima*
*mea liquefacta eſt, dum di*
*lectus meus loqutus eſt.*
Quaſi dicat,licet verba tua
mirrha erant,tãta tamẽ dul
cedine mellis immixta per
ueniebât ad animam meã,
vt amaritudine mirrhæ
vndiq. ſuperata, dulcedo
ſola perciperetur, ac ine-
biaretur anima mea. & Eze
Ezech.2 chieli dictum eſt. *Comede*
*quæcunq. do tibi.* Et da-
tus eſt ei liber. *In quo ſcrip*
*tæ erant lamentationes,*
*carmen, & væ.* Hęc come
dam domine Deus? come
de. *Et factum eſt in ore*
*meo ſicut mel dulce.* Et ad
Petrum vinculis ligatum
in carcere dixit Angelus.
*Surge Petre ceciderunt ca* Act.12.
*tenæ de manibus tuis.* Fue
meneſter aduertirle que
ya eſtaua ſin cadenas . El
nolo via, præ nimia dulce-
dine, qua vincula illa pro
Deo ſuſtinebat, nec ſentie
bat, an ligatus, an ſolutus
iã eſſet, an libet. Hinc Deu.
33. Dicitur de Apoſtolis. Deu.33.
*Lætare Zabulon, & Iſa-*
*char in tabernaculis tuis,*
*populos vocabunt ad mon*
*tẽ, qui inundationẽ maris*
*quaſi lac ſuggẽt.* Ex Iſachar
& Zabulõ omnes fere A-
poſtolos deſcendiſſe con-
ſtat. Iſti vocaturi erant om
nes populos ad montẽ qui
Chriſtus eſt. Et inundatio
nem maris, ideſt abundan
tiam accerbiſsimorum do
dolorũ & laborum. *Qua-*
*ſi lac ſuggent.* Et quaſi mel
comedent, quia immixtã
ſuper abundantem dulce-
dinem guſtabunt,& quem
admodum qui mel digito
contigit, ipſum poſtea di-
gitum

Simile. gitum lambit, & lingit, ſic Apoſtoli, & sâti ipſos labores dulcedine mira reſperſos ſuggent. Ideo Ioannes nulla anxiatur amaritudine ex vinculis, ſed in medio eorum tota perfunditur dulcedine & lætitia,

## In vinculis.

DOmine Deus, amicus tuus & in vinculis? & capite damnatus? non ne tu dixiſti per prophetam
Pſ. 33. *Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.* Pſal. 33. Quim potius contrarium demõſtrat ex perientia, quia quo ſanctior quiq., eo durioribus malis affligitur, iſte fame cõſumitur iſte egeſtate, iſte
Iob. 17. aflictionibus impletur. Iob clamabat cap. 17. *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.*
1. Tim. 2 Non dixit. *In amaritudine.* Sed. *In amaritudinibus.* Quaſi dicat, omnes mundi amaritudines deſcendere feciſti ſuper me, qui non peccaui, quaſi ſi ego ſolus omnia ſcelera commiſiſſem. Et hoc etiã deplorare videtur Paulus. *Laboro vſq. ad vincula quaſi male operans.* Y eſta queja amoroſa han formado caſi todos los Sãtos. *Tanquam purgamẽta huius mundi facti ſumus,* Cum tamen, *Primitias ſpiritus habentes ſimus* Dicebãt Apoſtoli. Rom. 8. Rom. 8.
primitiæ hic non primos tãtũ, ſed perfectiores fructus ſignificant. Et in hunc modũ explicat Chriſoſtomus illud Pauli de Chriſto 1. Cor. 15
domino. *Nunc autem Chriſtus ſurrexit a mortuis primitiæ dormientium.* Non qui primus ſurrexit, quia multi alii iam ſurrexerant. Sed qui perfectius ſurrexit Cæteri enim ſurrexerant iterum morituri, Chriſtus Rom. 6.
vero in ęternum victurus. Vt dixit Pau. Rom. 6. *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.*

Vel dicitur perfectius ſurrexiſſe, quia ſe ipſum ſuſcitauit, qui modus. Reſurgendi omnibus anteponitur. Nos ergo primitias ſpiritus habentes, & omnibus perfectiores. *Tanquã purgamenta huius mundi facti ſumus*. Immo & ipſe Chriſtus cum tantis ſe opprobriis circundatum conſideraſſet exclamauit. *Ego*
Pſ.21. *ſum vermis, & non homo, opprobriũ, hominũ & abiectio plebis*. Quomodo ergo dicis *Inquirentes autẽ dominũ nõ minuẽtur omni bono?* Sed nota ꝙ duplex eſt bonum, temporale, & æternum. Et illud non intelligitur de primo, ſed de ſecundo. Sic intelligit hoc diuus Thomas. & Pſal. 84.
Pſ.84. *Non priuabit bonis eos, qui ambulant in inocentia*
Aug. Auguſ. explicat quæ bona ſint iſta, quibus innocentes non priuabuntur? requies inquit) æternitas, immortalitas, & impaſsibilitas, ipſa ſunt bona, quę ſeruat Deus ſanctis ſuis. Et Pſal. 36. *Cu-* Pſ.36.
*ſtodi innocentiam, & vide ęquitatem, quia ſunt reliquiæ homini pacifico*. Quę reliquię? Auguſ. etiam ex- Aug.
plicat. Quia pax, & eternanitas tanquam reliquię illarum virtum remanẽt homini pacifico. Vnde *Non minuẽtur omni bono*. Ideſt beatitudine, quæ è aggretio omnium bonorum. In hac tamen vita omnibus bonis minuuntur electi, quia vt dixit Pau. ad Epheſ. Epheſ.4
4. *Pro quo legatione fungimur in catena*. Legati enim Chriſti ſumus, perſonã eius agimus, debemus & illi aſsimiliari in vinculis, in opprobriis, in egeſtate, fame, & nuditate, vt ſic cum illo etiam corregnemus, gratiamq. & vitam æternam cõſequamur. Ad quam nos perducat ipſe Ieſus. &c.

# DOMINICAE SE-
# GVNDÆ ADVENTVS.
## SERMO TERTIVVS.

*Miſit duos ex diſcipulis ſuis, vt interrogarent eum, tu es qui venturus es, an alium expectamus. Matth. 11.*

IOANNE nondũ in vtero matris formato, Angelus Gabriel miſſus ad ânuntiandum illum patri, longum protraxit ſermonem de laudibus eius. *Vxor tua pariet tibi filium, & erit magnus corã domino, & ſpiritu ſancto replebitur ad huc ex vtero matris ſuæ.* Et Ioanne nato, ſtatim Zacharias pater eius nec breuiorem, nec profundum minus fecit ad populũ circa eandem materiam. *Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis præ ibis enim, &c.* Sed in vita illius ipſe Chriſtus hoc munus ſuſcepit prædicandi magnalia eius, tanquam qui plenè callebat merita illius. Sic & hodie ſatis ponderat ea dicens. *Quem exiſtis videre, arundinem vẽto agitatam? prophetam, &c. Inter notos mulierum nõ ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* ꝙ ſi æmulatione exiccabatur Alexander Magnus, quia Achiles meruerit virtutũ ſuarum præconem habere Homerum, cur & nos, qui videmus Ioannem tali prę conè fruentẽ, nõ ęmulabimur eũ? ſed ob id maximè ego ęmulabor eum quia eũ video vinculis ligatũ propter Deũ, & capite damnatũ. De his agẽdũ. Aue Ma.

Luc. 1. | Luc. 1. | Hiſtor.

 Miſit

## Miſit duos &c.

VNiuerſali hac lege omnes ligamur. *Vnicuiq. mandauit Deus de proximo ſuo.* Eccli.17. (Eccle.17) Vnde male reſpondit Caim interrogatus. (Gen.4.) *Vbi eſt Abel frater tuus? nunquid cuſtos ego ſum fratris mei?* Ad correctionem enim fraternam circa ſalutem fratrum omnes tenemur. Quia ſi in his quæ ad bonum corporis attinét, dicitur. *Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei eſt in illo.* 1.Ioan. 3. (1.Ioa.3.) Quid in his, quę ad ſalutem animarum expectant? ſtrictiori quidem vinculo conſtringemur. Sed licet hæc cura fratrum omnibus generaliter ſit impoſita, prælatis maxime, & paſtoribus id commiſſum eſt. Sicut enim, (imile.) licet cuilibet membro corporis naturalis cura alterius incumbit, ſed capiti maxime, quod omnia regit, & gubernat. Vnde ſi pes oſendit, vel manus, &c. Non illis, ſed capiti tribuitur culpa, tenebatur enim caput attendere ſcilicet ad quæcumq. offendicula, & præuidere ne pes lederetur, nam ideo poſuit natura oculos in capite, non in pedibus. Vnde dicebat Dauid Pſalmo. 118. (Pſ.118.) *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.* Solum modo oculi traſgreſſores fuerunt legis? non certe, ſed oculi ſolum puniuntur, quia ad illos expectabat id vitare & præcauere. Sic etiam in corpore miſtico, quodlibet membrum tenetur ad curam alterius, ſed prælatus maxime, quia caput eſt ceterorum. Aliter tota fratris culpa refundetur in illum. Numero. 25. (Num.25) Fornicatus eſt populus cũ filiabus Moab contra prohibitionem Dei & iratus Deus præcepit Moyſi. *Tolle cunctos principes*

cipes

*cipes populi, & ſuſpende eos in patibulo, vt auertatur furor meus á filiis Iſrael.* Populus peccauit, & recto res ſuſpendi iubentur, quia tenebantur in vigilare, ne populus tranſgrederetur preceptum domini. Et per Ezech. 3. Nunciatur prælatis. *Si non anunciaueris ei, vt auertatur á via ſua impia, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.* Et hoc quia prædicatorem, & cuſtodem dedite domui Iſrrael. Hac ergo lege conſtrictus Ioannes, corporeę ſuæ ſalutis, immo vitæ qua ſi oblitus (quia capite dam natus erat) ſaluti ſprituali, & bono animarum diſcipulorum inuigilat, ideo duos ex illis mittit inſtruē dos ad Chriſtū, miſit duos.

*Ezech. 3.*

## *Miſit duos.*

ET forté illi erant, a quibus ipſe Ioannes audierat in vinculis opera Chriſti. Inuidia enim ſtridebant, quia alius baptizabat, & poſt ſe diſcipulos ducebat. Valde enim inuidebāt gloriæ Chriſti, quæ in dies magis creſcebat in populo. Vnde dicebant Ioanni. *Rabi cui tu teſtimoniū perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.* Et narrauerunt ei in vinculis opera, & magnalia quæ viderant, & audierant de Chriſto. Sicut cum Eldad & Medad cæperunt prophetare in caſtris, ſtatim cucurrit vir vnus, & nunciauit Moyſi. Quo audito dixit ad Moyſen quidam diſcipulus eius, nomine Ioſue. *Domine mi Moyſes prohibe illum.* ægre ſatis ferebat diſcipulus iſte, quod alius in gloria profetandi ſplēdeſceret, præter magiſtrum eius. Et iterum venerunt ad Chriſtum diſcipuli eius dicētes. *Magiſter, vidimus quendā in nomine tuo eÿtientem demonia, qui non ſequitur nos, et prohibuimus eum.* Nec enim ſuſtinebimus ꝙ

*Ioan. 3.*

*Num.* 11

*Marc. 9.*

alius ejiciat demonia, præter nos. Sic diſcipuli *Ioannis* inuidia pleni, venerunt, & nunciauerũt *Ioanni* magnalia Chriſti. Sed *Ioannes* qui non quærebat gloriam ſuam, ſed Chriſti domini, vnde clamabat. *Illum oportet creſcere, me autem minui*. Miſsit illos ad ipſum Chriſtum, vt ex magnitudine operum eius eum verum Deum cognoſcerent, & amarent. Euangelici prędicatores, qui ſolam Dei gloriam apperunt non dolent, nec æmulantur, ſi alii prædicatores maiorem diſcipulorum magnitudinem poſt ſe rapiant. Immo valde lætantur, cũ plures, acditiores coadiutres in hoc munere proſpitiunt. Ideo Moyſes ad inuidum Ioſue reſpondit. *Quid æmularis pro me? quis tribuat vt omnes populus domini prophetet, et det eis dominus ſpiritum ſuum?* Et Act. 26. Agripa rex audita eficaci prædicatione Pauli, dixit. *In modico ſuades me Chriſtianum fieri*. Ad quem Paulus. *Opto apud Deum, omnes hodie fieri tales, qualis ego ſum*. Ideſt tanta eficatia prædicantes gentes credere in Chriſtum Ieſum. Nec enim id moleſtum eſſet mihi, ſed valde gratum. Et Plutarchus. to. 1. Virorum illuſtrium, in vita Zuargi, tradit de Pedareto nobili viro, atq. omnibus virtutibus ornato ſuper omnes ſpartiatas, ꝙ cum curam regiminis ciuitatis illius inter trecentos viros diſtribuiſſet ſenatus, Nec inter eos ipſum enumeraſſet, dixit, gaudeo valde, ꝙ trecenti viri meliores me inueniantur in ciuitate mea, qui præ eſſe poſsint, & gubernare. Et ſi hoc Ethnicus dixit, quid Chriſtianus? quid Panlus? *Cupio anathema eſſe pro fratribus meis*. Forte non indigne id explicabimus in ſenſum eundẽ Pendareti. Oxala vuieſſe mil mejores q̃ yo para eſte officio dela conuerſiõ de

Margin notes: *Ioan*. 3. — *Num*. 11 — *Act*. 26. — *Hiſto*. — *Rom*. 9.

de mis hermanos, y en cuyo reſpecto quedaſſe yo muy atras. Hoc enim valde iucudum mihi eſſet pro ſalute eorum. & vt miſterium hoc obūbraret Moy-
Exod. 36 ſes. Exod. 36. *Ad ornatū ſanctuarij fecit cortinas decem, coniunxit q. alteram alteri, ſibiq. inuicem copulauit.* Ad quid? para que tirando la vna de la otra, vuieſſe muchas que ſe ayudaſſen en deſcubrir, y manifeſtar el ſanta ſantorum. Et Chriſtus dominus poſt
Mat. 10 quam duodecim elegerat ad opus prędicationis, *Deſignauit & alios ſeptuaginta duos.* Quos etiam miſsit binos ad querēdas animas,
Luc. 10. vt dicitur. Luc. 10. Nec ob hoc indignati ſunt duodecim, quim potius gauiſsi fnnt valde, conſiderantes ꝙ. *Meſsis quidem multa eſt, operarii autem pauci.* Et bonum meſsis magis deſiderabant, quam propriam vtilitatem. Ideoq.
Grego. Gregorius dicebat lib. 22. Moral. c. 24. Pius paſtor, quia domini gloriam, non ſuam quærit, ab omnibus vult adiuuari quod facit. Hanc quærebat Ioannes, ideo exultabat, ꝙ tanta acceptione prædicaret Chriſtus dominus, vt omnes ſe quererentur eum. Et miſsit duos diſcipulos inſtruendos.

## Miſsit duos.

DVbitabat ne Ioannes quis eſſet Chriſtus? quare ergo mittit, qui interrogent. *Tu es qui ventu rus, an alium expectamus?* Iuſtinus. q. 38 & Tertulianus. l. 4. Aduerſus Marcio. Dicunt, ꝙ vere, & realiter Tertul. dubitauit Ioannes, ſi ipſe eſſet Meſias. Sed hoc abſurdiſsimum eſt. Amb. Su- Amb. per. Luc. 7. Euſebius in ho. Et Gregor. Hom. 1. In Ezechi. dicunt, minime dubitaſſe Ioannem Chriſtum eſſe verum meſiam in le- Chriſoſt. ge promiſſum, ſed an moriturus, & ad infernades cenſurus eſſet per ſe, qui

Chriſoſt. per ſe venerat in mundum ſed & hoc reprobant Chriſoſtomus & Theophilactus. Qualiter enim maior prophetarum ignoraſſet ſolus, qnod omnes prophetę cognouerunt, & prædicauerunt. Sed Hieronimus Hilarius, & Chriſoſtomus tenent, nullatenus hic interrogaſſe dubitanter, qui paſsim aliis dicebat, demonſtrans Chriſtum. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sed ad inſtructionem diſcipulorum miſſorum interrogaſſe, vt videntes ſigna quæ faciebat Chriſtus. Crederent qui mittebantur, ipſum verũ meſiam eſſe, nec alium de inceps expectandum. Et Aug. idẽ tenet dicens, ite, dicite illi (inquit Ioannes) non quia ego dubito, ſed vt vos inſtruã. Quod ego ſoleo dicere, ab ipſo audite. Audiſtis præconem, audite etiam, & confirmamini á duce. Sic gloſa ord. Dicit, Ioannes interrogat nõ quia dubitet, ſed vt miſsi

Hioro.

Glo.ord.

credant ſigna videntes. Et Nicolaus de Lyra, Ioannes per diſcipulos quæſtionẽ proponit, non propter ſui dubitationem, ſed diſcipulorum hæſitantium. Et idẽ affirmant expreſe Hieronimus, Chriſtomus, & Thophilactus, & Zirilus. Sicut enim Moyſes miſsit exploratores, qui vberrimos fructus terræ promiſſę conſiderarent, ac fertilitatem eius, non quia ipſe dubitaret, ſed vt miſsi talia videntes, deſiderio eorum incenderentur. & ſicut Heliſeus licet certiſsime cognoſceret Heliam in cœlũ æreũ iam fuiſſe raptum, propriis enim oculis id proſpexerat, ad tollendam tamen dubitationem filiorum prophetarum miſit quoſdam, qui quærerent illum per montes. Et ſicut bonus magiſter licet bene ſciat legere, ſimul tamen cũ puero ſyllabicat (delectea) vt puerum inſtruat. Sic Ioannes, ſe ignorantẽ ſimulat, & fingit, vt ignorantiam

Lyra.

4. Reg. 2

Simile.

rantiam diſcipulorum erradicet. Aunq̃ lo ſabia bien lo embia ela pteguntar, para que ellos lo ſepan bien. Hoc enim maxime neceſſarium eſt ad bonũ magiſtrum, & prælatum. Qui quidem ad inſtar camæleonis varietate, colorum indui debet, quibus diſcipuli teguntur, vt eos ſuauius, & facilius inſtruat. Sic dicebat Pau. *Factus ſum omnibus omnia, vt omnes lucri facerem.* Et Rom. 1. *Grecis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.* Ideoque & omnibus debeo fieri omnia. Ideo animalia Ezechielis, quæ figuram prelatorũ gerebãt, quattuor facies habebant, Aquilæ, bouis, hominis, & leonis. Aquilæ erga ſapientes. Bouis erga ruſticos. Hominis erga plebeios. Et leonis quidem erga magnates, & ſuperbos. Et hoc vt omnes lucri faciãt. Hinc etiam Eliſeus homo grandeuus cum puero factus eſt puer, vt puerum viuificaret. *Incuruauit enim ſe ſupra puerum, &c.* Sic etiam piiſsimus Ioannes vt rudes diſcipulos inſtruat, oſtenditur etiam ignorans miſterii, & miſſit duos.

*Simile.* *1. Cor. 9.* *Ezechi.* *4. Reg. 4*

## *Miſit duos.*

AD Deum miſiit illos, vt ab illo illuminarentur ad ipſum Deum cognoſcendum. Et tu non poteras inſtruere illos de Chriſto domino? innuit ꝙ Deum nulla via cognoſcere poſſumus ſine ipſo Deo. Iſa. 55. *Ipſum dedit ducem, ac præceptorem gẽtium,* & ipſe dicebat. Ioan, 13. *Vos vocatis me magiſter, & dominus, & benedicitis, ſum etenim.* Quia ſi ego vt magiſter non doceo me eſſe dominum, ac creatorẽ omnium, nemo id aſſequetur. Vnde cum interrogaſſet diſcipulos ſuos *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Reſponderunt. *Alij Ioannem*

*Iſa. 55.* *Ioan. 13.* *Mat. 16.*

*Baptiſtam, alii Heliam, alii Hieremã, &c.* Nec enim homines, ex ſe altiorem de eo cogitationem poterant acquirere. Et addidit. *Vos autem quem me eſſe dicitis.* Et Petro reſpondenti. *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Reſpondit Chriſtus. *Beatus es Simon, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus,*
Pſ. 35. *qui in Cœlis eſt.* Quaſi dicat, non quidem ab humano magiſterio, ſed á diuino hoc accepiſti, ſolus enim Deus id tradere valet. *In lumine tuo videbimus lumen, dixit Dauid. Pſal.* 35. Tua luce ſola te inueſtigare, & cognoſcere
*Ioan.* 1. valemus. *Qui lux vera eſt illuminans omnem hominem venientẽ in hunc mũdum.* Non quia omnes illuminẽtur, ſed quia nullus illuminatur niſi ab illo. *Et*
*Ioan.* 3 *mundus eum non cognouit* Quare? *Quia dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Et cum ſine hac luce cognoſci nõ poſsit. *Mundus eum non* *Ioan.* 18
*cognouit.* Quotidie viderant iudei Chriſtum, nichilo, minus quando ad illum compræhendendum venerunt in hortum, nõ cognouerunt eum, donec ipſe diceret illis. *Ego ſum.* Ecce ipſe ſe ipſum manifeſtauit illis. fratres Ioſeph non valuerunt cognoſcere fratrem ſuum, donec ipſe ſe manifeſtauit eis dicens.
*Ego ſum Ioſeph frater ve-* *Gen.* 45.
*ſter.* Et Iſa. 6. vidit Deum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ſeraphim ſtabãt *Iſa.* 6.
ſuper illum, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, qui duabus alis velabant faciem eius, duabus pedes eius, & duabus intermediis volabant. Et ſic pectus aliquantulum detegebant. Quaſi dicat, ꝙ id ſolum poterimus cognoſcere de Deo, quod ipſe voluerit detegere, & aperire. Ideo Dauid. *Bea-* *Pſa.* 93.
*tus quem tu erudieris domine.* Sic Ioannes diſcipulos ſuos mittit ad Chriſtũ inſtruendos. Miſsit duos.

## *Miſsit duos. &c.*

AD Quid miſsit illos? vt inſtruerentur in fide ab ipſo Chriſto. Non ne (ó Ioannes ſancte) melius illos ad Herodem miſiſſes interceſſores pro vita, & ſalute tua in tanto diſcrimine poſita? bonus paſtor, & bonus prælatus propriç ſaluti corporis debet præferre ſalutem animarum diſcipulorum ſuorum. Vnde ſui oblitus ad ſalutem illorum tota cura inhiare debet. Sic Gregor. l. 3. Moral. c. 17. Iuſti, dum tribulationibus quatiuntur, magis ad bonum proximorũ atendunt, quam ad ſuum malum. Hinc dicebat Paulus. *Nemo moueatur in tribulationibus meis, ipſi enim ſcitis, ꝙ in hoc poſiti ſumus, propter quod miſsimus Thimotheum fratrẽ noſtrum ad confirmandos vos & exhortandos.* Ecce (inquit Gregor.) deſpicit, quod patitur, & curat, ne deſcipuli in corde aliquid patiantur. Et Act. 16. Ipſomet Paulo incarcere detẽto terremotus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris, & oſtia aperirentur, ac ſoluerentur vincula omnia. Quod videns cuſtos carceris, & exiſtimans omnes vinctos ſuos fugiſſe, gladio ſe ipſum interficere voluit. Sed ſtatim exclamauit Paulus ad eum. *Nihil tibi maliſeceris, vniuerſi enim hic ſumus.* O bone Paule, nil de te curas, qui corpus præcrudelitate vulnerũ, & flagellorum habes dilaceratum, & ſic de proximo ſolicitus es, ne interficiat ſe; vtiq. quia ſalutem ſpiritualẽ illius præpono omni bono vel malo corporis mei. Ac ideo dicebat. 2. Corin. 12. *Ego autem libenter impendam, & ſuperimpẽdar ipſe pro animabus veſtris.* Ideſt non ſolum pro bono animarum veſtrarũ impendam libenter omnia bona mea, ſed me ipſum, & vitam meam, & hunc

*Gregor.*

1. *Theſ.* 3

*Act.* 16.

2. *Cor.* 12

huc tendit illud Iudic. 9. Quando conuenientibus omnibus arboribus vt regem eligerent oliuam, reſpondit. *Nunquid poſſum* Iudic. 9. *deſerere pinguedinem meam.* Quaſi dicat, bonus prælatus ſuæ prorſus vtilitatis obliuiſci debet, vt pinguedinem ſubditorum curet, & ſiquidem ad tantam charitatem & perfectionẽ nondum perueni ego, nolo eſſe princeps veſter. Et hac charitate conſtricta dicebat ſponſa. Cant. 1. Can. 1. *Poſuerunt me cuſtodẽ in vineis, vineam meam non cuſtodiui.* Quaſi dicat. Tanto ſtudio, ac vigilantia ad curam commiſſarum vinearum attendebam, vt vineam meam prorſus deſererem & obliuioni traderem. Ideoq. mittens Chriſtus diſcipulos ad animas quærendas præcepit eis. Luc. 10. Luc. 10. *Nolite portare ſaculum, neq. peram, neq. calceamenta, &c.* Quaſi dicat, veſtri omnino obliti proficis camini, qui animarũ lucra quęritis. Nec vita ipſa grata eſt bono pręlato, cuius diſcipulus in diſcrimine vitæ ſpiritualis verſatur, & tunc vita eſt illi iucunda, dum illum ſpiritu feruentiorem conſiderat. Sic Pau. 1. Theſ. 3. *Nũc viuimus, ſiquidem vos in domino ſtatis.* Quaſi dicat 1. Theſ. 3 vſq. modo męrore, triſtitia, & lacrimis conſumpti moriebamur, quia vos nõ ſtabatis in domino. Nunc autẽ ꝙ in domino ſtatis, vita omni gaudio plena fruimur. Et Ioan in 3. Canonica dicit. *Maiorem horum non habeo gratiam quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.* 3. Io. Ca. Chriſtus in cruce dilaniatus, ſui oblitus, ſalutẽ tortorum exardeſcebat, vnde clamabat. *Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt.* Luc. 23. Similiter & bonus magiſter Ioannes licet capite damnatus, ſui prorſus oblitus, ſalute diſcipulorum ſpirituali anxiatur, ideo miſſit duos, &c.

## *Tu es qui vẽturus es.*

QVaſi dicat. Tu ne es Chiſtus dominus? tu ne es Meſias promiſſus? hoc enim nomine appellabatur Chriſtꝰ dñs antequã deſcenderet factus homo,
Exod. 4. Vnde Exod. 4. Clamabat
Gen. 46. Moyſes. Mitte quẽ miſſurus es. Et Gen. 49. Prophetauit Iacob. *Nõ auferetur ſceptrum de iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus eſt.* Et poſt celeberrimum illud ſignum, quo Chriſtus dominus quinq. panibus ſatiauit quinq. millia homi-
Ioan. 6. num Ioa. 6. Præ admiratione clamauerunt inuitati. *Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mũdum.* Solus enim ille magnus propheta venturus id eficere valeret, quia Deus verus erit. Statim ꝙ ho-
Gen. 3. mo induſtria diaboli peccauit, & peccato ſuo in profundum miſeriarum pręcipitatus eſt, promisit ſe miſſurum filium ſuum ad illum etantis malis liberandum. Et ex tunc hoc nomine appellari cepit filius. Venturus. El que ha de venir, el que ha de ſer embiado. Et hoc eſt ꝙ interrogat Ioannes, tu es qui vẽturus es, an alium expectamus.

## *Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Joanne Baptiſta.*

QVando acceſſerũt ad Ioannẽ ſacerdotes & leuitæ, vt interrogarẽt eũ, tu quis es? reſpondit ſe nõ eſſe Heliã, nec Hieremiã,
nec Chriſtũ, immo nec dig Ioan. 1.
num ſoluere corrigiã calceamentorũ eius. Et hanc Ioannes humilitatẽ ſuper exaltat Chriſtus dicens. *Inter natos mulierũ, etc.* Hoc enim ordine procedere decreuit Deus omnipotens, vt ſuperbos deiiciat, quantum deiectos & humiles
exaltat. Sic Prouer. 9. *Su-* Pro. 29
*perbũ ſequitur humilitas.* Ideſt abiectio, opprobiũ, & deriſsio, el. El opprobio lo

va ſi-

va ſiguiendo y buſcando á el, haſta que lo halla, y ſe abraza cō el para ſiẽpre. Et addit Salomon. *Et humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.* Ipſa gloria & honor, atq; excellentia illum inſequitur, & quęrit donec inuentum extollit ſuper cacumina montium honoris. Et Hieronimus in epiſtola ad Euſtochium dicit de ſanta Paula. Quanto plus ſe deiiciebat, tanto magis a Chriſto ſubleuabatur fugiendo gloriam merebatur, quæ virtutẽ, quaſi vmbra ſequitur, & appetitores ſui deſerens appetit cōtemptores. Et Chriſoſt. ſer. 25. Et Epiſt. Ad Heb. dicit. Contemne diuitias & eris diues, contẽne gloriam, & eris glorioſus. Quia certe ſi eam amaueris, & quæ fieris, fugiet á te, & magnam inuenies ignominiam. & hinc eſt ꝙ cū magnus Patriarcha Abraham prius appellaretur Abram, ideſt pater excelſus, vel ſublimis, dixid illi Deus, nec vltra vocabitur nomē tuum Abram. Quaſi dicat, nomen hoc arrogans, & tantæ excellentiæ valde diſplicet mihi, proiice illud abſte. Aun el nombre ſolo de altiuo me altera el eſtomago. Et hanc veritatem callens virgo ſantiſsima ſpiritu plena intonuit. *Depoſuit potentes de ſede et exaltauit humiles.* Luc. 1. Et Iacobi. 4. *Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autẽ dat gratiam.* Et ipſe met Chriſtus dicebat. *Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.* Sed ꝙ mirabilius eſt, interrogatus quidam philoſophus nomine, Iſopus quid magnus iupiter faceret in cœlo, reſpondit (vt tradit Diogenes Laertius in vita illius) exaltat humilia, & fortia queq; deprimit. Sic de humilimo Ioanne qui dicebat, non ſum dignus ſoluere, &c. Dicit hodie Chriſtus. Inter natos mulierum nō ſurrexit maior, &c.

Hiero. · Chriſoſt. · Gen. 17. · Luc. 1. · Iacobi. 4 · Hiſtor.

Inter

*Inter natos mulierum non ſurrexit maior.*

Hæc propoſitio explicatione indiget. Et primum aduertas, ꝙ non dicitur ſolummodo inter natos, vt excludat virginem, quæ omnibus longe excellẽtior eſt. Et dicit etiã, inter natos mulierum non virginum, vt ſe ipſum excludat Chriſtus, qui de virgine natus eſt, nec ei eſt cõparandus Ioannes. *S*ed alii vim faciunt ſuper illud verbum, ſurrexit. Quod quidem dici non poteſt, niſi de illo qui prius cecidit, & poſtea ſurgit. Et per hoc excipiuntur virgo mater, & filius eius Ieſus Chriſtus dominus noſter, quorum alter ex vi propria, alter ex gratia conceſſa, non ceciderunt. Item alii volunt, quod aduc poſt hoc, non ad omnes referẽda ſit propoſitio, ſed ad prophetas ſolummodo, vt ſit ſenſus, inter natos mulierum nullus propheta ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Et forte hoc melius ad literam quod apertius inſinuauit Lucas dicens cap. 7. *Dico enim vobis. maior inter natos mulierũ propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt.* Quã particulã tacuit Matheus. Alii volunt ꝙ hec comparatio procedat ſolunmodo circa Priſtinos ſantos veteris teſtamenti, qui iam præteriti erant. Et ſic dixit de preterito. *Non ſurrexit maior.* Scilicet vſq. ad hoc tẽpꝰ nouę legis, in quo apoſtoli ſurrexerunt primitias ſpiritus habẽtes. Et in hunc ſenſum exagerationes ſanctorum interpretantur circa excellentiam Ioannis. Quod ſi omnibus forte cõparetur vtriuſq. teſtamenti, non inde ſequitur ꝙ ipſe maior illis ſit. Vnde Hieronimus ſuper hoc, ſcriptura non dicit Ioannem maiorem eſſe omnibus ſanctis, ſed cæteros ſantos nõ eſſe maiores Ioãne, co equauit Luc. 7. Hieroni.

Euſeb. enim cæteris, non prępoſuit. Et Euſeb. Emiſſ. ęqua les enim, & pares habuit Ioannes, Maiores vero nō habuit, excepto illo, qui mi nor eſt in regno cęlorum.

Bernar. Sed Bernar. in comendatione Ioannis ſic in vehitur. Ioannes vbiq. maior, in omnibus ſingularis, mirabilis ſuper omnes. Quis ſic glorioſe anuntiatus eſt? quis ſic ſpecialiter in vtero matris ſpiritu ſancto re pletus? quē legiſtis in vtero matris exultaſſe? cuius natiuitatem vidiſtis eccleſiā celebrare? quis ſic puer æremum concupiuit? quis pęnitentiam primus oſten dit? quis regem glorię bap tizauit? quem ſic honorauit eccleſia?

Amb. & Amb. Sermo. 64. ſuper hæc verba. *Non ſurrexit maior.* Dicit. Pręceſſit cunctos, eminet vniuerſis, antecellit prophetas, ſupergreditur patriarchas, & quiſquis de muliere natus eſt, inferior eſt Ioanne.

Aug. & Aug. in Pſal. 29. Nihil maius exiſtit in genere humano Ioanne baptiſta, nec in natis mulierum exurrexit, ſi quæris excellentiam hominis, Ioannes eſt. Et alibi laudibus Ioannis vltimam ma num volens admouere dixit. Quiſquis Ioanne maior eſt, non tantum homo ſed Deus eſt. Addas tu, vel mater Dei. Eam enim om nibus ſantis præferendam omnes etiam ſanti fatentur. vel ſentiamus (vt iam diximus) ꝙ Aug. ſolummodo de ſantis teſtamenti veteris loquatur, & cęteri do ctores in eundem ſenſum reducantur etiam. Ad tantam enim celſitudinem no uit omnipotens Deus erigere illos, qui profundius humiliantur. *Moyſes grā dis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, & maiores Diuitias æſtimans theſauro ægiptiorum, improperium Chriſti.* Heb. 11. Heb. 11.

Sed ex hoc in tantum meruit honorari a Deo, vt audiret.

Con-

*Conſtitui te Deum Pharaonis*. Exod. 7. Et de rege David dicitur, 2. Reg. 23. *David ſedens in cathedra ſapientiſsimus princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus.* Quaſi dicat, licet inter omnes doctores, & ſapientes, doctior ac ſapiẽtior eſſet, pre maxima humilitate ſua vermiculus humilimus apud ſe ipſum exiſtimabatur. Ex quo id mæruit, quod de illo dixit Eccleſiaſticus. c. 47. *Quaſi adeps ſeparatus á carne, ſic David á filiis Iſrael.* Quod vt tibi innoteſcat, illud recole, quod præcipiebatur. Leuit. 3. Circa oblationem, & hoſtiam pacificorum, ſcilicet q̃ adeps omnis remoueretur, & ſepareretur á carne ſacrifitiorum, & offerretur Deo in igne ſuper altare, & caro diſtribueretur inter ſacerdotes. Caro etiam ſancta erat, ſiquidẽ Deo offerri precipiebatur. Sed tamen adeps Deo dicanda ſeparabatur. Quaſi dicat. Inter ſancta quę Deo offeruntur, adeps primum locum optinet, ideo ſeparetur ab illis. Entre lo ſancte es lo mas ſancto. Sic forte David à filiis Iſrael, ſicut adeps ſeparatus à carne, id eſt, inter bonos, ſui tẽporis, & generis factus eſt á Deo exaltante humiles, melior, inter ſanctos ſanctior, quia humilior. Sic etiam Ioannes inter prophetas maior, inter homines Angelus, inter arundines homo, & deniq. inter natos mulierum non ſurrexit maior. Ipſe intercedat pro nobis.

Exod. 7
2. Re. 23
Eccli. 47
Leuit. 3.

# DOMINICAE SE GVNDÆ ADVENTVS: SERMO QVARTVS.

*Euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis, Matth. 11.*

Iſa. 53. ISAIAS cap. 53. aſsignauit,&prę dixit omnia fere ſigna Chriſti vẽ turi, quibus aperte poſſet ab omnibus cognoſci. *Ipſe veniet et ſaluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Ideo ho die interrogatus Chriſtus á diſcipulis Ioannis. *Tu es qui venturus es. etc.* Nullũ verbũ reſpondit eis, ſed ſi milia ſigna in coſpectu eorum fecit non pauca, tribuens lumen cæcis, ſurdis auditum, linguam mutis, ægris ſanitatem, ac mortuis vitam,& reſpõdit eis.

*Euntes renunciate Ioanni quę audiſtis, & vidiſtis.* Ideſt quæ audiſtis ab Iſaia vbi ſupra de Chriſto venturo, & quæ à me vidiſtis hodie facta miracula, & hęc inter ſe conferat, & ſic habebit reſpõſum. Et illis abeuntibus cępit dicere de Ioãne. De his agemus,&c.

*Euntes renuntiate Ioanni,&c.*

POpulus Dei dure ſub duro Pharaonis imperio oppreſſus, piiſsima viſcera paterna lachrimis, ac gemitibus ſolicitabant ad miſericordiam, quibus commotus Deus decreuit illos è tanta afflictione libera-

liberare, ad quod duos homines elegit, duos ſcilicet fratres, Moyſem, & Aron. Illum elegit in Deum Pharaonis, vt talia prodigia faceret coram eo, ꝙ merito Deus illius iudicaretur, & alterum fecit prophetam eius, qui miracula ab eo edita elucidaret, & explicaret. Ideo dixit illi Exod.
Exod. 7. 7. *Conſtitui te Deum Pharaonis & Aaron frater tuus erit hropheta tuus. tu loqueris ad eum, & ipſe loquetur ad pharaonem.* Ecce opus redemptionis populi inter duos fratres impartitum. Alter Deus erat, qui mira prodigia ad illum finem faceret, alter propheta erat fratris, qui miracula ab eo facta enuclearet. Sed vt bene ad notauit Paulus de populo il-
1. Cor. 10 lo. *Omnia in figuris contingebant ei.* ꝙ ſi attentius rem conſideremus, torum hoc negotium expreſſam geſsiſſe figuram hodierni miſterii facile inueniemus cum enim totum genus humanum ſub duro diabo li iugo ſatis præmeretur, atq. piiſsimam miſericordiam gemitibus ſolicitarent, ab eo liberari poſcentes, eorum lachrimis conſtrictus Deus decreuit illos ê tanto malo liberare. Et ad hoc duos etiã homines præ elegit, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, & beatum Ioannem Baptiſ. Inter quos hoc munus deſtribuit, eodem modo, quo illud inter Moyſem, & Aaron. Quia Chriſtum dominum elegit in Deum, qui mira ęderet prodigia, & Ioannem elegit in prophetam eius, qui miracula ab eo facta explicaret, & aperte populo oſtenderet quid per illa innuere vellet Chriſtus dominus, ideo quem admodum Aarõ vocabatur os Moyſi. *Ipſe erit os tuum, & loquetur pro* Exod. 4.
*te ad populum.* Exo. 4. Sic Ioannes vocatur vox verbi, ſic Mat. 3. & Ioan. 1. Interrogatus tu quis es. Reſpondit. *Ego vox clamãtis* Ioan. 1.

*in deſerto.* Et hoc eſt quod continet euangelium hodiernum. Vbi Chriſtus in conſpectu diſcipulorum Ioannis innumera miracula fecit, ſanando ſurdos, mutos, cæcos, & claudos, & remiſſit eos ad Ioãnẽ, a quo, vt ab ore, & propheta eius, quid innuerent, apertius audirent, & edocerentur. Ideo dixit illis euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis, &c.

## Renunciate Ioãni.

QVæ audiſtis, & vidiſtis. Quæ audierant? & quæ viderant? Hoc dixit Luc. 7. *In ipſa hora multos curauit à langoribus ſuis, & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum.* Ecce quanta fecit Chriſtus vt diſcipulos Ioannis illuminaret, & ad ſe reduceret. Et hinc colligas quanta facere paratus ſit piiſsimus pater pro vna anima lucrãda, & quo alio tendebant tot tantaq. prodigia facta coram duriſsimo Pharaone, niſi ad ſaxeum cor illius mollificandum, & conuertendũ ad Deum? Et Act. 16. Apoſtolum Paulum in carcere duris vinculis ligatum, ac crudelibus flagellis percuſſum inuenies, ac magna deniq. exorta tẽpeſtate terrę motus magnus factus eſt in carcere, & mota ſunt fundamẽta carceris, omniaq. oſtia eius aperta, & vincula quæq. diruta, ac confracta ſunt. Quo hæc tanta tẽpeſtas, atq. tam dira flagella Apoſtoli tendebant? vt cuſtos carceris perterritus conuerteretur ad Deũ, & baptizaretur. Hinc etiam rotam pręparatam ad corpus virginis Chatarinæ cõminuendum in mille partes diuiſit Deus, quarum quælibet multos infideles dilacerauit, & certe tanta hęc dextructio, ad hunc finem dirigebatur, vt tanto prodigio viſo vxor imperatoris, & Porphirius præpoſitus familiæ ſuæ conuerteretur ad Deũ, & idola

Luc. 7.

Exod. 9. & 10.

Act. 16.

Hiſto.

la reiicerent. Ecce quot inter fecit rota in fideles, vt duos faceret fideles. Et tot deniq. labores, vincula, carceres, perſequtiones, flagella, ac tormenta Apoſtolorũ, & Martyrũ. *Quorũ alij lapidati ſunt, flagellati ſunt, ſecti ſunt, euiſcerati, atq. crucifixi.* Nonne & ad id etiam dirigebátur, vt anima vna conuerteretur ad Deũ? & quid immoror? ad quid enim Deus ipſe à planta pedis percuſſus vſq. ad verticẽ capitis ſuſpenſus eſt in duriſsimo patibulo crucis? ad animas cõuertendas, & redimendas. Ob quem certe finem nullam lapidẽ immotum reliquiſſe videtur, nullũ ꝑ medium in tactũ. Ac ideo hodie multa, & magna prodigia edere non recuſauit, vt duos diſcipulos traheret ad ſe. Renuntiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis.

Heb. 11.

Iſa. 1.

*Illis autẽ ab eũtibus cæpit dicere de Ioãne.*

IN præſentia eorum nihil dixit de illo, & terga eis vertentibus cæpit laudes Ioannis extollere. Aliter nunc ſolet contingere, quã do honor terga vertẽtium dilaceratur, niſi protectorem aliquẽ pro ſe ibi dimittant. Nón ſic verus amicus Christus qui in abſentia cepit dicere de Ioanne. Quia vt dixit Ariſ. verus amicus eſt alter ego. Vnde vbi ille ad eſt, ego non abſum, ſed ſatis præſens ſum, & ſecurus, qui pequi protectorẽ me ipſo fortiorem ibi habeo. Sic contigebat Dauid, vbicunq. Ionathas inueniebatur, ibi enim pręſens, ſecurus, & ſatis protectus, atq. defenſſus erat. Erat enim Ionathas alter Dauid, & ideo ſeipsũ veſtibus expoliauit, quibus indueret ipſum Dauid, vt dic. tur. 1. Reg. 18. Vt qui vnum cor, animaq. vna erant, tanquã ſi & vnum corpus eſſent, vna, eademq. veſte tegerẽtur. Ideo dicebat Thales milleſius philoſophus definiens amicitiã. Amicicia eſt

*Ariſt.*

1. *Re.* 18

animorũ coniunctio, quos non dirimit locus. Quia vt diximus, vbi alter amicus ad eſt, alter non ab eſt, quinimo preſentior eſt, quam ſi per ſe ipſum ad eſſet. Vnde etiam dixit Ariſt.
Ariſt. 2. Rethoric. 12. Amator non eſt, qui non ſemper amat. Quaſi ſi ab ſpiritu ſancto id accepiſſet, qui dixit Prouer. *Omni tempore diligit, qui amicus eſt.* Ideſt in abſentia & in preſentia, & in quolibet tẽpore, euentu, & ocaſione, verus ergo amicus dicitur Chriſtus, qui omni tempore diligit.
Pſ. 90. Hinc Dauid. Pſal. 90 *Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur.* Ideſt ſecurus eſt, qui Deũ amicum habet & protectorem quia vbiq. & ſemper protegetur ab illo, ſiue preſens, ſiue abſens ſit.
Iob. 5. Et Iob. 5. experientia edoctus dicebat. *In fame erui te de morte, & in bello de manu gladij bestias terræ non formidabis & á flagello linguæ abſconderis.* Et hoc ſic certum eſt, vt dicat Dauid. Pſal. 54. *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabũt dies ſuos.* Pſ. 54.
Quod licet Hieronimus intelligat de illis, qui ſanguinem Chriſti effuderunt, ego pro nunc de illis hoc explico, qui proximos ſuos lingua doloſa occidunt, eorum vitam, & honorem rodentes in abſẽtia. Sicut enim occiſores Chriſti in dimidio dierũ ſuorum ſeceſſerunt é vita (vt dicit Hieronimus) ſic & iſti præmatura morte rapientur, vt iuſti, & amici Dei à ferociſsimo gladio linguæ ſuæ abſcondantur, & defendãtur. Ideoq. in perſona eius dicebat Dauid. *Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar.* Pſ. 100.
Ideſt detrahentẽ proximo ſuo in abſentia illius corripiebam, & tacere cogebam, vel duris plagis afficiebam. Sic defendere ſolebat Chriſtus Magdalenam à detractoribus, quoties ipſe aderat. Ac ideo

ideo & nunc in abſentia Ioannis, & intergiuerſſio ne diſcipulorum eius, tanquam verus amicus omni tempore diligens cepit dicere de Ioanne.

## *Cæpit dicere de Ioanne.*

NEc prius laudum eius præco cæpit eſſe, quã eum in vinculis, & capite damnandum vidiſſet. Iam enim hoc habet de more optimus Deus, vt tunc ſeruos ſuos laudibus ſuper extollat, quando afflictionibus conteri, & prope conſumi videntur. Sic quando Datham & Abiron erexerunt ſe contra Moyſem, fugit moyſes ad tabernaculum fæderis. *Quod, cum ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria domini.* Super quod dicit Orig. nunquam legitur q̃ nubes, ac gloria domini operuiſſent tabernaculum, Moyſemq., & Aaron ſuſcepiſſent, niſi nunc, quando orta ſeditione, increſcenteq. tumultu, lapidibus eos voluit opprimere multitudo populi. Et quando Maria, & Aaron cæperunt murmurare contra Moyſen, que ſe queria alçar cõ toda la priuança, y familiaridad con Dios, quaſi ſi ipſe ſolus eſſet propheta, & cui ſolũmodo loqueretur Deus, vt dicitur num. 12. tunc vocauit domiuus Mariam & Aaron, & cæpit dicere de laudibus Moyſi *Audite ſermones meos, ſi quis fuerit inter vos propheta domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum, at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt, ore enim ad os loquor ei.* Super quod ipſe Origines dicit hom. 7. nunquam legimus tantũ Moyſem á Deo laudatum, niſi nunc, quando ab ipſis fratribus ſuis murmuratione affligitur, & contemnitur. Et quando ſublimioribus laudibus extulit Magdalenam

*Num.* 16 · *Orig.* · *Num.* 12 · *Origen.*

nam Chriſtus, niſi cum ab hoſpite phariſeo vt pecca trix contemnebatur, *Hic ſi eſſet pro pheta, ſciret vtiq. quę & qualis eſt mulier, quæ tangit eum.* No dejara llegar á ſus pies eſta mu gercilla. Tunc excelſum di lectionis eius gradum, ac prodigioſa opera illius cæ pit prædicare. Et quando ipſum Iob laudibus in cælum vſq. exaltauit, niſi quãdo ab amicis crudeliter & impię arguebatur? tunc etiam dixit calumniatoribus, orate ad ſeruum meũ Iob, vt oret pro vobis, aliter enim forte nunquã vo bis placabor, no me aplacare, ſi el no me deſenoja, ó grã fauor. Sic certe nũquã magnalia Ioánis prędicauerãt Chriſtus, quo vſq. nunc in vinculis videt incluſum tunc cæpit dicere &c.

*Luc.7.*

*Iob. vult*

### *Cæpit dicere de Ioanne.*

ET ſi ſolum incipiendo tot, tantaq. dixit de magnitudine Ioannis, quis laudum eius pro ſequitioū aggredietur? quis in finem vſque eas extendere promitet? nullus auſſus eſt vltimum complementum ad derei m agini veneris, quã Appellex pictor celeberrimus morte pręuentũs inceptam reliquit. Sicut nec ei, quam de chaſtore nomi natiſsimus ſculptor Nicomachus dimidiatam dimiſ ſit. Nec illi, quã de Medea Thimomachus inceperat. diffidebat enim quiſq. quã tum cumq. in eadem arte peritus illas cum perfectio ne principiis correſpondente in finem vſq. perdu cere. Quis tanta ſuperbia ductus erit, vt quasde mag no baptiſta Deus ipſe in ceptas dimiſsit landes, in finem vltimum perducere præſumat? quis penicil lo balbultientis linguæ ſuę id perficere promittet, quod circa laudes Ioannis Chriſtus ipſe cępit depingere? nõ ego certe. Quim potius ipſas met inceptas á Deo

*Hiſto.*

*Hiſto.*

á Deo laudes vt cumq. explanare curabo, quarum prima fuit.

## *Quem exiſtis videre, arundinem vento agitatam?*

HInc laudat eum Chriſtus de conſtantia, & ſtabilitate. Quaſi dicat, nõ eſt arundo Ioannes, quæ á quocunq. vento hac, atq. illac deflectitur, ſed columna ferrea, que a nullo vento agitari valet. Et hoc meo iuditio ideo dixit de illo Chriſtus dominus, ne audientes eum hodie interrogantem per diſcipulos ſuos. *Tu es qui venturus es, &c.* Et heri afirmantem. *Ecce Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.* Eſtiximent Ioannem arundinem eſſe, quipe qui hodie negat, vel dubitat, quod heri tenaciter afirmabat, vel qui in tribulatione & afflictione contrarium eius proferat, quod in proſperitate proclamabat, & prædicabat. Hoc enim arundinum eſt, non columnarum ferrearum, quales veri ſerui Dei eſſe ſolent, qui quaſi columna ferrea, nec in proſperis erigi, nec in aduerſis inclinari nouerunt. Rex Balac miſsit ſeruos ſuos ad prophetam Balaam pro- *Num.22* mittens. *Paratus ſum honorare te: & quid quid volueris, dabo, veni, & maledic populo Dei.* Qui reſpondit. *Si dederit mihi Balac domum ſuam argenti, & auri plenam, non immutabo verbum domini, vt plus vel minus loquar, ad benedicendum adductus ſum, benedictionem prohibere non valeo.* Et ſerui Regis Acab multa bona promittebant Micheæ Prophetæ, ſi bonum fore, atque fælicem nunciaret euentum belli, ſicut & cæteri prophetæ falſi vno ore promiſſerant & aſſeuerauerant. Quibus verus propheta reſpondit.

*Viuit*

*Viuit dominus, quia quod* 3. Re. 22 *cumq. dixerit mihi dominus, hoc loquar.* No dire otra coſa aunque el rey me mate, o me haga rey. Ecce conſtantia ſeruorum Dei, nec minis, nec blanditiis, nec timore, nec fauore, nec vi aliqua á veritate declinant. Immo quo magis premuntur, duriores, & conſtantiores euadũt. Pſ. 24. *Tribulationes cordis* Pſ. 34. *mei multiplicatæ ſunt.* Vertit Hieronimus ex Hebreo. *Tribulationes cor meum ſurſum ferre fecerunt.* Hiſtor Quanto ipſæ grauiores, ac duriores erant, Tanto altius ego ſubleuabar. In huius rei ſimbolum cereum accenſſum & inclinatum deorſum depingebant antiqui. El qual quanto mas arde, mas ſuerças cobra para luzir mas, como ſe va derritiendo mas. Et hãc literam ponebant ſuper eum. Vires inclinata reſumo. Vnde dicebat Dauid Pſal. 21. Pſ. 21. *Aruit tanquam teſta virtus mea.* Non dixit, tanquã fænum, vel tanquam lignum, quę igne conſumuntur. *Sed tanquã teſta.* Quę quo igne magis vritur, eo magis areſcit, & induratur. Quaſi dicat, virtus mea nõ deficiebat in tribulationibus, nec minuebatur in afflictionibus, quim potius durior, ac firmior euadebat in illis. & de omnibus iuſtis dixit ipſe Dauid. *Iuſtus vt palma florebit.* Pſ. 91. Quia vt naturales fatentur. Aulo Gelio. l. 3. c. Pſ. 91. 6. Plin. lib. 16. de Hiſt. Nat. c. 42. & Ariſt. 8. Problematum. Hoc eſt propriũ palmæ, ꝗ nullum pondus ſuper impoſitum, quantumcumque magnum, eã impedire valeat, quim tendat in altum dum creſcit, nec verſus terram inclinet illam, ſed contra totum pondus illud elaborat conſcendere in altum. Sic prorſus iuſti contra omnes impetus perſequtionũ & laborum creſcunt in virtutibus, & eriguntur, & fortius

tius dimicant, vt vincant, & fortiores euadant perſe qutionibus ipſis. Sic dicebat Paulus ad Timotheũ.
1.Tim.4 *in omnibus labora.* Textus Grecus legit. *Ob dura in af flictionibus*. Endurece te mas en los trabajos. Sal mas duro, y mas fuerte de
Pſ.1. ellos. *Non ſic impij, non ſic ſed tanquam puluis, quem proijcit ventus á facie terræ.* Dixit Dauid. Quaſi dicat, nec puluis ipſe ſic facile à quocunq. vento rapitur, ſicut impii á quacunq.
1.Re.10 mĩnima occaſione rapiun tur, & agitant, & rectam viãm deſerunt. 1.Reg. 10. Nondum cæperat pro phetare Saul, qnãdo deſiit. To do fue en vn dia el comen açar, y el acabar, y boluerſe a lo que ſoliaſer. Sic cer te multi inueniuntur ſimiles locuſtis ægyptiorum, quæ a quocunq. vento rapiebantur, ſic. Si ſopla de uocion, lloran, ſi ſopla ſenſualidad, corren tras ella, &c. Sõ arcaduces de noria, que a cada buelta de ſoga ſe vazian, con la miſma facilidad que ſe llenaron. Et Paulus dicebat ad Galatas, quos eadem leuitate faciles videbat. *Miror ꝙ ſic ci to transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiã Chriſti in alıud euangelium.* Gal.1.
Tráſferimini, dicit de præ ſenti, quaſi dicat, ꝙ in cõtinua tradſmutatione, & Le uitate eos conſpiciat. Sed iuſtus vt columna ferrea perſeuerat in virtute, ita vt nec amore nec timore declinet, nec proſperis nec aduerſis moueatur, nec quatiatur metu, nec flectatur adulatione, nec aliqua vi rapiatur, vt ſeparetur a Deo, quouſq. ęternum præmium accipiat, gratiam, & vitam æternam, ad quam, &c.

(.?.)

DO-

# DOMINICAE SE-
## *GVNDÆ ADVENTVS:*
## SERMO QVINTVS.

*Cum audiſſet Joannes in vinculis opera Chriſti, Matth. 11.*

Gal. 1.

EX ipſo carcere quandam epiſtolam miſit Paulus ad Thimot. dicens. *Laboro vſq. ad vincula, q vaſi male operans, ſed verbum Dei non eſt alligatum* Quaſi dicat, potuit quidem imperator Nero comprȩhẽdere me, & vinculis detinere, ſed linguam minime ligare valuit, ne doceam te, & ex vinculis ipſis ſcribam conſulens quȩ ad ſalutem tuã expectant. Ecce hodie Ioãnes in carcere Herodis detentus, quia veritatem prȩdicabat, ex ipſis met vinculis miſit duos diſcipulos ad Chriſtum, vt ab illo edocerentur de illis rebus, quæ ad ſalutem eorum attinebãt, quaſi diceret cum Paulo, potuit quidem Herodes me comprȩhendere, & alligare, ſed minime impedire valuit, ne diſcipulis meis ſana conſulere, & ad verum magiſtrum Chriſtum diregerem edocendos. De hoc agemus, Aue Maria.

2. Tim. 2

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis.*

HOc inter cȩtera propriũ eſt pecati q mẽtẽ peccatoris obnubilat, & eũ omni fere diſcurſu, ac ratiocinatione priuat. Iob. 18. dicit de peccatore. *Lux ob*

*tenebreſcet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ ſuper eũ eſt extinguetur.* Vnde merito peccator appellatur cæcus, & pecatũ ipſum dicitur tenæbræ & caligo. Sic Dauid Pſ. 138. *Et dixi forſitam tenebrę cõculcabunt me.* Vbi in cognitus, & alii, per tenebras intelligunt peccatum. Et Pſ. 81. Dicitur de peccatore. *In tenebris ambulat.* Et quid inde? *Mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Quia certe nullum fundamentum virtutis eſt ſtabile, & ſolidum, vbi peccatum inuenitur. Et. Iſa 19. *Immiſcuit Deus in medio eius ſpiritum vertiginis.* Et vertunt. 70. *Immiſcuit Deus ſpiritũ erroris.* Alii vertunt. *Spiritum peccati.* Qua peccatũ nil aliud eſt, quam ſpiritus vertiginis, & erroris. Vn baguido de cabeça, que haze andar al retortero, y priua de los ſentidos. Et Dauid. Pſ. 48. *Homo cum in honore eſſet non intellexit.* Ideſt, amiſit intellectus claritatem, cegolo la humareda y vanidad. Vnde *Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Iumento aſsimilauit peccatorem, quia animal eſt rudiſsimũ ſuper omnia. Qua ſi dicat. non vt cumq. excęcat peccatum, ſed ſupra modum, cuius rei euidens teſtimonium vidimus in Paulo. Poſt cuius conuerſionem ad Deum, ceciderunt quaſi ſquamæ de oculis eius Act. 9 Qua ſi ę iam viſum reciperet, qui illuc vſq. cæcitate percuſſus erat. Sed licet hoc in omni peccato verum teneat, maxime tamen in duobus, ſcilicet in ſuperbia, & in luxuria. De ſuperbia dicitur. Pſal. 118. *Superbi inique agebant vſq. quaq.* Ideſt por todas vias y maneras Ideo Sap. 15. *Omnes enim inſipientes, & in fælices ſupra modum animæ ſuperbi ſunt.* Et hoc quia cæcitate ſua inturpiſsima quæque ſcelera rapiuntur.

Et

Margin notes: Pſ. 138 · Pſ. 81. · Iſa. 19. · Pſ. 48. · Act. 9. · Pſ. 118 · Sap. 15.

*Aba. 2.* & Abachu. 2. *Quomodo vinum potantem dicipit, ſic erit vir ſuperbus, qui dilatauit vt infernus animam ſuam.* Quaſi dicat. non minus certe quam ebrius, ab omni ſepius diſcurſu alienatur ſuperbus, ita vt in innumera pecata ruat, & Au. Nimis in flata facies claudebat oculos meos. Sed quid de luxuria dicam? caligo ne erit, ac tenebræ? ſed qua alia ratione igni cõparatur, niſi ob eam maxime, qua ſicut ex igne fumus *Simile.* deducitur ex cæcans oculos corporis, ſic prorſus nubila quædam erigantur ex illa, quibus lumen rationis offuſcatur, & confunditur, atq. inuoluitur, & quaſi ꝙ ab omni intellectu priuetur, qui ſic excecatur Greg. 31. Mor. c. 17. de luxuria cæcitas mentis, præ- *Greg.* cipitatio, amor ſui, odium Dei, amor pręſentis ſæculi, horror, aut deſperatio futuri generantur. Ecce quot, quanta q. mala ab hac peſſima radidice luxurię pullulent. Sed in primo loco poſuit cæcitatem mẽtis, tanquam præcipuum germen illius. Sic Gen. 19. Et eos qui foris erant, per- *Gen. 19.* cuſſerunt cæcitate. Orig. *Orig.* trac. 4. in c. 17. Math. dicit ægreditudines animarũ ſępius manifeſtari per corporales ægritudines, & defectus. Quid ergo innuit hęc oculorum percuſsio in his, qui tanta luxurię turpitudine æſtuabant? nil aliud forte præcipuũ quã cæcitatem maximam animarum, qua percuſsi erãt. Sic Chriſoſt. Hom. 43. in Genes. Quoniam mentis *Chriſoſ.* eorum oculus excęcatus erat, propter hoc & viſu priuati ſunt. Hinc dixit Ariſto. ꝙ venus furatur intellectum Sapientis. 7. Ethi- *Ariſt.* corum. Hinc etiam Phidias ſculptor celeberrimus ſtatuam quandam veneris erexit, habentem catenam in manu ſua, qua te- *Hiſto.* ſtudo quædam innodabatur, vna tortuga. Et hoc, quia vt naturales tradunt,

teſtudo non habet cor. Quaſi dicat. Phidias, quod ve cordes omnino ſint quoſcumq; venus conculcat. Peccator enim ideo vecors dicitur in ſcriptura, *Oſeæ. 4.* ideſt ſine corde. Oſeas. c 4. *Fornicatio, & ebrietas auferunt cor.* Ideſt nō minus luxuria, quā vinum. Ecce ſuperbia, & luxuria exçęcāt homines. Et de vtroq. ſimul dixit Dauid. *Noli te fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus*, Pſal. 31. Multi per equū *Pſ. 31.* intelligunt ſuperbū, & per mulū luxurioſum. Quod ſi vnum quod q. horum ſic exçęcat hominē, quid vtrumq. ſimul? o infelix Herodes, qui vtraq. cæcitate percuſſus erat, ſuperbus enim erat valde, & luxurioſus ſupra modum. Et vt ſuperbus in tantum amentiæ venerat, vt diem natalis ſui multis celebritatibus honoraret, Et vt ſic luxurioſus vxorem fratris ſui habebat concubinam. Ex quibus ſic cæcus euaſit, vt maiorem inter natos mulierum in vinculis detineret, ac capite damnaret. Cum audiſſet Ioannes in vinculis.

## *In vinculis,*

NE magnitudine gratiarum ſuperbiret (quod miſeræ naturæ noſtræ proprium videtur, afflictionibus multis opprimitur Ioānes, & quilibet præelectus. Moyſes ad tantam cū *Exo. 33.* Deo familiaritatem deuenerat quod facie ad faciem loqueretur cum eo, ſicut loqui ſolet homo ad amicū ſuum. Ex quo ruſticus ſic eleuatus eſt, vt non dubitaret petere ab eo. *Oſtende mihi faciem tuam.* Et cum primum ſponſa laudata eſt miræ pulchritudinis, audacter petiit ab ſponſo. *Oſtende mihi vbi paſcas.* *Cant. 1.* Nec hic ſtetit, ſed vltra progreſſa eſt. *Indica mihi vbi cubes in meridie.* Et vlterius auſſa eſt petere ab eo. *Oſculetur me oſculo oris*

O *ſui*

*ſui.* Et tunc quieuit? minime. Sed etiam petere auſa eſt, vt maneret apud illum per noctem totam quia floribus mille parauerat lectũ ſuum Ecce in quantum audaciç venerat. Quia ſenſit ſe ab ſponſo laudari. Et filii zæbedei quia tenerrime amabantur a Chriſto domino ſic elati ſunt, vt primas ſedes ad latera ipſius Chriſti appeterent in ſuper & poſtularent. & Magdalena indigna prius iudicabatur, quç retro ſecus pedes domini reciperetur, & vt laudata eſt de amoris magnitudine *Quia dilexit multum.* Super caput iam ipſius recumbentis Chriſti inuenietis eam. Nec volo hic ſponſam vel Magdalenam de ſuperbia notare, ſed ſolum vim amoris, ac fauorum, oſtendere, ad hoc ꝙ ad altiora contendat aſcendere qui ſic amatur, vnde & ſuperbire etiã poſsit niſi humilis valde ſit. Hinc eſt ꝙ optimus Deus quos p[a]terno amore, ac fauore proſequitur, afflictionibus etiam quandoq. depirmit, ne in ſuperbiam efferantur. Paulum extulit vſq. ad tertium cœlum, & oſtendit illi archana. *Quæ non licet homini loqui.* Sed poſtea ſtimulo carnis ſic de fatigatur, vt ter ad dominum clamet genu flexus, vt liberetur ab illo. Sed quare hoc datum eſt ei? ipſe palam dixit. *Ne magnitudo reuelationum extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſathanæ qui me collaphicet.* Quis poterit enumerare beneficia, quibus affecerat Deus regem Dauid. Ex paſtore fecit eum regem, & ex ruſtico prophetam, victoriam dedit illi contra gigantem, regnum eius promiſsit ſtabilire in æternum. Et ꝙ maius eſt, de eo carnem aſſumere elegit. Sed nichil ominus validiſsimum excitauit ei hoſtem Saulem, qui noctu, diuq. affligebat illũ nulloq. in loco cũ cõſiſte-

Mat. 20.
Luc. 7.
2. Cor. 12
Lib. 1. re.

ſiſtere patiebatur. Et hoc certe ne in ſuperbiam erectus corrueret. Et Chriſoſtomus ſuper illud Pauli. 1. Thimot. 5. *Vtere modico vino propter eſtomachum.* Miratur ꝙ homo, qui mortuos ſuſcibat, doloribus ſic magnis cruciaretur. Et reſpondit, quod Deus ſanctos ſic affligi ſinat, ne facile in arrogantiam, propter miraculorum magnitudinem tollantur. Ecce quanta prædicauerit Chriſtus de Ioanne, quantiſq. eum erexerit excellentiis. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Ne ergo ex tot donis in ſuperbiam raperetur, hodie præmit illum in carcere, & vinculis affligit eum. Cum audiſſet Ioannes in vinculis.

Chriſoſt.

## In vinculis.

ET Lucas loquens de vinculis his Ioannis dixit. cap. 3. *Et de omnibus malis, quæ fecit Herodes adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Ioannem in carcerem* Et Chriſoſtomus de hoc faſcinore Herodis loquens, eadem met verba protulit. Herodes adiecit ſuper omnia. Innuunt certe, vt qui in vno peccato ſemel cadit, niſi quam cito, ab illo reſurgere elaboret in aliud atque aliud procul dubio ruet. Sic dicit S. Remigius ſuper hoc, quia libidinoſam voluptatem non extinxit, ad luxuriam vſq. peruenit & quia luxuriam nõ coercuit, ido ad reatum homicidii peruenit. De vn pecado menor cayo en otro, mas graue. Sic eccli. 3. *Peccator adiiciet ad peccandum.* Et Prouer. 18. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit,* ſcilicet, peccare. No haze caſo de arrojarſe á mas y mas pecados. Sic dicitur de Eſau. Geneſ. 25. *Et abijt parui pendes, ꝙ primoge-*

Luc. 3.

Eccli. 3.

Pro. 18.

Gen. 25

Gen. 25. *mogenita vendidiſſet.* Et vẽdiderat prolẽtis edulio, que varato, y que poco ſe le da. Sic & Gregorius. Greg. Peccatum quod mox per pęnitentiam non deletur, ſuo pondere in aliud trahit. Et hũc rẽdit illud David Pſ. 41. *Abiſſus abiſſum inuocat.* Vnum enim vocat aliud peccatum, & hoc aliud, & ſic in infinita ruere neceſſe videtur. Vnde dixit Aug. Aug. lib. Contra Iulianum, ꝙ vnum peccatum eſt cauſa alterius peccati. Quod in ſenſu dictointelligendum eſt, quia vnum in aliud trahit. Et ſic illud nobis pronunc explicare liceat. Iacobi. 2 Qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus, tripliciter exponitur. Primo aſi ſe cõdenara por vno, como por todos. S. Ephrem tom. 1. de malo linguæ dicit. s. Ephrẽ. Nec parũ eſt ꝙ auis altero tantũ pede illa queetur, reliquo corpore libero, ſi quidem id ſufficit, vt capiatur, & pereat. Como ſi eſtuuiera la auecilla aſida por todo el cuerpo. Nec minus malum fuit Philoſopho Anocronti grano vno vuarum ſuffocari quam ſi multis gladiorum ictibus periret. Hiſto. Secundo quia ſi cętera non conculcauit, nõ propter Deũ id facere reliquit, qui ex cuiuſlibet tranſgreſſione valde offenditur. No ſe offende menos por el q̃ quebranto, q̃ ſi quebrãtara los otros. Y aſsi ſi fuera por Dios el abſtenerſe en los otros, tãbiẽ ſe abſtuuiera en eſte q̃ quebranto. Nõ ergo propter Deũ ſe abſtinuit a trãſgreſsione eorũ, ſed quia non circa illa tentatus eſt, vel ſenſualis eius appetitus ad prohibita per illa non ſic rapiebatur, aliter enim ſicut vnum conculcauit, cætera etiam percalcaret, Et ſic quãtũ eſt ex parte ſui certe qui offenderit in vno, factus eſt omniũ reus. Tertio in omnibus ſe iam offendiſſe, accecidiſſe iudicet. Sic enim certum eſt, ꝙ in omnibus offendet niſi cito ab illo reſurgat,

quod in omn bus iam ceci diſſe exeſtimandus ſit. Vnde Oſſeas. 4. *Fornicati ſunt & non ceſſauerunt*. Ideſt non dēſtiterunt á fornacationibus ſuis. Immo. *Furtum, maledictum, mendatium, & adulterium inundauerūt*. Vnde hoc? *Quia dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo*. Ideſt quia vnum mandatū Dei non cuſtodierunt, nullum fuit, quod non calcarent, & ad quod tranſgrediendum impetu non raperentur. Sic & Aug. l. 8. Conf. rapiebar a te de core tuo, moxq. diripiebar abſte pōdere meo, & ruebam in iſta cum gemitu. Quaſi dicat, licet cum dolore, id tamen vitare vix valebam, licet enim libere declinabam ad malum, pondere tamen peccatorum, ac cōcupiſcencia mea quaſi rapiebar ad illud. Et Dauid. Pſ. 15. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerūt*. Alii vertunt *Multiplicata ſunt idola eorum, poſt aliud accelerauerunt*. Quia certe impetu perualido poſt aliud, atq. aliud idolum rapimur, quoties vnum iam præelegimus. Idolum noſtrū eſt quid quid valde amamus. Ecce vnum peccatum cauſa eſt alterius, & in aliud atq. aliud trahit. Ideo Rom. 16. *Deus conterat ſathanā ſub pedibus veſtris velociter*. Nota verbum. *Velociter*. Ideſt antequam in millia alia crimina præcipitet vos. Vnde bene Chriſoſtomus dixit. ꝙ ſuper omnia mala adiecit & hoc Herodes, ꝙ poſuit Ioannem in vinculis.

Oſæ. 4. Aug. Pſ. 15. Rom. 16

## In vinculis.

NEc ob hoc á prædicanda veritate deſiſtebat. Immo altius intonabat, nō licet tibi (o rex) habere vxorem fratris tui. *Dentes tui ſicut greges tonſarum*. Can. 4. Prædicatores ſuos vocat Deus dentes, ó por ſu mucho valor y brio

Cant. 4.

como del que lo tiene ſoleys dezir aca que tiene dientes. Hi ergo dentes ſunt. *Sicut greges tonſarum.* Brios y aceros tiené, pero ſon brios de ouejas, y aceros de corderillos. Son azeros para ſuffrir q̃ los deſuellen como a ouejas, haſta de la miſma piel, por hazer bien ſu officio de predicadores. *Rapinã bonorũ veſtrorum cũ gaudio ſuſcepiſtis*. Quando os deſnudauan haſta de la piel. Non ſolum pacienter ſed & cum gaudio ſubſtuliſtis. Tales ſunt boni prædicatores & miniſtri eccleſiæ, ideo minis potentium minime terrentur. Legati enim tantam ſecum portant authoritatem, quantam ille habet a quo mittuntur Moyſes miſſus ad Pharaonem excuſſabatur dicens. *Quis ſum ego vt vadam ad Pharaonem, et educam filios Iſrrael de ægypto?* Ad quem Deus, noli timere potentiam illius. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*. Si enim ego Deus mitto te ad illum, poteſtatem meam do tibi ad legationem tuam exequẽdam. Idem fecit Deus cũ Hieremia, quando illũ mittebat ad prædicandum, qui etiam excuſabatur dicens. *A. a. a. domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum.* Ideſt ad tantum negotium omnino enſufficiens Ad quem Deus. *Noli dicere, quia puer ſum, quia tecum ego ſum vt liberẽ te.* Quaſi dicat. Si quidé ego mitto te, tecum ero, & totam potentiam meam tibi dabo ad munus tuum per ſoluendum. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euelas, & dextruas. & diſperdas, & diſsipes, & plantes pro libitu tuo.* Et Valerius Maximus tradit, ꝙ cũ populus romanus miſsiſſet Caium Pompilium legatum ad Pthoломeum regé ægypti, vt ab intento illicite opere quodã deſiſteret, & audita legatione reſpõdiſſet, id

Heb. 10 · Exo. 3. · Exod. 7 · Hier. 1 · Hiſt.

id ſe maturius conſulturũ cũ ducibus militię ſuę. Reſpõdit legatus regi. Aduertas obſecro, ꝙ non legatus romanus ad te venit hodie tantũ, ſed totus populus romanus, quem certe ſpernis, ſi me ſpernis, ideo caue ne aliud facias, ſed recede in pace. Quibus verbis perterritus rex rediit in patriam ſuã, Prædicatores ſunt legati miſsi a Deo. Vnde Paulus dicebat. 2.
2. Cor. 5. Cor. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur.* Et ſic authoritatẽ ipſius Dei ſecũ portant, ideo nulla vi cohiberi poſſunt, quim veritates nude & aperte dicant. Traẽ a Dios enel cuerpo. Nulla vi nullo metu, nullis ve pollicitationibus adduci potuit Micheas, vt ſecundum deſiderium regis loqueretur, ſicut cæteri prophætę falſi fecerant. Immo dixit.
3. Re. 22 *Viuit dominus, ꝙ quæcumq. dixerit mihi dominus, hoc loquar.* Et Pau. Act. 20 *Scioꝙ vincula, & tribulationes hieroſolimis me manẽt, ſed nihil horum vereor, dũ tamẽ cõſumem curſum meũ, et miniſteriũ quod accipi a dño Ieſu Chriſto teſtificari euãgeliũ gratię Dei.* Act. 20 Quaſi dicat, ob miniſteriũ hoc prędicationis implendũ, nec carceres timeo, nec vincula, nec mortẽ ipſã. Iſ. 40. *Exalta in fortitudine tua vocẽ tuã qui euangelizas ſiõ, exalta, & noli timere.* Iſa. 40. Quaſi dicat, tu qui prędicator es, nullo timore cohibearis a veritate dicẽda, nã vt dixit Pau. *Vę mihi ſi nõ euãgelizauero.* & Iſa. 6. *Væ mihi, quia tacui quia vir pollutus labiis ego ſũ.* Iſa. 6. Quaſi dicat, ex eo quod tacui, polluta remanſerunt labia mea. Et deſcẽdit Angelus, & igne cæleſti combuſsit illa. Quaſi dicat, labia tacentia propter metũ, ſi predicatorũ ſunt, comburantur igne celeſti. Hinc Ber. dixit. Nõ licet tacere, cui ex offitio cõuenit loqui & prędicare. Bernar. Chriſ. Super illud. Mat. 25. *Metis vbi nõ ſeminaſti.* Dicit, & ſi Mat. 25

talentum non perdidit, tamen reus eſt damni, ſicut qui cauſa ſeminandi ſemen accipiens, tempore ſeminationis non ſeminauerit, domino ſuo damnũ facit, & ſi ſemen non perdiderit, quantum poterat lucrum facere, ſi opportuno tempore ſeminaſſet. Ideo boni miniſtri nulla vi cohiberi poſſunt à veritate dicenda. Vnde nõ tacebat illam Ioannes, licet ab Herode decapitandus, & in vinculis coiiciendus erat. Ioãnes in vinculis, &c.

## *Ioannes in vinculis.*

ET cauſam nõ indicauit euangeliſta. Nec ſine miſterio, ſed vt nos inde millia colligeremus. Tria ſolummodo ego ad notabo. Primum ex parte Dei. Secundum ex parte regis. Tertium ex parte Ioãnis. Ex parte Dei, vt innuat, ꝙ ſola ſua ordinatione & diſpoſitione id contigit, & non culpa Ioannis, ſed ne Ioánes Deus extimaretur, vt iam á vulgo exiſtimari cõmmuniter cæperat. Et hæc eſt, inter alias, potiſsima ratio, quare in qualibet creatura aliquos defectus permiſsit, vel poſuit Deus ne ſcilicet dii exiſtimarentur. Sic docuit Chriſoſto. Hom. 1. ſuper illud. 1. ad Tim. 5. *Vtere modico vino propter ſtomachum.* Vbi dicit permittit Deus iuſtos affligi, ne cæteri maiorem habeant de ipſis opinionem, quam humana patitur natura, & ipſos Deos, non homines arbitrentur, quia vt ipſe Chriſoſtomus dicit, Hom 61. Ad populum. Idolatria in de ortum habuit, quia videntes aliquos homines altitudine doctrinę, vel alterius rei excellentia florere illos populus Deos iudicabat. Hinc Lyſtrenſes vidẽtes Paulum & Barnabam mira prodigia facientes, voluerunt eos venerari tanquam Deos. Sed ipſi clamauerunt. *Viri fratres*

*Luc. 3.*

*Chriſoſt*

*Chriſoſt*

*Act. 14*

*quid facitis? nam & nos homines ſumus mortales ſimiles vobis.* Ecce quare oportuit iuſtos, aliquibus cõcuti calamitatibus, & doloribus, ne dii excelſi iudicarẽtur. Ideo Paulus dicebat Poſtquam raptum ſuum ad tertium cœlum depin-
2.Cor.12 xerat. *Et ſi maiora dixero, non ero inſipiens, veritatẽ enim dicam. Parco tamen.* Ideſt tacebo, nec illa maiora dicam. *Ne quis me exiſtimet, ſupra id quod videt in me, vel audit aliquid ex me.* Ideſt plura, & maiora de me non enarrabo, ne aliquis credat me non hominem, ſed Deũ eſſe. Ac ideo datus eſt ei ſtimulus carnis, a quo ſic valide collaphizabatur, vt ter genufle-
Exod.7. xus cogeretur petere auxilium a Deo, ergo Paulus non erat Deus, qui alterius adminiculo indigebat. Et Moyſem conſtituerat dominus Deum Pharaonis, vt prodigia & portenta ederet coram illo. Sed ne verus Deus crederetur, infirmitate, ac hæſitatione linguę ſuæ laborabat balbutiens, vt vix verba poſset exprimere. Hinc valde mirabatur Chriſoſtomus vbi ſupra. videns diſcipulũ Chriſoſt Pauli Thimotheum, ꝙ ex altera parte mortuum ad vitam reuocabat, & ex altera parte maximo dolore eſthomachi percuſſus clamabat, & lamẽtabatur. Et hoc idem in omnibus fere ſanctis videre licet. qui ergo maiori iure inter omnes homines Deus extimari poterat, Ioannes baptiſta eſt. Tum propter vitæ perfectionem, tũ & propter altitudinem officii. Vt ergo pateat, ꝙ nec Ioannes ipſe ſit Deus, eum ab Herode affligi permiſſit Deus verus, & in vinculis ligari.

SEcundo. Si ex parte Ioãnis id conſideremus, ꝙ (ſcilicet) ſine culpa in vinculis recludatur. Id certe innuitur, ꝙ ſæpius iuſti ſine culpa ſua laboribus concuti-

*Iob.17.* curiantur in hac vita, licet non ſine magno eorum, lucro. Sic dicebat Iob. 17. *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Et Ioan.9. Viſo cæco á natiuitate interroga- *Ioan.9.* uerunt diſcipuli Chriſtum. *Quis peccauit. hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?* Ad quos Chriſtus. *Nec hic peccauit, nec parẽtes eius.* Ergo abſq. culpa ſua tãta cæcitate percuſſus eſt, & quã plura extãt teſtimonia huius veritatis in ſacra ſcriptura. Sed id perpendas obſecro, ꝙ hoc ipſum, ſine cauſa affligi, totũ ſolatium afflictorum eſt. Valde enim iucundum eſt eis, non pro culpa affligi, ſed pro voluntate Dei. Id enim lætificabat Iob in mediis amaritudinibus ſuis. *Non peccaui.* Ideſt non culpa mea, ſed voluntate diuina id patior. Et Cice- *Cicer.* ro dicebat, Conſcientia rectæ voluntatis maxima cõſolatio eſt rerum incomodarum. Quaſi dicat, nullũ maius ſolarium in aduerſis, quam ſine culpa pati, & affligi. Et Auguſtinus de *Aug.* Catec. Rud. verius, ac iucundius gaudebis de bona conſcientia inter moleſtias, quam de mala inter delitias. Vnde ipſe Chri- *Math.5* ſtus, Math.5. *Dixit. Beati qui patiuntur propter iuſtitiam.* Ideſt non propter peccata, ſed propter iuſtitiam retinendam. Et 1. Pet.4. *Nemo veſtrum pa- 1.Pet.4.* *tiatur vt fur, aut maledicus, aut homicida, &c. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum.* Ac inde gloria pleni. *Ibant apoſtoli a conſpectu concilii, quoniam Act.5.* *digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Non pro culpis ſuis, ſed pro nomine Ieſu. Et ideo dixit ſpiritus ſanctus Prouer.12 *Non contriſtabit iu- Pro.12.* *ſtum quidquid acciderit ei.* Quare? quia iuſtus, quia ſine culpa patitur, ſed pro *Hiſt.* ſolo Deo. De celeberrimo viro illo Photion Athenienſe

ſe

ſe tradit Plutarchuc, ꝙ cum inuidia æmulorum ad mortem damnatus eſſet in carcere, videns quanta afflictione peſsimus vir eſtupido deploraret, qui etiam ob ſcelera ſententiam capitalem acceperat, dixit illi. Curſles ſtupide non ne ſufficere deberet tibi ad ſolatium, mori ſimul cum Photione? No te baſta para conſuelo morir en compañia de vn hombre tan bueno como Photion? Quid ſimul cũ Chriſto domino mori, & pro illo contumeliã pati? Hinc

Ioan. 15 ipſe Chriſtus. *Si mundus vos odit, ſcitote ꝙ me prio rem vobis odio habuit.* Baſta eſſo para vueſtro conſuelo. *Scitote.* Ideſt aduertite, & cõſiderate, & in memoriam reducite, ꝙ me etiam prius perſequutus eſt & ſolatiũ magnum erit vobis. Vnde cum Ioannes nõ proculpa, ſed pro veritate tuenda pateretur, patiens, ac gaudio plenus manebat in vinculis.

QVod ſi id ex parte regis conſideretur, maximam inde malitiam regis coniicio, quod cauſa comprehenſionis Ioannis reticetur. Id enim feciſſe credi poteſt, vt omnes videntes Ioannem in vinculis inter facinoroſos viros detentum, ob ſcelus aliꝙ maximum ei eueniſſe iudicarẽt, & ſic cauſa ob quã comprehenſus fuit vere, & realiter, omnibus occulta remaneret. Scilicet ſcelus regis, qui vxorem fratris ſui habebat, nec ab illa ſeparari volebat. Et velamine hoc malitiam ſuam tegere elaborabat. Hac met calliditate iudices Hieruſalem vſi ſunt in morte Chriſti domini, quem inter duos lattones pendere fecerunt, vt tranſeuntes videntes eum medium pendere inter latrones, non neceſſe haberent, cauſam mortis ſciſcitari ab aliis, ſed ex adiunctis colligerent, ꝙ quia latro, quia fur, quia homicida, & quia ma- Ma. 27.

maleſactor erat, ea morte puniebatur, & huc etiam adducere poſſumus illud, ꝙ ſupra diximus de Photioue, qui dixit Stupido ad ſupplitium ducto cum illo ob maleficium. Quid ploras? non ne ſufficit tibi ad ſolatium, ſimul cũ photioue mori? Quaſi dicat, quien nos viere morir juntos, ati te tendra por tan bueno como yo, y a mi por tan ruin como tu, y aſſi tu ganas quanto yo pierdo. Et hanc met aſtutiam ſeruauid Dauid pręcipiens Ioab. *Ponite vriam ex aduerſo belli, vbi fortiſsimũ eſt pręlium, & derelinquite eum, vt percuſſus intereat.*

2.Re.11 2.Reg.11. Et hoc vt videntes, vel audientes eũ ibi mortuum fuiſſe, colligerent ſolum, ꝙ vt bonus miles corruit pugnans, & ſic impia regis intentio ſupra mortem vriæ tegeretur. Sic prorſus Herodes, vt nefandan luxuriam ſuã, & turpiſsimam notam tegeret, de qua arguebatur à Ioanne, eum in vinculis poſuit inter facinoroſos. Vt qui eum inter illos incluſſum, & vinctum viderent, ob magna ſcelera detentũ exiſtimarent. Huc peſsima intentio eius tendebat. Sed patienter ferebat Ioannes ob gratiam, & gloriam. &c.

(.?.)

DO-

# DOMINICAE SE-
## *GVNDÆ ADVENTVS:*
### SERMO SEXTVS.

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, Matth. 11.*

DVO tangit euãgelium hodiernum, quæ non parum ad doctrinam noſtram conferent, ſi attentis auribus percipiantur. Primo legationẽ miſſam ad Chriſtum à beato Ioanne Baptiſta per duos diſcipulos ſuos, vt interrogarent eum. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Secundo reſponſum Chriſti ad ipſam legationem, non verbis, ſed operibus. *Dicite Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis cæci vident claudi ambulãt, &c.* Hęc opera mea teſtimoniũ reddent de me, ac quis ego ſim, clarius proclamabunt. De his agemus.

*Cum audiſſet Ioãnes in vinculis opera Chriſti.*

MIſsit duos, &c. Virtus boni operis perſeuerãtia eſt (dixit Grego.) quia in caſſum bonum agitur, ſi ante terminum vitę deſeratur. *Qui perſeuerauerit vſq. in finem, ſaluus erit.* Math. 10. Euſeb. emis. ho. 5. Ad Monachos. Quid mihi prodeſt, ſi ſata viridentia herbis ſpem meſsis oſtendãt, & me ſub ipſo falcis tempore ſubita vel aęris intemperie, vel pluuiarum inundatione dicipiant. Nam vt dixit Hieronimus. Non quæruntur in Chri- *Gregor.* *Hiero.*

Chriſtianis,initia vel exor dia,ſed finis,& perſeueran tia.Ideo monebat Paulus.
1.Cor. 9. *Sic currite, vt comprœhen datis.* Quaſi dicat, quē fru ctum pariet curſſus,niſi vſ q. ad compræhenſionem protendatur? nullum cer-
Bernar. te. Quia vt dixit Ber. ſer. ad ſororem, de conuerſo-rum primordiis. Inchoan tibus præmium promitti-tur, ſed perſeuerantibus datur. Quodiam prædixe
2.Tim.2 rat Paulus illis verbis. *Non coronabitur, niſi qui legiti me certauerit.* 2. Thi-moth. 2. Super quod di-cit Bernar. ſermo. de per-ſeuerantia. Ille laborat le-gitimè, qui in bonis operi bus perſeuerant vſq. ad mortem. Et Auguſtinus
Aug. ſer, 8. de perſeuerantia. Nullus legitime certat, ni ſi qui in campo vſq. ad fi-nem certat. Coronam er-go accipiet, qui vſq. ad mortem certando perſeue rauerit. Vitam inceperat præcurſor Ioannes mani-feſtando Chriſtum Deum verum eſſe. Et nil aliud clamabat in diſcurſu vitæ, niſi *Ecce Agnus Dei, &c.* Et in offitio perſeuerauit vſq. ad vltimum finem vi tæ. Ideo in vinculis capite damnatus miſsit duos diſ-cipulos, &c.

## *Miſsit duos diſ-cipulos.*

Ad quid miſsit eos. Para deſaficionarlos de ſi, y aficionarlos à Chriſto. Ser uus fideliſsimus Chriſti ſe ipſum exinanibat, vt Chriſtum exaltaret, & ab omnibus cognoſceretur verus Deus, Act. 14. Vo-luerunt lyſtrenſſes adora-re Paulum & Barnabam, ad quos apoſtoli dixerūt, Act. 14
*Quid facitis viri fratres? nam & nos homines ſu-mus mortales ſimiles vo-bis?* Quaſi dicat, Deum po tius verum, & immorta-lem adorate, nos enim mortales, & miſeri ſumus. Ecce ſe ipſos exinanibant,

vt Deum altius efferrent, & eos à ſe expulſos ad Deũ verum mittebant. Los deſaficionaban de ſi, para aficionarlos a Dios. Immo & ipſemet Chriſtus videns quanto amore humanitatem ſuam proſequerentur diſcipuli, dixit eis.
Ioa.16. *Expedit vobis vt ego vadam, ſi enim ego non abiero, paracletus non veniet ad vos.* Videtur, los quiere deſafficionar de ſu propria carne mortal, por afficionarlos al ſpiritu diuino. Y trocarles el amor de carne y ſangre que aia ſuya tenian en amor ſpiritual y diuino. Vnde valde cruciabatur Paulus, videns ꝙ chiſmata, & contentiones eſſent inter multos, alius enim dicebat.
1.Cor.1. *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apolo, alius dicebat, ego vero cephe, ego autem Chriſti.* Ideo dicebat eis. *Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? gratias ago Deo meo, ꝙ neminem veſtrum baptizaui, ne quis dicat, ꝙ in nomine meo baptizati eſtis.* Quaſi dicat, illum ex toto corde diligatis, qui pro vobis mortuus eſt, & cuius ſanguine baptizati, & redempti eſtis. Illiq. toto affectu adhereatis, non mihi, vel Petro, qui miniſtri eius ſumus. Et hoc facere deberent boni paſtores, & prȩlati.
*Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis, vt cognoſcat generatio altera, filii qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt filiis ſuis.* Ps.77. Et hoc ad quid? *Vt ponant in Deo ſpem ſuã, & mãdata eius exquirant.* Hæc eſſe debet cura paterna, hoc maiorum munus magnalia Dei ſubditis reſerare, vt illum ament & diligant.
Pau. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Gal.4. non ſe ipſum, ſed Chriſtum in viſceribus eorum formare nitebatur

Vnde

Vnde & alibi dicebat. Rom. 13 *Induimini dominum Ieſum Chriſtũ*, Nõ me, ſed Chriſtum. Sic Ioannes diſcipulos ſibi plus forte affectos a ſe repelit, & ad Chriſtum mittit, cui ardenter ad hæreant. Miſsit duos.

## *In vinculis.*

NOn oido habitus á Deo miſſus eſt in carcerem Ioannes, immo valde dilectus ab illo. Quos enim Deus magis ditare deſiderat, durioribus præmit afflictionibus. Sic Dauid. Pſ. 34. Pſ. 34. *Qui producit ventos de theſauris ſuis.* Quaſi dicat, intra theſauros ſuos prætioſiores has habet reconditas margarites (ventos ſcilicet) quos indeingrauioribus quibuſdam occaſionibus producit, ad aliquos familiares valde d tandos Leuantando ſobre ellos vna grande tormenta, qual la ſuelen cauſar en el mar los vientos grandes. O magna miſericordia ex recondito theſaurorum diuinorum producta. Nam vt dicit Bernar. Subſpinoſo capite nou decet membra eſſe delicata. Bernar. Vnde ꝙ membrum ſit ſpinoſum, afflictum, dilaceratum, & flagellis oppreſſum, inditiũ eſt, ꝙ mẽbrũ ſit capiti proportionatum. Sic Pau. Ro. 8. Rom. 8. *Quos preſciuit*. Scilicet ad gloriam cum ipſo obtinẽdam in æternum. *Et prædeſtinauit conformes fieri imagini filii ſui*. Ideſt, ſtatim quod præſciuit eos, prædeſtinauit, & decreuit vt id aſſequerentur per conformationem ad imaginem filii ſui. Quomodo? in flagellis, in afflictionibus, in opprobriis, & in omnibus laboribus eius. Sic Dauid. Pſ 77. Pſ. 77. *Ædificauit ſicut vnicorniũ ſanctifitium ſuũ in terra.* Super ꝙ dicit Hieronimus, ꝙ alluſionnem facit hic propheta ad crucẽ, in qua decoctus fuit ipſe Chriſt⁹ paſsione ſua. Quia vnicornis cornus habet in mo-

modum crucis, ideſt ædifi cauit domum ſuam in cru ce. Nec habuit aliã in hac vita. Per crucem intrauit in vitam. Iſa.9. *Paruulus natus eſt nobis, cuius imperium ſuper humeros eius*. Ideſt qui crucem domum, & ha bitaculum ſuum ſupra ſe- Simile. portabat. Ad inſtar lima- cis domum ſuam ſuper hu meros ferebat. Como el ca racol. Et ex cruce exiuit de hac vita, quia ibi affixus ſpirauit, ergo vbi crux fue- rit ibi in habitat Deus. Do- mus Dei eſt, & de familia Dei ſunt, qui ibi commorã tur. Qui vero ſub cruce nõ Iſa. 6. habitant, nõ ſunt de domo ac familia Dei. Iſaias 6. Vi dit domũ Dei plenã fumo non aromatum ad fragran tiã, ſed potius ad afflictio- nẽ & dolorẽ. Quia fumus ad oculos properat, & in planctũ prorrumpere co- git. Quaſi dicat, domus Dei eis inſtrumentis abun dat, quæ ad planctum, & afflictionem cogunt. Et quæ eis vacat, non eſt do- mus Dei, nec ille de fami- lia eius eſt, qui afflictioni- bus non præmitur. Quia *Seruus non eſt maiordo- mino ſuo. ſed ſufficit ei, q ſit, ſicut dominus eius.* Ioa. 13. Vn de. *Si me perſequti ſunt, et vos perſequentur.* Et ſi me flagellauerunt & occide- runt, & vos etiam eiſdem laboribus afficient. Aliter non eritis ſerui illius, qui per totam vitam afflictio- nibus conterebatur. Ideo Ioannes in vinculis. &c.

## *In vinculis.*

QVia ipſi regi dicebat in faciem ſuam. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*. Hombre tan atreuido q̃ al rey dize en ſus barbas, y en publico, eſ ſa libertad, parece que me recebien eſſe caſtigo. Hie- Hiero. roni. ad Nepotianum. Ne- minem ſpecialiter ſermo noſter leſsit, generaliter de vitiis diſputatio eſt, qui michi iraſci voluerit, ipſe ſe quod talis ſit, confitetur.

Pues ſi vos prædicays ſe-
ñalando con el dedo. *Non licet tibi*. Quid mirum ſi in vinculis præmaris? & ſi Ad huc erga particulares homines hac modeſtia vti præcipimur in correctione. *Corripe eum inter te et ipſum ſolum*. Ed ad Gal. 6. *Fratres, ſi præ ocupatus fuerit aliquis in aliquo delicto*. Nota ſingula verba. *Præ ocupatus*. Ideſt ante occupatus. De ante mano ocupo tanto vn vicio la caſa, q no dio lugar a otro. Quaſi dicat, ſi plenus fuerit vſque ad oculos, quo? *Aliquo delicto*. Ideſt maximo crimine aliquo. Hoc enim ſonat. *Delictum*. Nichilominus iſtum tanto faſcinore ſic replectum occulte, & ſecreto inſtruite. *In ſpiritu lenitatis*. Non dixit, arguite vel corripite ſed. *Instruite*, & *Leniter*. Non durius, vel aſperius, ſed cum omni lenitate, modeſtia, & charitate. Quid ego erga principes fieri debet? Quanta reuerencia. Lenitate, ac cautela, in occulto monendi erunt? 1. ad Thimot, 5. *Seniorem tene in crepaueris*. No reprehendas al maior. Vocatus ad iudicium Paulus, ac rationem de ſe reddens percuti præcipitur á principe ſacerdotũ in ore eius, Mandó darle vn tapa boca. Tunc Paulus ad eũ. *Percutiat te Deus paries de albate*. Et qui aſtabant dixerunt. *Summum ſacerdotem maledicis*. Et totus cõfuſſus reſpondit. *Neſciebã fratres q ſumus ſacerdos eſſet*. Si enim hoc cognouiſſem, licet durius mecũ ageret, obmuteſcerem certe ob reuerentiam. Et hinc eſt, quod licet peccatum David publicum, ac grauiſsimum fuiſſet, Natham ad illum corripiendum miſſus, leniter, modeſte, & reuerentia, tanto principi debita loquutus eſt ei. Et ſacrilegi regis Balthaſar ſententiam duram non ſcribebat homo, nec eam vocibus manifeſtabat, ſed digiti

Mat. 18 — Gal. 6. — 1. Thi. 5. — Act. 23 — 2. Re. 12 — Dan. 5

digiti quaſi manus hominis. Que apenas ſe veyan, y como por ſeñas, y con letras que nadie las entendia. O ſumo recato. Et Iſaias intrauit ad Ezechiam ad interius cubilum, vbi ſolus iacebat. Et ad aures eius
4. Re. 20 dixit ei. *Diſpone domui tuæ, quia cras morieris.* Quomodo ergo Ioannes ipſum regem publice, & in faciē eius, aſpere, & ſine reuerentia aliqua corripiebat, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Non ergo mirum, ſi iratus rex ponat eum in vinculis.

RESpondeo ad hoc, ꝙ ſi rex, princeps vel prælatus ſimilis fuerit prędictis, Dauid, & Ezechię, timoratus (inquam) & qui vno verbo monitus in ſecreto, ſtatim cognoſcat culpam ſuam, & proſtratus dicat. *Peccaui.* Et in fontem lachrimarum prorrumpat præ dolore. Ea certe lenitate, cautela ac modeſtia, & ſecreto corripiendus eſt, vel potius monendus, & inſtruendus. Sed ſi ſuperbus obſtinatus, & proteruus ad huc in ſua ſententia manet poſt ſecretam correctionem, publice, & palam coram omnibus, & verbis durioribus arguendus eſt & coercendus. Sic diuus Thomas ſuper illud. 1. ad D. Tho.
Thimoth. 5. *Seniorem te ne increpaueris.* Dicit hoc intelligendum eſſe, quando peccata ſunt leuiora, nec exemplo ſuo nocere valeant populo, aliter enim nulla reuerencia, ac reſpectu digni ſunt. Ex quo hanc infert concluſſionem Anſelmus ſuper Anſel
hoc. Illa ergo corripienda ſunt ſecretius, quę peccantur ſecretius, quæ vero peccantur coram omnibus, arguenda ſunt coram omnibus. Hic rex publice, & cum maximo ſcandalo peccabat. Et ſemel, atq. iterum ſecreto ad monitur corrigi nolebat. Publice ergo ac dure ar-

gaudens erat. Sic Helias du
re reprehēdit regē Achab
& publice 3.Reg.21. Qui
*3.Re.21* indignatus valde eſt. Qua-
ſi ſi non liceret (dicit Am-
*Amb.* broſ. in Pſal. 37.) Reges
publicæ ac dure arguere,
quoties peccata publica
ſunt, & magna. Sic ad ty-
rānum Achab dicebat He-
*3.Re.18* lias in facie ſua. *Non ego*
*turbaui terram, ſed tu, &*
*domus patris tui.* Et ite-
rum poſt mortem Naboth
*3.Re.21* dixit ei. *In hoc loco vbi lin-*
*xerunt canes ſanguinem*
*Nabot, lambent quoq. ſan-*
*guinem tuum.* Et ad idola-
tram Ieroboam, qui publi-
ce idolis ſacrificabat ſu-
per altare, dixit proheta
quidam ſine reuerentia ali
*3.Re.13* qua. *Altare, altare, hæc*
*dicit dominus, filius naſ-*
*cetur domui David, Io-*
*ſias nomine, & immolabit*
*ſuper te ſacerdotes excel-*
*ſorum, qui nunc in te thu-*
*ra ſuccendunt, & oſſa ho-*
*minum ſuper te incendet.*
Et hoc vocibus ſic gran-
dibus, ac eleuatis dixit,
quod altare ipſum, licet la-
pideum, diuiſſum eſt, at-
q. ſciſſum in duas partes.
O bone Deus tanta auda-
tia, tantis q. vocibus loqui-
tur ad regem propheta?
Vtiq. quia Ieroboam erat,
& prius altare lapideum
ſcindetur in partes, quam
ſaxeum cor eius. Et Stepha
nus publice dicebat prin-
cipibus. *Dura ceruice, &* *Act.7.*
*in circunciſsis cordibus vos*
*ſemper ſpiritui ſanto re-*
*ſiſtitis ſicut & patres ve-*
*ſtri, ita & vos.* Quaſi dicat
de caſta os viene, ô princi-
pes, ſer rebeldes a Dios.
Et Iſaias.1. clamabat *Au-* *Iſa.1.*
*dite principes Sodomorum*
Sic loqueris ad principes?
vtiq. quia principes Sodo-
morum ſunt. Talis erat He
rodes, ideo publice, ac li-
bere arguebatur á Ioanne.
Non licet tibi, &c.

## *Nec mireris.*

QVia verus ſeruus Dei,
qui vero amore pro-
ſequitur Deum, maxi-
me cruciatur, videns
Deum

Deum offendi,& mandata eius conculcari. Lo ſiente mucho, y nolo puede ſuf-
Num.25 frir. Sic impacienter ſatis ferebat Paulus, q̃ Athenieſes cultum ſoli Deo debitum lapidibus conferrent,
Act.17 & illos dure arguebat, Act 17. *Viri Athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video.* A vozes ſe lo dezia en medio de la plaça. Videns Phinees q̃ filius quidam Iſrael intraret corã fratribus Iſrael ad ſcortum madianitidem, ſurrexit de medio multitudinis (zelo Dei compulſus) & arrepto pugione ingreſſus eſt poſt eum in lupanar,& perfodit ambos ſimul virum, & mulierem. Ecce vir iſte Dei ferre non potuit, q̃ publice ille offenderet Deum & coram oculis omnium. Et quando Helias dixit regi Achab.
3.Re.21 *In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth. Lambent quoq. ſanguinem tuum.* Reſpondit rex. *Num inueniſti me inimicum tuum.* En que te he yo agrauiado jamas? quando te fuy enemigo en algo? Et reſpondit Helias. *Inueni, eo q̃ venundatus ſis vt faceres malum in cõſpectu domini.* Et qui inimicus Dei efficitur, etiam inimicum meũ iudicabo, & inſurgam cõtra eum. Hinc Dauid dicebat Pſ.118. *Iniquos odio habui.* Ideſt peccatores todo odio proſequebar, quia inimicos Dei, Et meos etiam iudico; nec poſſum eos nos odire. Et Paulus dicebat Theſaloni. 1.Theſ.3 *Nunc viuimus, ſi quidem vos in domino ſtatis.* Ergo morimur dum non ſtatis in domino? vtiq. quia ſu peccado dellos era vna lanzada para el, ſic Ioannes zelo incenſus dicebat regi, non licet tibi.&c.

Pſ. 118.

## Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Christi.

NIl aliud loquebatur Ioannes cum diſcipulis

 lis

lis in carcere, quam de operibus Chriſti. Eſt mirabilis locus carcer, vincula, labores, & afflictiones, ad loquendum de Deo. Innuditate, fame, & afflictione ſua cogitabat prodigus, quomodo domum patris omnibus delitiis plenam deſeruerat, & qualitater redire poſſet ad eam, & quibus lachrimis veniam obtineret ab illo. Et ſponſa quæ diſceſſerat á ſponſo ſuo dicens. *Vadam poſt amatores meos, quidant mihi panem meum, linum meum, aclanam meam.* Poſtquam periculo ſuo edocta contrarium experta eſt, dixit. *Reuertar ad virum meum priorē, quia melius erat mihi tunc, magis quā nūc.* Hinc dicebat Eccleſ. 7. *Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii.* Quare? *In illa enim finis cunctorum admonetur, & viuens cogitat quid futurum ſit.* Mucho eſtudia alli vn iuſto, non ſic peccator, ſed in afflictionibus iniquior euadit. Iudas laqueo ſe ſuſpendit. Egyptii magis indurabantur in flagellis, & multi alii in ſimilem deſperationem rapiuntur, quoties flagellis curantur. Ideo Dauid dicebat. Pſal. 34. *Diſsipati ſunt, nec compuncti.* Ideſt nec contriti nec ad Deum conuerſi, Immo obſtinatiores redduntur. Si. Pſal. 9. *Contere brachium peccatoris, & maligni.* Vt ad te reuertantur, ſednichilominus. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Ideſt nulla vi confitebitur peccatū ſuum. Iuſti vero dum teruntur, dultius, ac frequentius cum deo, & de Deo loquntur. Sic Ioannes in carcere loquebatur cum diſcipulis ſuis de operibus Chriſti.

Luc. 15.

Oſæ 2.

Eccleſ. 7

Pſ. 34.

Pſ. 9.

## Cæci vident.

NVnc reſpondit legatis. Nec verbo reſpondet ſed operibus. Operibus enim

enim maxime teſtimonium debet reddere de ſe prælatus bonus. Sic Ioan. 10. dixit Chriſtus Iudeis. *Ioan. 10.* *Loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.* Quaſi dicat & ſi teſtimonium verborum non accipitis, teſtimonium autem operum minime poteſtis repellere, quia euidens teſtimonium eſt.

Sed intercetera opera hoc primum poſsuit. *Cæci vident.* Quia illuminare cæcos maius inditium eſt diuinitatis. Ideo fere ſemper opus hoc in primo loco conſtituitur in tercetera. David Pſal. 145. *Pſ. 145.* *Dominus illuminat cæcos, dominus erigit eliſos, dominus cuſtodit paruulos, &c.* Et Iſa. 35. *Iſa. 35.* *Dominus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, &c.* Et hoc quia opus illuminandi maius, ac præcipuum eſt inter omnia. Plures effectus producit ſol, ſed primus, atq. præcipuus eſt illuminare. *Simile.* Et in eo magis cognoſcitur, quam in aliis. Chriſtus ſol iuſtitiæ eſt, ac ſic in eo maxime cognoſcendus eſt, quod illuminat cæcos. Sic Ioannes. *Ioa. 1.* *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quia quantum eſt ex parte ſua omnes illuminat. Quaſi dicat, in eo maxime cognoſcetis quod lux vera ſit. Et ad hoc venit in hunc mundum, vt cecinit Zacharias Luc. 1. *Lucæ. 1.* *Viſitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent.* Et David Pſal. 33. *Pſ. 33.* *Accedite ad eum & illuminamini.* Nullum aliud beneficium accipiemus ex conſortio eius? immo & plura alia, ſed hoc præcipuũ, & eximium, & in quo magis diuinitas cog-

noſcitur. Illaminato cæco á natiuitate Ioan. 9. dixerunt Iudei. *A ſæculo non eſt auditum, ꝙ aperuerit quis oculos cæcinati, niſi eſſet hic homo á Deo, non poſſet id facere.* Vnde diſcipulis petentibus. *Quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus naceretur?* Reſpondit Chriſtus. *Nec hic peccauit, nec parentes eius. Set vt manifeſtentur opera Dei in illo.* Quæ ſunt opera Dei? cæcos illuminare. Cætera opera non ſunt Dei? vtiq. ſed hoc maxime. Ideo in primo loco ponitur. *Cæci vident.* Et nos etiam illuminet Deus, vt eum cognoſcamus, & gratiam, ac gloriam conſequamur.

Ioan. 9.

(.?.)

DE

# DE CONCEPCIO-NE VIRGINIS.

## SERMO PRIMVS.

*Liber generationis Ieſu Chriſti filij David filij Abraham. Math. 1.*

INTER cetera beneficia Eccleſiæ promiſſa magnū illud fuit ꝙ per Iſaiam. 54 prænuntiatum eſt. *Ecce ego ſternā per ordinem lapides tuos & fundabo te in ſaphiris.* Illud, ecce, attentionē maximam alicuius magni miſterii petit ſemper in ſacra ſcriptura. Sed quid mirabile nunc confert? audite. Hec ædificanda ciuitas eccleſia eſt. Cuius ſingulos lapides ad maiorem eius pulchritudinem ſedolaturum premiſsit & politurum magnum negotium certe ſed licet ſic diligenter de quolibet lapide curabit, de fundamentis maxime ſolicitior erit, vt exprętioſiſsimis margaritis fiāt. *Fundabo te in ſaphiris*. Sed quæ ſunt prima fundamenta Eccſeſię? Maria & Ieſus. Hæc ergo ex ſaphiris erūt. Saphirus duo habet propria. Primum ꝙ colorem cœli habeat. Secundū, ꝙ fortitudinem ac duritiam adamātis induat. Saphirus ergo, Ieſus & ſaphirus Maria, qui á primis fundamentis Conceptionis nullum peccatum habuerint, nec originale, nec actuale, ſed colorem cœli ac claritatē ſolis induerunt. Et fortis vt adamas fuit vterq. quos tota natura non potuit in in originale pręcipitare, nec totus iufernus in actua-

Iſa. 54.

le peccatū inducere, quod in his duobus ſolum modo inuenitur. Filius enim ex natura ſua, mater vero ex gratia filii, hoc tanto bono fruuntur. Cum ergo ſic nouum ac rarum ſit, merito dicit Iſaias. *Ecce*. Attendite ad hanc nouitatem. Vnde colore cæruleo, ſtellis ꝙ vndiq. adeſt coronata & reſperſa virgo. Aue Maria.

## *Liber generationis Ieſu Chriſti.*

HOdie celeberrimum diem agimus quo intemerata virgo abſq. originali macula fuit concepta. Dies celebratur ille, in quo fortiſsima illa catena peccati rumpitur, qua tota humana natura erat ligata. Hodie pater æternus arcam illam teſtamenti incipit fabricare, in qua virgam potentiæ ſuæ recondere decreuerat. Hodie ſupernus artifex vrnam illam ſculpit, in qua verum manna de cœlo miſſum ad animas reficiendas reſeruandum erat. Hodie ſanctiſsimus Noe fabricam incipit arcæ illius, in qua tototum genus humanum, de diluuio iræ Dei liberandum erit. Hodie ſapientiſſimus Salomon illuſtriſs imum illud tabernaculum incipit erigere, in quo duę tabulæ teſtamenti reſeruādæ ſunt, duæ ſcilicet naturæ, humana, & diuina. Hodie certiſsima ſpe corroboramur omnes, ꝙ cito deſcendet ad nos deſideratus gentibus, ſiquidem domus iam incipit parari, in qua hoſpitio recipiendus eſt. Hodiæ cœlum ad nos mittit luciferum præcurſorē ſolis, vnde ipſum ſolem iuſtitiæ cito venturum coniiciamus, qui illuminabit tenebras mortis. Dies deniq. eſt hodie, in quo plura, ac maiora beneficia nobis cōmunicātur ē cœlo, quam ipſi concipere valeamus. Liber ergo vnus neceſſarius erat, in quo illa

ad perpetuam rei memoriam ſcriberentur. Et de hoc dicitur Liber generationis Ieſu Chriſti.

## *Liber generationis.*

SI quidem de generatione, ac concepcione Virginis ſine originali peccato agimus, aliqua præmittamus neceſſaria ad pleniorem cognitionem. Et Primũ, ſitq́ peccatum duplex eſt. Originale & actuale. Actuale in ſuper duplex eſt, veniale, & mortale, peccatum mortale vocatur proprium, ſecundum Auguſti. pro vt diſtinguitur contra cõmune. Et á Cipriano. Ser. de Ieiunio, vocatur perſonale, q́ idem eſt. Primũ tollitur per baptiſmũ in re, vel in voto ſuſceptũ. Secundum vero per confeſsionem, aut per veram contritionem, ſi confeſſor abſit. Et pro cognitione originalis notandum eſt, q́ originalis iuſtitia ſecundum doctores, erat virtus quędam gratis à Deo data, qua mediante omnia in nobis ſic ordinata manebant, vt ratio immediate ſubiiceretur Deo, voluntas rationi, & ſenſualitas voluntati & rationi, & omnia bruta animalia ipſi homini. Et vinculũ in ſuper corporis cum anima in diſſolubile erat. Ecce quinq. mirabiles effectus iuſtitię originalis. Sed iuſtitia hęc originalis amiſſa eſt per peccatum primi parentis. Et per conſequens, omnes etiam prædicti effectus dextructi ſunt, vnde conuenienter dici poſſet peccatum originale eſſe, carẽtiam iuſtitię originalis, debitam in eſſe nobis, ſi illi nõ peccaſſent. Alii ſic deſcribunt illud. Peccatum originale eſt infectio quædã in anima contracta ex eius vnione ad carnem concupiſcibiliter ſeminatã. Sicut enim corpus, quod ſordida veſte induitur inquinatur ab illa, ſic anima rationalis quando corpore infecto per concupiſcentiam indui-

*Auguſ.*

*Simile.*

induitur, ab eo dicitur maculari, anima enim ex ſe nullam maculam habet. Sed eam contrahit ex coniunctione ad corpus maculatum. Vnde Auguſ. lib. 5. contra Iulianum. Anima corrumpitur in carne tanquam in vitiato vaſe. Et ſer. de verbis Apoſt. Vitiũ cõcupiſcentia eſt, quod anima non ex ſe, ſed ex carne contraxit. Et cum lege ſancitum ſit Leuit. 14. ꝙ quicumq. intraret domum leproſi efficeretur immundus, anima domum corporis leproſam ingrediens, immunda efficietur & leproſa.

*Aug.* *Leuit. 14*

SEcundo notandum eſt, ꝙ non ſolum ex coniunctione ad corpus anima originali macula labe factatur, ſed ex cõiunctione, & ex diuina voluntate id ordinante, & præcipiente. Vnde ad culpam originalem non ſufficit demeritũ primi parentis, ſed requiritur etiam decretum diuinum libere obligans filios Adę ad pænam damni pro crimine illo primi parentis. Duo ergo requiruntur ad pecatum originale. Primum ꝙ caro ſit producta per generationem coucupiſcibilem. Secundum, decretum diuinum obligans, vt ſupra diximus. Ex defectu primi Chriſtus non cõtraxit originale in Conceptione ſua, quia conceptus eſt de Eſpiritu ſancto ex Maria virgine. Si ſecundũ requiſitum deficiat, quia Deus dècretum auferat, aut ſubleuet. O lo quite ó diſpenſe con el alguna vez como lo puede hazer. Nõ contrahetur etiam macula originalis, licet generatio concupiſcibilis adſsit. Vnde in voluntate Dei ſitum eſt ꝙ talem maculam incurramus, vel non incurramus. Tota ergo vis, & dificultas dubii hodierni in eo conſiſtit, ſi Deus decretum illud ſuum pro tunc ſubleuarit, ita vt licet decretum illud generaliter omnes

omnes compræhenderet, ad contrahendum, etiam virginem iuxta legem cõmunem, ſimul tamen ab ęterno voluerit Deus eã compræhendi ſub illo, & eam ab actuali contractione liberare, quod ſi ſic fuit, virgo non contraxit originale, ſi minus, contraxit quidẽ. Circa quod doctiſsimi, ac ſantiſsimi doctores oppoſitas ex diametro habent opiniones. Anſelmus, Thomas, Bonauen. Ber. Caſiodorus Ricardus, Egidius, Romanus, & alii multi tenent virginem contraxiſſe originale.

IMmo, ex primis verbis euangelii id videtur colligi, dicitur enim liber, generationis Ieſu Chriſti filii Abraham. Et hæc cõſequẽtia videtur neceſſaria, virgo filia eſt Abrahæ ergo cõcepta in originali. Quia Gen.14. Abraham dicimas obtulit ſacerdoti Melchiſedech. Nec pro ſe tantum tunc decimatus eſt, ſed & pro omnibus deſcentibus ab illo. Nam vt dicitur ad Heb. 7. per Abraham, & ipſe leui, qui decimas accepit, decimatus eſt, ergo pro omnibus contentis in lumbis ſuis decimatus eſt, ergo & pro virgine, quæ de tribu leui deſcendit. Abrahã enim per reuelationẽ cognouit, quod Melchiſedech rex, & ſacerdos, figuram gereret Christi domini, qui mundum á peccatis erat liberaturus. Vnde offerens illi decimas pro ſe, & pro deſcendentibus ab illo, innuit ꝙ tam ipſe quã omnes deſcendentes ab ipſo peccatores eſſent, & illo medicamine indigerent, vt à pecatis liberarentur, ſi ergo virgo filia eſt Abrahę videtur ꝙ vt peccatrix decimata ſit in Abraham, &c.

[Margin: Gen. 14.] [Margin: Heb. 7.]

SEd his non obſtantibus ꝙ virgo ab originali macula fuerit præſeruata, tam dictis ſanctorum, quã figuris, ac multis ſacre ſcripturæ locis, tum etiam rationibus

Aug. nibus multis comprobari poteſt, Aug. l. de correptio ne & gratia, Cũ de peccatis agitur, nullam de matre domini volo facere quæſtioné. Et & lib. de natura & gratia, excepta virgine Maria, de qua propter honorem domini, nullã prorſus cum de pecatis agitur, hic volo quæſtionem, inde enim ſcimus, q; ei plus gratiæ collatum fuit, ad vincédum ex omni parte peccatum, quæ concipere, & parere meruit eum, qué conſtat nullũ habuiſſe peccatũ Nota illud. Omni ex parte Ideſt originale, &. Actuale
Amb. & Amb. in Pſ. 118. vt incorrupta ſit virgo Maria, &
Hiero. per gratiam ab omini labe peccati integram. Et Hiero. in Pſ. 77. *Deduxit eos in nube diei.* Dicit illam nubem eſſe virginem Mariã, & addit. Pulchre dixit. *Diei.* Quia nubes illa non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce, & Damaſc. Orat.
Damaſ. 1. de Natiuit. Virg. naturæ gratiam anteuertere auſa no eſt. No oſo naturaleza præuenir, y ganar por mano a la gratia en la virgen. Quaſi dicat, non prius naturam, quam gratiam ſuſcepit virgo. Quid clarius dici poſsit? & Anſel. lib. Anſe.
de concept. virg. decebat, vt eius conceptio de matre puriſsima fieret, quæ ea puritate niteret, qua maior ſub Deo nequeat intelligi. Et Theodore. in cant. dicit ideo columbam, & vnicã nominari, quia cherubim, ac Seraphim in puritate vincat, & ipſe met ſponſus Cant. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt, in te,* Vnde. S. Theodo.
Anſelmus dixit, non puto eſſe verum amatorem virginis, (ſi no tibio, ó fingido deuoto, y eſſe ſuele ſer peor enemigo, vt dicit Hieronim. Simulata charitas duplex iniquitas) qui renuit celebrare conceptioné virginis, Et merito quidem, quia cæteræ feſtiuitates illius ex iuſtitia celebrare cõpellimur, huius autẽ cele-

celebratio in noſtra volũta te poſita eſt. Se dexa a nueſtra corteſia. In ea ergo oſtenditur, quis veraciter diligat virginem.

ET ex multis etiam locis ſacræ ſcripturæ id apertius colligi videtur.
*Pſ.140.* Pſal. 140. *Cadent in retiaculo eius peccatores, ſingulariter ſum ego, donec tran-*
*Pſ.45.* *ſeam* Et. Pſ. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Ideſt fluenta magna gratiarum. Sed quam ciuitatẽ Dei? ipſe Dauid explicauit. *Santificauit tabernaculum ſuum altiſsimus.* Tabernaculum altiſsimi virgo ſantiſsima eſt. Hoc tabernaculum ſuum mille gratiis decorauit altiſsimus, ſed quando? *Ad iuuauit eã Deus mane diluculo.* Mane natiuitas eſt, diluculo conceptio. In mane ergo natiuitatis eius eam mille gemmis decorauit, ſed in diluculo conceptionis ſanctiſsimã, ac pulcherrimã fecit, & ab omni macu-
*Eccli.24* la liberã. Et Ec. 24. dixit ipſa virgo. *Quaſi cedrus exaltata ſum in libano.* Ideſt quaſi cedrus inter cætera ligna, ſic ſum ego inter cæteras humanas creaturas. licet enim cętera ligna á carie, & à tinea rodãtur, cedrus tamẽ nũq̃ ledi potuit ab illis, quia incoruptibilis eſt, & impenetrabilis ab eis atq. ideo prę electa fuit, vt ex ea archa fæderis cõficeretur, quę figurã gerit virginis ſanctiſsimę. Et addit & *Quaſi cipreſus in mõte ſiõ* *Hiſto.*
Cipreſus etiã nunquã á carie leditur, de la carcoma. Vnde ſtatua Iobis in capitolio poſita poſt annos ducẽtos integra, & ſana inuẽta eſt. Acideo cipreſũ eligebãt romani ad ſtatuas ſuas cõficẽdas. Ideoque eã etiã præ elegit Plato. l. de legi- *Plato.*
bus, vt in ea leges cõſcriberẽtur, ne vnquam corrũpi aut cõſumi poſſent. Et proſequitur virgo *Et quaſi platanus exaltata ſum iuxſta aquas.* Per aquas ſępius in ſcriptura pronitas, ac fragilitas ad pecãdũ exprimitur

1. Reg.

1.Reg.7 1. Reg.7. cõuerſi ad Deũ filii Iſrael ex toto corde fuderunt aquam in cõſpectu domini, & ieiunauerũt atq. dixerunt, peccauimus domino. Quid ſibi vult hæc ceremonia effundendi aquam coram domino, gementes & dicentes, peccauimus? aliqui dicunt id feciſſe, vt innuerent, radicitus ſe idolatriam deſerere, nec veſtigium eius in ſe retinere. Quocũq. enim liquore alio plenum ſit vas ſi effundatur, aliquid remanet inherens in vaſe, ſi tamen aqua plenum ſit, taliter eam à ſe totam repellit, ꝙ nec odor aduch aquę remaneat, nec veſtigium aliud, vel inditium ꝙ ibi fuerit aliquando aqua. Vnde per ceremoniam illam innuebant, ꝙ radicitus omnem á ſe idolatriam expellebant. Alii vero credunt, ꝙ per eam voluerit Samuel dicere deo, vt eum ad miſericordiam incitaret, reſpice ad debilitatem ac fragilitatem noſtram ad cadendum, & peccandum. dicit ergo beata virgo, ego quidem plantata ſum. *Iuxta aquas.* Vel iuxta peccatores, qui maxima facilitate labantur, ſed deniq plantata ſum. *Quaſi platanus.* Platanus ſecus decurſus aquarum plantatur, & in aqua naſcitur, & ex aqua creſcit, & ſuſtentatur, ſed ſic leuia habet folia. Tan raſas, y liſas, que aſsi deſpiden de ſi el agua, como ſi eſtuuieran vañadas con azeyte. Nec guttam vnam in ſe retinent. Sic virgo licet ex parentibus orta peccatoribus, & iuxta peccatores enutrita, & commorata nil tamen peccati ei ad hæſit, ſed ab omni macula eius libera extitit. Et addit. *Ego quaſi vitis frunctificaui.* Chriſtus vitis eſt fructificans, & virgo non vitis, ſed quaſi vitis fructificans. El ſin pecado original por ſu naturaleza, ella como el, por gracia, y dõ ſuyo & Ge.3 *Inimicitias ponam inter te & mulierẽ* Gen.3.

*ipſa*

*Ipſa conteret caput tuum.* Quia ſi vnã ſeduxiſti, ac in peccatũ actuale præcipitaſti, aliã ego formabo, quæ cõteret caput tuũ, quia immunis erit ab omni peccato, tã actuali, quam originali. Ideo dixit in plurali. *Inimicitias*, Et nõ, *Inimicitiã*. Multi enim alij ſancti inimicitiam habuerũt cum illo, quia ſine peccato actuali, mortali, ſcilicet fuerunt, ſed non inimicitias, quia originale nõ effugerũt. Virgo tamen inimicitias vndiq. habuit cum ſerpẽte, quia nec actuale, nec originale peccatũ incurrit. Et Dauid. Pſ. 84 *Benedixiſti domine terrã tuam.* Ideſt virginem. *Auertiſti captiuitatẽ Iacob.* Ideſt culpam originale omnes cõprehendentẽ, à virgine auertiſti, ne cõprehenderetur ab illa. Et Pſ 86. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Nõ ꝙ in vtero matris fuerit ſanctificata, quia & hoc etiam dicitur de Ioãne baptiſta, ſed ꝙ ab originali fuerit præſeruata. Et Gen 47. dicitur ꝙ tota terra ægypti facta fuit ſub tributo Pharaoni, Toda era tributaria ſuya, prẹter terram ſacerdotũ. Hanc voluit Deus ex omni parte liberam remanere. Christus ęternus ſacerdos eſt ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Terra huius ſacerdotis virgo ſanctiſſima eſt. Benedixiſti ergo terram tuam? & qua benedictione? *Auertiſti captiuitatem Iacob.* La heziſte libre del pecho comun. Et Cant. 5. *Pulchra vt luna.* Quia luna, cum ad huc plenior eſt, quaſdam etiã maculas, & deformitates retinet, ſic ex natura ſua virgo (licet multitudine gratiarum condecorata fuiſſet à Deo) hanc ſaltem maculam originalis, non effugiſſet. Tamen additur. *Electa vt ſol.* Quia ex electione Dei, ac præſeruatione, clariſsima euaſit ſicut ſol, qui nullam habet deformitatem, aut maculam. Et ſic luna ſub pedibus eius eſſe dicitur

Marginal notes: Pſ. 84. — Pſ. 86. — Gen. 47 — Can. 5.

Apo.12 dicitur. Apoc. 12. Quia totum id ꝙ maculam ſonat, ſub pedibus eius iacet, & ipſa ſuper omnem maculam eleuata eſt. Et amicta ſole dicitur. Toda claridad, y luz. Vnde ſponſus
Can.4. *Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te.* In te dicit. Quaſi dicat, in quacunq. alia pura creatura aliqua macula inuenitur, in
Luc.1. te nulla. Et Angelus. *Aue Maria gratia plena.* Ideſt vndiq. claritate reſperſa, ac pulchritudine, & ſine aliqua deformitate. Et vnde tanta plenidudo gratiæ? *Dominus tecum.* Non ex natura tua, ſed ex dono Dei, qui tecum eſt, & tantam prẹſtare decreuit, &c.

Figuras etiam plures huius veritatis inueniemus in ſacra pagin. Et ſit. Pri-
Exod.3. ma. Rubus Moyſi, nil viriditatis, ac pulchritudinis in medio ignis deperdens, quia in ea erat ipſe Deus. Figura certe ꝙ in medio ignis concupiſcentiæ carnalis propagatæ ab Adam virgo ſanctiſsima viridis, ac in tota pulchritudine, & integritate ſua permaneret ſine macula originalis, quia in ea eſt ipſe Deus prẹſeruans eam ab illa.

Secunda, ſit. In arbore illa Dan. 4. De qua audiuit rex. *Succidite arborem verũtamẽ germen radicũ eius in terra ſinite.* Ex germinibus omnibus ab ea productis, vnum tantum integrum, & illeſum ſeruari præcipitur. Iſta arbor magna Adam eſt. Germina ſunt omnes homines ab illo producti, arbor ergo & omnia eius germina ſuccidantur, vnũ tamen inter omnia ſeruetur illeſſum, virgo ſcilicet ſanctiſsima, quæ priſtinum ligni virorem retineat, neclabe aliqua fẹdetur, vt cẹteri rami. Dan. 4.

Tertia ſit ſcala Iacob, quæ cælos tangebat, cuique innixus erat dominus, principiumq. illius ma- Gen.28.

ni-

nibus tenebat. Et hoc quia extrema eius ad Petram deſcenſura erant. Finis enim eius petra debebat eſſe. Hæc ſcala virgo eſt, cuius principium ideſt conceptionẽ Deus ipſe vtraq; manu apprædendit, ei que fortiter innixus eſt, quia extrema eius petra debebat eſſe, ideſt Chriſtus dominus, merito ergo principia, quę ad talem finem ordinebantur, ab omni potentia dei amplexantur.

QVarta ſit. Exod. 14. Vbi cum filii Iſrral perueniſſent ad mare fugientes ægyptios, eleuauit Moyſes virgam ſuper mare, & diuiſit illud, & pertranſierunt filii Iſrael per medium mare ſicco pede. Et cum audaces ægyptii ingrederẽtur poſt eos, reuerſę ſunt aquæ, & operuerũt eos, quod cum vidiſſet Maria ſoror Moyſi accipiens citharam cæpit cantica intonare in laudem Dei. Sed quare tu ſola Maria hoc factum vſurpas tibi, ac tuum iudicas? quare tu prima gratias reddis pro illo? quia figura erat virginis Mariæ. Et ipſa prima cantet præſeruationem populi ſui, quæ hanc virginis præſeruationem ſigurat. Sic Can. 3. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te.* Quia ſicut liberaui filios Iſrael á curribus ægyptiorum perſequentibus eos, cum ipſi ſub vndis remanerent ſub merſi. Sic ſponſam virginem liberaui antequam veloces currus Pharaonis infernalis accederent ad eam. Et ſicut illud operatus eſt Moyſes mediante virga, & ego hoc mediante humanitate filii mei. Et ſicut deniq; illud in diluculo euenit, ante lucem Dei. Sic & præſeruatio virginis facta eſt in diluculo conceptionis, ante lucem natiuitatis, &c.

*Exo.* 14

*Cant.* 3.

NEc rationes fortiſsimę desũt ad id cõprobãdũ

Omnis enim legiſlator poteſt legẽ à ſe latam omnino irritare, vel ad libitũ ſuſpendere, ſed macula originalis incurritur lege ac decreto diuino vt ſupra diximus, ergo potuit Deus diſpenſare cũ virgine matre ſua, ne ab illo poſtea cõprehẽderetur. Licet enim decretum illud omnes cõprehenderet ab Adam producẽdos, & virginẽ etiã, ſimul tamen voluit eam ſub illo includi ad contractionem, & eam ab actuali contractione ab æterno liberari Secunda ratio, quia ex parte agentis hoc non repugnat, quia agens huius conceptionis eſt potentia patris, ſapientia filii, & voluntas ſpiritus ſancti. Vbi ergo tanta ſapiẽtia erat ac tãta potentia ad operandũ quid quid voluntas deſiderat, & ſapientia ordinat, quare opus illud non perfectiſsime complebitur? ſed nec ex parte virginis id repugnat. Immo & ratio ipſa id poſtulare videtur, quia fabricabatur virgo vt arca eſſet, & ærariũ ipſius Dei, ergo ſic factum fuiſſe credendum eſt. Tertia ratio, eo fortiſsimo argumento probabat. Auguſti. contra Iulianum, Chriſtum non habuiſſe peccatum originale. Si habuit originale, ergo & actuale etiam habuit, quia inquit, peccatum etiam maior feciſſet, ſi paruulus habuiſſet nam propterea nullus eſt homo, præter ipſum, qui peccatum non fecerit, grãdioris ętatis acceſſu, quia nullus eſt homo præter ipſum, qui peccatum non habuerit infantilis ętatis exorſu. Hæc Auguſtin. de natura & gratia. Simile ergo argumentum faciamus in fauorem virginis. Si habuit originale ergo & actuale, ſaltem veniale. Sed de fide eſt, ꝙ nullum actuale habuerit, ergo nec originale Quarta ratio ſit. Quia maiori honore proſequi debebat Deus matrem ſuam, quam cæteros Auguſ.

omnes

omnes ſanctos. Sed quoſdam eorum ſanctificauit, poſtquam nati ſunt, alios ante natiuitatem, in vtero matris iam conceptos ſub originali. Vt ego matrem honoraret ſuper omnes, eam præſeruare debuit ab originali, antequam in illud incideret. Si enim virgo cecidit in originale, ſequitur Ioannem baptiſtam maiorem illa fuiſſe. Quia inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne. Si virgo cecidit, & ſurrexit ergo vel inferior, vel ſaltim non maior Ioanne prę dicanda eſt. Item mulier prima Eua ſine originali macula concepta fuit, & formata, ergo maiori fauore eſt illuſtrata quam virgo, ſi virgo cum originali eſt cōcepta. Sed abſit, quia de virgine dictū eſt. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias tu ſuper greſſa es vniuerſas.* Quia tu plures, ac maiores gratiarum diuitias congregaſti. Sed Euā ſaltem non ſupergreſſa eſſet, niſi ab originali præſeruaretur. Immo Eua ipſam virginem ſuper grederetur diuitiis.

Pro.31.

SEd iam ad dubium in initio poſitum reſpondaamus ꝙ Abraham pro ſe, & pro omnibus deſcendentibus decimatus eſt, vt a peccato ſeluerentur. Sed pro ceteris decimatus eſt, vt à peccato ſoluerentur, poſt quam ceciderunt, pro virgine tamē, vt præſeruaretur, antequam cecidiſſet ꝙ maximum donum fuit. Et ſi Paulus etiam vniuerſaliter dixit. *Omnes in Adá peccauerunt.* Hoc intelligendum eſt, ſicut illud ipſius Pauli. *Sicut omnes in Chriſto moriuntur ſic omnes in Chriſto viuificabuntur.* Scilicet quantum ad ſufficientiam, non tamen quantum ad eficatiam. De tuuo Dios la corriente, antes q̄ atropellara a la Virgen como alos demas. *Sicut ſi inueniatur granum in botro, & audiatur, ne*

Rom. 5.

2. Cor. 15

Iſa. 65.

 *diſ-*

*diſsipes illud, quia benedictio domini eſt*. Tempeſta ſtotum iam botrum cõ umpſerat, vnum tantum granum remanſerat, ſanum, & detenta eſt, atq. impedita tempeſtas a voce illa. *Ne diſsipes illud.* Preſeruetur granum iſtud ſolum a tempeſtate. *Quia benedictio domini eſt*. Non benedicta tantũ á domino virgo, ſed ipſa benedictio eius, ipſa met gratiarum arca, vnde ab omni prorſus macula immunis, & tota pulchra atq. formoſa.

# DE CONCEPCIONE VIRGINIS.

## SERMO SECVNDVS.

*Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Math. 1.*

DAVID Pſ. 8. *Eleuata eſt magnificencia tua ſuper cœlos.* Quod pro nunc de virgine intelligo. Super quod Bernar. Mentes angelicas tranſgreditur, quid humanas? ideo ipſe met filius Dei, & virginis, totum vnum librum de laudibus eius compleuit, & deniq. dixit. *Quam pulchra es amica mea quam pulchra es, præter id quod intrinſecus latet.* Ideſt præter intrinſecas mille alias excellentias, quas ſilentio prætermitto. Sed quæ ſunt iſtæ excellentiæ altiſsimæ interiores

Pſ. 8. Bernard. Cant. 4.

riores, ad quas explicandas, tibi etiã verba deficere videtur, qui ſapientia in finita prædicaris? conceptio matris, nulla interior, ac occultior excellentia in virgine. In qua tota fere pulchritudo eius relucet. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Ad extra mille gratiarum varietatibus decoratur, ſed ad intus tota gloria eius ſupereminet. Et dicit. *Omnis gloria.* Quia illa mirabilior, ac clarior apparet, quanto ſingularior. De hac hodie dicemus. Sed ſi ipſa met ſapientia patris loquturus de illa, ſilentio potius prętermitendam duxit, quid balbutiens lingua mea dicere præſumet? Aue Ma. Pſ.44.

## *Liber generationis Ieſu Chriſti.*

LIcet in creatione mundi omnia ſupernus artifex ſic perfecta, & abſoluta produxerit, vt Moyſes dixerit. *Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Gen.1 Nichilominus opus, quod attentius, ac a curatius fecerat, homo (*Scilicet*) Sic euanuit, vt diceret Deus. *Pęnitet me feciſſe hominẽ* Gen.9. Iam q. illum aquis daluuii extirpare. Iam ſulphure de cælo emiſſo com minuere, atq. aliis ſuplitiis grauiſsimis conterere vellet, ſed miſericordia motus imaginem ſuam ſic linitã reficere decreuit. Et ne illam iterum cõfringere co geretur ob peccata duo facere inſtituit. Vnum ex parte ipſius Dei, alterum ex parte hominis. Ex parte Dei, vt illam maximo labore ſuo reficeret. Para que coſtandole tã caro, no lue go la deſpedazaſſe. Ariſ. 9. Ariſt. & hic.c.7. Quę cum labore facta ſunt, magis diligũt homines. Et Nazianz. de Paup. Amore, dicit. Facile qui pe vileſcit, quicquid facile percipitur. Lo q̃ cueſta poco facilmẽte ſe deſeſtima.

Et quia in prima formatione todo le coſto tan barato que. *Requieuit dominus ab omni opere quod patrarat.* Ad literam, ceſſauit ab opere creationis. Sed ad intentum noſtrũ. *Requieuit ab omni opere.* Que todo le dio deſcanſo. Sol, aęr, aqua, ignis. Omnia enim tunc gaudium Deo afferebant. Sed in recreatione omnia ei laborẽ atullerunt, & afflictionem, aqua ſæpius deficiebat ei. Sol calore ſuo vexauit eũ multoties, &c. Deniq. ſic laſſatus eſt, vt expleto opere, defatigatũ corpus ſuum extenderet totum in lecto crucis, vt aliquantulum refrigeraretur. Et ſol retraxit lumẽ ſuum, vt quietius dormiret. Ex parte autem hominis, voluit, q totum prorſus è contrafieret, quam in prima formatione. Ibi homo maturo conſilio factus eſt, & paulatim *Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Poſtea formauit hominem, *De limo terrę.* Deinde. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Ac deniq. *Factus eſt homo in animam viuentem.* Secundum hominem in inſtanti ex puriſsimis ſanguinibus virginis plaſmauit, & in inſtanti vir fuit perfectus, & omni rationis vſu particeps, & totam gratiam habendam ſimul accepit, ſtatim compræhenſor fuit, & opus redemptionis acceptauit. De primo Adam dixit Deus. *Pænitet me feciſſe hominem.* De ſecũdo. *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Ibi ex homine ſolo educta fuit mulier, & homo mulierẽ carne, & oſsibus induit, hic è contra, é muliere ſola educitur vir, & de carne eius veſtitur. *Fæmina circundabit virum.* Ibi factus eſt homo ad imaginem Dei. Hic Deus ipſe imaginem, ac ſimilitudinem hominis aſſumpſit. Philip. 2. *In ſimilitudinem hominũ factus*

Gen. 2. Gen. 1. Gen. 6. Mat. 17. Hier. 31. Phil. 2.

&

*& habitu inuentus vt homo*. Ibi homo ſic vecors fuit, ꝙ ſerpentem permiſſerit intrare in paradiſſum qui ſibi cuſtodiendus traditus erat, & in ſuper cum ſponſa ſua colloqui, & ꝙ illã etiã inuitaret, & deniq. expectauit, quo vſq. vinceret illam. Sed ſecundus Adam tanta cura protegit ſponſam ſuam, ꝙ non ſolum non permittat eam á diabolo vinci, & in peccatum prȩcipitari, nec ꝙ eã inuitet per ſuggeſtionem ad tentationem, (quia nullam habuit virgo, taliter vt in ipſa aliquem appetitum in ordinatum excitaret contra rationem, quia peccati fomes ab inſtãti cõceptionis omnino fuit extinctus in ea.) Sed nec cũ ea loqui permiſsit, nec in conſpectu eius ſtare in Conceptione ſua. Et hoc eſt ꝙ hodie celebramus. Liber generationis. &c.

*Liber generationis. &c.*

Hodie nititur mater Eccleſia oſtendere Conceptionem virginis immaculatam fuiſſe. Ideo á primis verbis euangelii id incipit probare dicens. *Filij David filij Abraham*. Ex quo id apertius colligemꝰ, ſi conſideraueri mus, quis fuerit Dauid. Fuit enim rex, non lege naturæ, immo cõtra omnes leges naturæ, quia minor natu erat inter ſeptem filios Iſai. Qua propter (vt tradit Phi lon Hebreus) ex tunc lege ab ipſo Dauid lata ſancitũ eſt, ꝙ regnum in filiis natu minoribꝰ ſuccederet, quia ipſe natu minor inter omnes fratres ſuos regnum ſuſceperat. Et hoc vt vſu, & opere impleri inciperet ipſe Dauid morti iam proximus diadema regis capiti Salomonis iuſsit ſuper poni, qui inter filios regis minor natu erat Quod ægreferẽtes filii maiores Adonias, & Abſalom, bellũ contra ipſum patrem excitarunt, & vi armorum

*Hiſt.*

1. *Re.* 18.

coronam, iure naturę ſibi debitam recuperare tentauerunt. Nec id permiſsit Dauid, immo iurauit ꝙ Salomon minor eam acciperet, & opere cõpleuit. Et hoc vt lex hæc in memoria hominũ ſculpta remaneret in perpetuum, ecce quanto antea tẽpore leges naturæ in auis, & pro auis virginis rũpebãtur, vt quã do in ipſa virgineas rumpi audierimus, nullã ex nouitate admirationẽ, vel dubitationem concipiamus, ſed credamus, ꝙ cõtra totam legẽ naturæ producta fuerit ſine peccato originali.

RVrſus, quis fuit Dauid? homo fuit, qui ad ſingulare certamen deſcendens cum giganti, ſuperauit eum, & amputauit caput illius, nulla habita ratione, ꝙ conſanguinitate ſibi coniunctus eſſet, & intra quartum gradum conſanguinitatis. Quod forte facile patebit, ſi ſcripturas ac hiſtorias ſcrutemur. — 1. Re. 17

Quia ex cap. 1. Rut. conſtat, ꝙ Elimelech & Noemi vxor eius, cum duobus filiis ſuis ex ciuitate Betleem (in qua natus fuit Dauid, ac ideo ciuitas Dauid appellatur) fame valida compulſi ſunt in regionẽ moabitidem peregrinari. — Rut. 1.
Vbi duo filii eius duas ſorores acceperant in vxores, Ruth, & Orpha. Vt tradit Philo. lib. de Biblicis antiquitatibus, & refert Salazar lib. de Genealogia Christi. Super illud *Booz autẽ genuit Obet ex Ruth.* — Philo.
Mortuo autem ibi Elimelech patre, & duobus filiis Noemi mater eorum cum altera nuru Ruth, regreſſa eſt in ciuitatem ſuam Betleem. Quæ Ruth, (vt dicitur Rut. 4.) deſponſata eſt Booz, & habuit filiũ Obet. *Obeth autem genuit Geſe. Geſe autem genuit Dauid Regem.* Vt dicitur. Math. 1. Ecce Dauid pronepos fuit ipſius Ruth. Altera autem nurus Noemi ſoror Ruth, nomine Orpha — Rut. 4. — Mat. 1

quæ

quæ remanſerat in patria ſua moabitide. Nupſit viro Paleſtino ſtirpis nachim, cuius pronepos fuit Goliat ille Getheus, quem interfecit Dauid, vt refert Philo vbi ſupra. Liquido ergo conſtat, ꝙ Dauid & Goliath pronepotes fuerunt duarum ſororum Ruth, & Orpha. Ac per conſequens conſaguinei intra quartum gradum. Eran primos terceros, biſnietos de dos hermanas. Nichilo minus tamen alter in alterum in ſurrexit, & occidit illum. Ecce ſanguis ſanguinem, ac conſanguineus conſanguineum infeſtauit. Quod ſemper ab horruit natura. Sed videamus oportet leges naturæ in pro auis virginis conculcatas, ne miremur ſi in ipſius conceptione eas conculcari viderimus.

Hiſto.

(.?.)

*Abraham genuit Iſac.*

QVis & hic leges naturæ dilaceratas non videat? Ecce ex centanario, ac vetuſto patre, & ex ſterili, ac vetuſta matre genitus fuit Iſac. Vnde cum audirent ab Angelo. Geneſ. 17. *Ex Sarra dabo tibi filium, cui bene dicturus ſum.* Riſsit Abraham in corde ſuo dicens, putas ne cẽtenario naſcetur filius, & Sarra non agenaria pariet? & iterum Geneſ. 18. Cum audiret Sarra Angelum dicentem viro ſuo. *Habebit filium Sarra vxor tua.* Riſsit occulte dicens. *Poſtquam cõſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo?* Et dixit Angelus ad Abraham. *Quare Sarra riſsit dicens, num paritura ſum anus? nunquid Deo quidquam eſt dificile?* Quaſi dicat, nonne facile eſt apud Deũ hæc omnia naturæ vincula rumpere inualidũ ne erit brachiũ domini cõtra vires naturæ? rumpantur

Gen. 17

Gen. 18.

ergo

ergo in patribus virginis, & generet centenarius, cõcipiat q. ſterilis, vt pateat non deficile eſſe, ꝙ in filia eorum virgine Maria etiã dilacerentur, ac contra totũ naturæ curſum ſine originali concipiatur, ac virgo poſtea concipiat, & pariat, ſine detrimento virginitatis.

## *Iſac autem genuit Jacob.*

ETiã Iſach genuit Eſau, & fuit natu maior, vnde potius debuit eum in genealogia hac dinumerare euangeliſta. Sed minorem potius in hac genealogia ſucceſſorum regni recenſuit, vt pateat, hic etiã leges naturæ rumpi, cum non maior, ſed minor acci piat hæreditatem regni, & primogenituram, contra leges naturæ.

## *Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar,*

SEd & hic leges naturæ conculcantur. Quia Zaram maior natu erat, & Phares minor, ac iſte accepit primogenituram. Et quid hæc omnia nobis annuunt? cũ naturę leges toties in proauis virginis dilaceratas fuiſſe proponitur nobis? vt certe quando in ipſa virgine eas rumpi audiamus, non miremur, nec incredibile appareat, ꝙ integra pariat, & integra in perpetuum virgo & mater ſeruetur, contra omnes leges naturæ. Valeat ergo lex illa communis. *In peccatis cõcepit me mater mea.* Pſal. 50. Quia virgo ſine pecato cõcepta eſt. Sic Zach. 4. *Quis tu mons magne coram Zorobabel?* Mons magnus peccatũ originale eſt, vel diabolus ipſe, per Zorobebel Chriſtum dominum pro nunc intelligo, qui filius eſt Zorobabel. Quaſi dicat, Zacharias. O diabole, vel ó peccatũ originale, quid tu poteris contra Chriſtũ? qua-

*Pſ. 50.*

*Zach. 4*

qualiter voluntati eius tu reſiſtere poteris? qua via ipedire valebis, ne filius Zorobabel matrem ſuam ab omni originalis macula indemnem producat? ex primo peccato duo mala emanarunt nobis, mors, & peccatum originale. Sic Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum introiuit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit.* Hæc duo conculcare debuit filius Zorobabel Chriſtus dominus, ideo mortẽ propria morte dextruxit. Et eam iam deuictam irridebat Paulus. *Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt ſtimulus tuus?* Et peccatum inſuper originale vicit in virgine matre ſua. Et illud illudit Zacharias. *Quid tibi mons magne coram Zorobabel.* Montem magnum appellat originale, quia omnes filios Adæ ſubiugauerat. Hodie tamen ipſum ſubiugatum irridet tota fidelium Eccleſia, ideo ad celebrandam hanc immaculatam conceptionem hoc euangelio vtitur, in quo naturę leges paſsim conculcãtur in antecesſoribus virginis.

Rom. 5.

1. Cor. 15

## *Salomon autem genuit Roboam.*

VAlde mirum aparet, ꝙ ad tantam puritatem virginis comprobandam, ex tot pecatoribus exortã enarret euangeliſta. *Nunquid colligunt de ſpinis vbas?* Sed nec hoc mirabile ſit. Quia ebur ex elephãti naſcitur, licet elephas ſit annimal disforme valde, ita vt quoties ad fontem bibiturus accedat, prius aquam ex turbet, ne deformitatem ſuam in ea coſpicere cogatur. Nec flumina diu audet tranſire, ſed noctem expectat, ne à ſe ipſo terreatur. Nihilominus ebur ex illo productum tota pulchritudine enitet. Item omnes fontes

Simile.

naſ

naſcuntur ex mari amariſſimo, & tamen clariſſimam, ac dulciſsimã, aquã emittunt. Quia aqua maris per viſcera terrę diſcurrens, amaritudinem ſuam deperdit totam, y colada por la tierra, in fonte iam dulciſsima inuenitur. Si ergo aqua per viſcera terræ producta ex amara efficitur dulciſsima, quare id non afirmabimus de virgine Dei matre, licet ex parentibus amaris originetur? quare ab omni labe immunis non euadet, cuius conceptio per manus ſpiritus ſancti tranſiit, licet exparẽtibus peccatoribus producta fuerit? nõ dubito certe, quin ſic contigerit.

ET certe ſi aliter fieret, in maximam confuſſionem virginis verteretur, quoties ſe originali macula fædatam fuiſſe conſideraret. Poſtquam Abimelech dimiſsit Sarram, & reddidit viro ſuo Abraham, á quo eam, tanquam ſororem eius acceperat, dixit illi *Quocunq. perrexeris, memento te depræhẽſam Hoc erit tibi in velamen oculorum*. Quoties enim recordata fueris huius compræhenſionis, non poteris non erubeſcere, & maxime in conſpectu eorum, qui hoc non ignorant. Et præ confuſsione, & rubore manibus ipſis operies vultum tuum. Quãto maiori confuſsioni eſſet virgini recordari ſe á principe tenebrarum fuiſſe aliquando depræhenſam? Nec tantam confuſſionem permitteret eipiiſſimus filius eius, qui eam nimio amore proſequebatur, & poterat eam ab illo opprobrio liberare, ideo meo videri dicendũeſt, ꝙ virgo nec ad huc per inſtans comprehenſa fuerit in originali, & ſub principe tenebrarum detẽta in captiuitate Hinc David. *Sanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate*. Ad literam loquitur de cælo, quia præceſsit. *Replebimur in*

Gen. 20.

Pſ 64.

*in bonis domus tuæ.* Et ſequitur. *Sãctũ aſt tẽplũ tuũ* Scilicet, hęc domus tua tot bonis referta. *Mirabile in æquitate.* Ideſt, in adæquatione meriti ad pręmium, quæ ibi ſatis attenditur. Sic
Zach. 4 Zacha. 4. *Exequabit gratiam gratiæ eius.* Gratiam vocat hic donum gloriæ, quod reſpondit gratię. Sed ſpiritualiter de virgine hoc intelligitur. Quaſi dicat, hoc templum tuum, virgo ſanctiſsima, in omnibus mirabile apparet, ſed maxime in æquitate. En lo que es igualdades. Quare? quia nullum ei æquale inuenitur. Illud enim pręcipue dicitur mirabile, & admirationem faciens, ꝙ ęquale, & ſimile nõ habet. Nec aliud ęquale deficeret, niſi virgo ab originali liberaretur. Virginitas enim in multis viſſa eſt, maternitas etiam, oratio profundiſsima, humilitas maxima ſanctificatio in vtero matris, & ſimilia iam ſæpius viſſa ſunt in aliis ſanctis, ideo nec hoc in admirationem rapit, nec mirabile valde dicitur, vt ergo templũ hoc mirabile ſit in æquitate, aliquid ei concedere debemus, ꝙ in alia pura creatura non inueniatur. Nec aliud aſſignare valebimus, niſi ꝙ ſine culpa originali concepta fuerit. Exod. 28. Exod. 28
Pręcepit Deus, ꝙ veſtis ſummi ſacerdotis ex cocco bis tincto conficeretur. De grana dos vezes teñida, vna en lana otra en jerga. vt ſic perfectiſsimum colorem reciperet. Hæc veſtis ſummi ſacerdotis Chriſti virgo ſantiſsima eſt. Fuit ergo hęc veſtis ex cocco bis tincto Semel tincta fuit virgo in conceptione. Et ſecundo in incarnatione. Ibi ipræſeruata fuit ab originali. Et hic mille aliis donis, ac gratiis condecorata. Hinc eſt ꝙ bis ſponſus dixerit de ea.
*Vna eſt columba mea, vna eſt.* Bis dicitur vna, quia ſola in nitore conceptionis, & ſola in perfectio- Cant. 6.

ne vitæ. Sola in preſeruatione ab originali, & ſola ſine peccato actuali inter puras criaturas. Hoc ergo omnes vno ore in honorem virginis confiteamur. Y pues la Yglesia lo à dexado haſta aora à nueſtra corteſia, no quiero yo negarlo ala Virgen madre del meſmo Dios. Ideo ego ſaltim, quaſi tuba exaltabo vocem meam, & dicam cum ſponſo ipſo. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Nec macula peccati actualis, nec macula originalis. Ego miſſer vtra que macula fædatus inuenior, tu qui vtraq. cares, à meis me mundari feſtines, vt tecum in æterna beatitudine dulciſsimo filio fruar, qui cum patre, & ſpiritu ſancto regnat in ſæcula ſæculorum.

Amen.

(.?.)

D E

# DE CONCEPCIO-
# NE VIRGINIS.

## SERMO TERTIVS.

### *Liber generationis Jeſu Chriſti filij Dauid. Math. 1.*

ACutiſsimas poeta Heſiodus fingit, quandam fuiſſe mulierem nomine, Pandora, cui quilibet Deorum maius donum conceſsit, quod ipſe præſtare poterat, Pallas ſapientiam, venus pulchritudinem, eloquentiã Mercurius, muſicam Apollo, Mars fortitudinem, &c. Quibus mulier ornata ex. pectaculum, ac admiratio totius mundi erat. Sed minus longe eſt quod Poeta fingere nouit quam ꝙ vere & realiter, in beata virgine noſtra verus Deus poſuit. Nec enim intellectus id concipere valet. Sed qualiter lingua exprimere valebit? ad agendum ergo hodie de mirabilibus eius, patrocinium eiuſdem petamus. *Fabula.*

### *Liber generationis.*

CAnt. 3. Dixit ſpiritus ſanctus. *Lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrrael vniuſcuiuſq. enſis ſuper fæmur ſuum, propter timores nocturnos.* Lectulus Salomonis noſtri Chri domini virgo ſanctiſsima eſt. Illam abiunt ſexeginta fortiſsimi armari, ideſt omnipotens brachiũ Dei. *Propter timores nocturnos.* Nõ dixit, propter diurnos, ſed nocturnos. Natiuitas enim *Cant. 3.*

dies appellatur in ſcriptura, conceptio autem nox. Sic Iob. 3. *Pereat dies in-*
Iob. 3. *qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo.* Vnde. *Propter ti mores nocturnos.* 1. Propter pecata conceptionis cõ grue intelligemus pro ſũc. peccatum inquam originale, & propter hos timores nocturnos fortiſsimũ brachium Dei ſuper omnia fortia, ambiebat virginem tempore cõceptionis ſuæ, ne peccatum originale cõ traheret, ſicut cæteri filii Adam. Ipſa enim ab hac lege cõmuni prȩſeruata fuit. vnde ipſa gloriabatur dicens.
Pro. 8. *Dominus poſſeditme ab initio viarum ſuarum.* Pro cuius plena cognitione illud notare oportet ꝙ afirmant iuris periti, aliud eſſe poſſeſsionem alicuius rei habere, & aliud ius, & proprietatem illius
Simile. tenere, poteſt enim aliquis poſſeſsionem habere primogeniturȩ, & litigare pro proprietate obtinenda, & deniq. amittere illam. Et pallium quod a te furatus eſt latro, ſemper tuum eſt quantum ad proprietatem ſed illius eſt quantum ad poſſeſsionem. Sic qui præ deſtinati ſunt á Deo ad æternam beatitudinẽ, ſi cõtingat mortali aliqua culpa involui, diaboli certe ſunt, quantum ad poſſeſsionem, & Dei ſunt quantum ad proprietatem. Vnde bene interſe compatiuntur hæc duo, quod alter alicuius rei poſſeſsionẽ habeat, & alter proprietatem eius retineat. Ex quo patet, quid virgo voluerit dicere. *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum.* Ideſt ab æterno poſſeſsionem hubuit de me Deus. Illos videtur arguere qui eam originali macula con ceptam cogitauerũt. Quia tunc licet Deus proprietatem retineret erga virginem, quantum autem ad poſſeſsionẽ procul dubio diaboli eſſet virgo. Hoc præter ꝙ quod terreat au-

resfideles, negat ipſa virgo dicens. *Ab initio poſſedit me.* Quaſi dicat, nullactenus credatis ab alio me poſſeſſore præuentam. Quæ verba cum eccleſia cantet de virgine, procul dubio ſentire videtur, ꝙ ſi ne originali cõcepta fuerit. Nec mirum, cũ ad hoc ſexaginta fortiſſimi ambierint eã tempore cõceptionis, ideſt tota omnipotẽtia Dei, quę fecit omnia quæ voluit in cęlo, & in tera. Acideo hãc immaculatã conceptionẽ celebramus Liber. &c.

## *Liber ganerationis Ieſu Chriſti.*

IDeſt Liber humanitatis eius, liber humilitatis Dei in quo declaratur quãtũ ſe humiliauerit ipſe Deus. *Exinanuit ſemetipſũ formã ſerui accipiens, & habitu inuentus vt homo* Ad Philip. 2. Quaſi dicat, nulla forte alia via poſſet magis humiliare ſeipſum, quã

*Philip. 2*

accipiens formam ſerui. Et diuina ex cogitatio fuit tantum humiliari, vt omnium hominum corda, atq. voluntates ad ſe traheret, quæ prius accedere ad illum renuebant prætimore, maieſtas enim pura, ac ſola terret. Ideo dicebat populus ad Moyſem. *Loquere tu nobis, ne loquatur nobis dominus ne forte moriamur.* Et regina Eſther vides maieſtatẽ regis Aſſueri, corruit in terram, nec ſuper pedes ſuos ſtare potuit prętimore. Et humilitas etiam ſola & pura cõtemnitur. Vnde Michol irridebat Dauidem ludentẽ coram arca domini, & deſpexit in corde ſuo dicens. *Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi nudetur vnus de ſcurris.* Et Auguſtinus monet prælatis nimiam exteriorem humilitatem vitare, ne (inquit) dum nimium ſeruatur humilitas, regendi

*Exo. 20.* *Eſter 15* *Reg. 6.* *Aug.*

gendi frangatur authoritas. Sed ſi maieſtas cum humilitate iungatur, omnium voluntates ad ſe trahent. Petebat ſponſa. *Oſculetur me oſculo oris ſui quia meliora ſũt vbera ei⁹ vino*. Hic petit ſponſa incarnationem, & humiliationem ſponſi ſui. Et vbera illius laudat. Immo ignominiæ tribuendum videtur, & non laudi, ꝙ vir vbera habeat, hoc enim fæminarum eſt. Sed dicit Auguſt 4. de Ciuit. Dei, cap. 11. Romani Deum naturę (quem vocabant rumino) de pingebant vberibus vndiq. circundatum, & plenum, à quorum quolibet animal vnum pendebat. Quo innuebant, Deũ, qui omnia creauit, teneri omnibus cibaria tribuere, ac de omnibus curam agere. Sed melius dicemus id innuere, ꝙ Deus creaturas ſuas non vt dominus, ſed vt tenera mater & nutriat, & paſcat, & protegat. Ideo mos erat Perſis, vt nouiter electis regibus vas lacte plenum ſtatim daretur, innuẽtes, ꝙ non iam vt rex ſed vt pia mater ſubditorum vtilitatem curare deberet. Cum ergo ſponſa petat incarnationem ſponſi, & vbera eius laudet, ea benignitate præditum venire petit, qua vt mater filios ſuos nutriat, conſeruet, & protegat. Si enim in mageſtate ſola veniſſet, forte fugiſſent ab eo. Sed humilis, ac pius apparens in illa maieſtate omnia ad ſe attractarum non dubitabat. Vnde ipſe dicebat *Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia trabam ad me ipſum*. Ioan. 12. quia in cruce poſitus titulus etiam maieſtatis habebit. *Ieſus nazarenus rex Iudeorum*. Et ibi etiã ſupra modum humiliauit ſe, vt dixit Pau. Philip. 2. *Humiliauit ſemet ipſum factus obediens vſq. ad mortem mortem autem crucis*.. Maieſtas ergo tanta, & tam humiliata omnia trahet ad ſi ipſam. Ideo addidit.

Cant. 1. Aug. Hiſto. Ioan. 12. Phil. 2.

au' *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiũ terreſtriũ, & infernorum.* Rindaſele todo. Ideoq. ſponſa Eccleſia talem petebat redemptorem ſuũ.
Iſa. 16. *Emitte agnum domine dominatorem terræ.* Nec agnus tantum veniat, ne ſpernatur. Nec dominator ſolum, ne terreat, ſed agnus dominator accedat, maieſtas (inquam) humiliata, & ſic toto dominabitur orbe, ac deniq. talis apparere dignatus eſt. Vnde licet prius dixiſſet propheta. *Generationem eius quis enarrabit?* Loquens de maieſtate accelſitudine eius. Iã nunc euangeliſta generationem eius humiliati incipit enarrare. *Liber generationis Ieſu Chriſti.*

## *Filij Dauid, filij Abraham.*

NOtate obſecro quibus iam glorietur cognomentis, qui prius dixerat. *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile.* Et ad Moyſem petentem ab eo. *Si dixerint mihi filij Iſrael, quod eſt nomen eius qui miſsit te? quid dicam eis? hæc dices eis. Deus Abrahã Deus Iſach, Deus Iacob miſsit me ad vos.* Exo. 4. Et addidit. *Hoc nomẽ eſt mihi in æternũ, & hoc memoriale meũ in generatione et generationẽ.* Ecce iá ſimilia cognomina accepit pro gloria, atq. memoriali æterno. Quibus cognomentis ſatis certe oſtendit quanto ardore homines diligat, & ꝙ indiſſolubili dilectionis, ac fidei vinculo eis ſocietur, & in hæreat. Mos erat apud Hebreos, ꝙ vxor ab ipſa die deſponſationis cognomen viri vſurpabat. Sic mulieres illæ ſanctę quę venerãt ad ſepulchrum cũ aromatibus appellãtur, Maria Iacobi, Maria Cleophę, & Maria Salome. Quo innuitur tãto amorie ex tunc illas ad hęrere viris ſuis, ac ſi vna ſola perſona eſſent, vnum cor, ac vna volun- Exod. 4. Mar. 16

tas. Ideoq. vno ſolo non ine vtebantur. Diſponſari dignatus eſt Deus humanitati noſtræ, & in diſſolubile vinculo ei cõiungi, quod promiſſerat per Oſeam. 2. *Deſponſabo te mibi in ſempiternum.* Et hanc in diſſolubilem coniunctionẽ oſtẽdere volens, cognomina ſponſæ ſuę vſurpauit ſibi, eiſq cognominari gloriabatur. Deus Abrahã, Deus Iſach. In lege veteri ſponſa cognomen ſponſi accipiebat, in lege noua fit é contra, quia ſponſus cognomen ſponſę induit, quia ei inæternum ſociatur, & cõiungitur. *Filij Dauid, filij Abraham. &c.*

Oze. 2.

## *Filij Dauid filij Abraham.*

QVare prius filius Dauid nuncupatur, quã filius Abrahæ? quia Dauid peccator fuit, & Abraham iuſtus. Et licet omnes homines diligat Deus homo, maiori tamen dilectionis vi rapi videtur erga peccatores. Nec mirum quia nõ venit vocare iuſtos, ſed peccatores. *Nec opus eſt valentibus medico, ſed male habentibus.* Et 1. ad Timot. 1. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quia dominus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.* Tolle morbos nulla cauſa eſt medicinę. Auguſ. ſer. 9. thom. de verbis Apoſt. Immo ſecundum. S. Thom. ſi homo non peccaſſet, Deus non deſcendiſſet factus homo. *Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat domus Iſrael.* Hinc eſt. quod maioribus longe fauoribus pro ſequtus fuerit ſæpius peccatores, in tantum ꝙ iam exprobrabãt ei dicentes. *Hic peccatores recipit.* No tiene trato ni conuerſacion, ni amiſtad tan eſtrecha al parecer con otros. Et Pſ. 101. *Qui laudabant me, aduerſum me iurabant, quia cinerem tanquam panem*

Mat. 9.

1. Tim. 1.

Luc. 9.

Luc. 15.

Pſ. 101.

Greg. ir. *nem manducabā.* Gregor. Per cineres intellexit peccatores, & hoc de Chriſto intelligit. Et merito per cineres intelligūtur peccatores, qui licet ignē dilectionis habuerint, illum tamē amiſſerunt, & in cineres redacti ſunt. Cineres ergo hos tanquam panes manducabam. Era mi comida mas guſtoſa, y ſabroſa. Ideoq. *Qui laudabant me aduerſum me iurabant.* Mis mas amigos murmuraban de mi, ſe ſentian, de ver que les hazia mas amiſtad q̄ a ellos. In morte ſua virginem matrem cōmēdauit Chriſtus Ioanni, viro optimo, o magna gratia, fateor quidem, ſed longe maior cōceſſa fuit tunc latroni, cui ſanctiſsimā humanitatem ſuam in æternum adidit ſotiam. Et in reſurrectione prius apparuit Magdalenæ, & ſecundo Petro, qui inter diſcipulos maximi peccatores fuerāt, & deniq. in libro genealogiæ ipſius Dei primum locum conceſſit peccatori Dauid, quam iuſto Abraham. *Filii Dauid filii Abraham. &c.*

## *Filij Dauid filij Abraham.*

ORdo præpoſterus inquid Hieronimus, ſed neceſſario commutatus. Præpoſterus, quia prior fuit Abraham, & prius facta eſt ipſi de Chriſto repromiſsio. Sed quare neceſſario commutatus? vt innuat ſpiritus ſanctus, q̄ id eo q̄ habuit Chriſtus ex Dauid, præferendus erat ad id, quod habuit ex Abraham. Et clari⁹, innuit certe q̄ dignitas ſacerdotalis, quam ex Dauid vncto habuit Chriſtus prẹferenda deinceps erat dignitati regiæ, quam ex Abrahā adeptus eſt. Quod ante natiuitatē Chriſti erat ē contra, quia dignitas regia prẹponebatur ſacerdotali, & ſupprema erat, & ſacerdos tūc inferior erat, & regi ſubiect⁹

Licet enim multo antea mos hic viguiſſet, vt vtraq. dignitas in eodem ſubiecto collocaretur, vt ſic per omnia oſtenderetur ęqualis, ſic Plato eruditionis gratia profectus in ægyptum (vt dicit Ambro.ſer.18. in Pſal. 118.) Satis approbabat legem illam, quam inuenit apud eos, apud quos (inquit lib. 16. de Regno) non licet regem abſq. ſacerdotio regnare, quinimo ſi ex alio genere quiſpiam regnum vſurpet, cogitur ſtatim ſacris initiari, vt rex ſit, & ſacerdos. Immo & Gen.14. Melchiſedech rex Salem ſacerdos erat altiſsimi. Et S. Thom. epiſt.ad Heb.c. 7.lect.1. dicit. Que andaua anexa la vna dignidad a la otra, y q̃ el que heredaua el reyno, heredaua tambien el ſacerdotio. Quod ſic etiã apud Romanos, & Grecos ſeruatum fuiſſe afirmat Roſinus.l. 3. de antiq. Rom. cap. 5. Sed iam ex tyrannide ſacerdos inferior erat regi. Sic Aaron obediebat Moyſi & Abiathar Salomoni. Ex quo id intelligemus, quod dicitur. 3. Regum.2. ꝙ Salomon eiecit Abiathar, vt non eſſet ſacercos domini. Lo degrado, lo depuſo, y lo priuo dela dignidad ſacerdotal. Quod niſi a ſuperiori, fieri non poterat. Hinc eſt etiã ꝙ rex Dauid poſt commiſſum peccatum, vertit ſe ad Deum dicens, *Tibi ſoli peccaui*. Quia in terra eo nullus maior erat, ad quẽ recurrere poſſet, aut deberet. Sed poſt Chriſtum natum hoc iam commutatum eſt. Voluit enim Chriſtus, ꝙ ſacerdotalis dignitas pręcederet regiam dignitatẽ, hæc q̃ ſubiectaſſet illi. Sic Dauid Pſal.91. *Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meũ*. Secundum Hieronimum. Chriſtus hic vocatur cornu meum, ac fortitudo mea. Quaſi dicat, quantũ vnicornis potentia cætera animalia antecedit tantũ Chriſtus dominus cęteras hu-

Hiſt.

3. Re.2.

Pſ. 50.

Pſ.91.

humanas, atq. aereas poteſtates, vel dicamus. Cornu meum, ideſt regnum meum ſpirituale, & vn- *Orig.* ctionis. *S*ic explicant Origenes, & Theophilactus illud Zachariæ erexit cornu ſalutis nobis, ideſt exaltauit regnum & poteſtatem ſpiritualem. Et quantum exaltauit ſuper cæteras? *Sicut vnicornis.* Et lon- *Gregor.* gius id ponderauit Gregorius dicens, tanto eſt ſuperius regno ſacerdotium, quanto eſt inter ſpiritum, & carnem interualum. Et hinc eſt ꝙ ſacra ſcriptura longe aliter poſt incarnationē loquatur de his dignitatibus. In veteri enim lege fere ſemper ꝙ de his loquebatur, regnum faciebat ſubſtantiuum, & ſacerdotium adiectiuum eius, quaſi ꝙ regnum ſubſtentaret ſacerdotium, & ſubſtantia *Exo.19.* eius eſſet, præcipuum, & dignius. Exo.19. *Mea eſt omnis terrra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale.* Sed nunc ē contra-ſit, quia regnum vt adiectiuum, & ſacerdotium, vt ſubſtantiuum eius aſsignat & quaſi illud ſubſtentans vt principalius. 1. Pet. 2. 1. Pet. 2 *Vos autem genus electum regale ſacerdotium.* Non iam amplius. *Regnum ſacerdotale.* Sed. *Sacerdotiū regale dicendum eſt.* Quia deinceps dignitas ſacerdotalis primum locum obtinebit. Vnde Martinus inuitatus ad menſam imperatoris, cum primus ipſe bi- *Hiſto.* biſſet, calicem primo dedit ſacerdoti ſuo, vt biberet, & poſtea imperatori, vt refert Seuerus in vita S. Martini. Nullum (inquit) exiſtimans digniorem, qui poſt ſe biberet: nec integrum ſibi fore ſi aut regē ipſum ſacerdoti prætuliſ- *Ignat.* ſet. Et S. Ignatius epiſt. 11. ad Smyrnos dicit, honorādum omnium authorem, & dominum epiſcopum imaginem Dei ferentem, & honorare oportet regē. Ecce in primo loco honorandum docet Deum,

Licet enim multo antea mos hic viguiſſet, vt vtraq. dignitas in eodem ſubiecto collocaretur, vt ſic per omnia oſtenderetur ęqualis, ſic Plato eruditionis gratia profectus in ægyptum (vt dicit Ambro.ſer.18. in Pſal. 118.) Satis approbabat legem illam, quam inuenit apud eos, apud quos (inquit lib. 16. de Regno) non licet regem abſq. ſacerdotio regnare, quinimo ſi ex alio genere quiſpiam regnum vſurpet, cogitur ſtatim ſacris initiari, vt rex ſit, & ſacerdos. Immo & Gen. 14. Melchiſedech rex Salem ſacerdos erat altiſsimi. Et S. Thom. epiſt.ad Heb.c. 7.lect.1. dicit. Que andaua anexa la vna dignidad a la otra, y q̃ el que heredaua el reyno, heredaua tambien el ſacerdotio. Quod ſic etiã apud Romanos, & Grecos ſeruatum fuiſſe afirmat Roſinus.l. 3. de antiq. Rom. cap. 5. Sed iam ex tyrannide ſacerdos inferior erat regi. Sic Aaron obediebat Moyſi & Abiathar Salomoni. Ex quo id intelligemus, quod dicitur. 3. Regum.2. ꝙ Salomon eiecit Abiathar, vt non eſſet ſacercos domini. Lo degrado, lo depuſo, y lo priuo dela dignidad ſacerdotal. Quod niſi a ſuperiori, fieri non poterat. Hinc eſt etiã ꝙ rex Dauid poſt commiſſum peccatum, vertit ſe ad Deum dicens, *Tibi ſoli peccaui.* Quia in terra eo nullus maior erat, ad quẽ recurrere poſſet, aut deberet. Sed poſt Chriſtum natum hoc iam commutatum eſt. Voluit enim Chriſtus, ꝙ ſacerdotalis dignitas pręcederet regiam dignitatẽ, hæc q̃ ſubiectaſſet illi. Sic Dauid Pſal.91. *Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meũ.* Secundum Hieronimum. Chriſtus hic vocatur cornu meum, ac fortitudo mea. Quaſi dicat, quantũ vnicornis potentia cætera animalia antecedit tantũ Chriſtus dominus cęteras hu-

Hiſt.

3. Re.2.

Pſ. 50.

Pſ.91.

humanas, atq. aereas poteſtates, vel dicamus. Cornu meum, ideſt regnum meum ſpirituale, & vn-
Orig. ctionis. Sic explicant Origenes, & Theophilactus illud Zachariæ erexit cornu ſalutis nobis, ideſt exaltauit regnum & poteſtatem ſpiritualem. Et quantum exaltauit ſuper cæteras? *Sicut vnicornis*. Et lon
Gregor. gius id ponderauit Gregorius dicens, tanto eſt ſuperius regno ſacerdotium, quanto eſt inter ſpiritum, & carnem interualum. Et hinc eſt ꝙ ſacra ſcriptura longe aliter poſt incarnationẽ loquatur de his dignitatibus. In veteri enim lege fere ſemper ꝙ de his loquebatur, regnum faciebat ſubſtantiuum, & ſacerdotium adiectiuum eius, quaſi ꝙ regnum ſubſtentaret ſacerdotium, & ſubſtantia
Exo. 19. eius eſſet, præcipuum, & dignius. Exo. 19. *Mea eſt omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale*. Sed nunc é contra-fit, quia regnum vt adiectiuum, & ſacerdotium, vt ſubſtantiuum eius aſsignat & quaſi illud ſubſtentans vt principalius. 1. Pet. 2. 1. Pet. 2.
*Vos autem genus electum regale ſacerdotium*. Non iam amplius. *Regnum ſacerdotale*. Sed. *Sacerdotiũ regale dicendum eſt*. Quia deinceps dignitas ſacerdotalis primum locum obtinebit. Vnde Martinus inuitatus ad menſam imperatoris, cum primus ipſe bi- Hiſto.
biſſet, calicem primo dedit ſacerdoti ſuo, vt biberet, & poſtea imperatori, vt refert Seuerus in vita S. Martini. Nullum (inquit) exiſtimans digniorem, qui poſt ſe biberet: nec integrum ſibi fore ſi aut regẽ ipſum ſacerdoti prætuliſ- Ignat.
ſet. Et S. Ignatius epiſt. 11. ad Smyrnos dicit, honorãdum omnium authorem, & dominum epiſcopum imaginem Dei ferentem, & honorare oportet regẽ. Ecce in primo loco honorandum docet Deum,

in ſecundo ſacerdotem, & in tertio regem tanquam inferiorem. Et Chriſoſt. *Chriſoſt* hom. 5 in cap. 6. Iſaiæ dicit ſacerdotium principatus eſt ipſo etiam regno venerabilior, ac maior, neq. mihi narres purpuram, neq. diademata, neq. veſtes aureas, vmbræ ſunt iſta omnia. Et Amb. l. de Sacerdo- *Amb.* tali dignitate, cap. 2. dicit. *Si* regum fulgori compares, & principum diademati, longe erit inferius quã ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Hinc eſt ꝙ rex non poteſt Papam iudicare, quia prima ſedes à nemine iudicatur. Sed Papa reges, imperatores, atq. cæteras omnes poteſtates iudicat, tanquam ſuppremus iudex, & caput omnium. Etſic illud Chriſti domini Apoſtolis traditum. *In regeneratione ſe debitis vos iudicantes duodecim tribus Iſrael.* *Mat. 19* Amultis intelligitur iuxta intentum noſtrum, de regeneratione Eccleſiæ per lauachrum baptiſmi. Vbi Apoſtoli iudices ſuppremi & vniuerſales conſtituũtur. Tẽpus enim legis nouę tẽpus regenerationis eſt. Ioã. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, et ſpiritu ſanto, nõ videbit regnũ Dei.* *Ioan. 3.* Quaſi dicat ergo Chriſtus Apoſtolis. Licet hucusq. in lege veteri dignitas regalis prima fuerit, cæterasq. omnes iudicãs, ſed deinceps ſacerdotalis dignitas veſtra ſuprema erit, & dignior, & ceteras iudicabit. Chriſtus rex erat, atq. ſacerdos. Ideo dicitur Ieſus Chriſtus. Ieſus eſt ſaluator vt rex Chriſtus vt ſacerdos. Id quod eſt ſaluator, ꝙ videtur ad regiam dignitatẽ pertinere, promiſſum fuit Abrahæ. *In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes,* *Gen. 23.* Ideſt ſaluabuntur, Gen. 23. Sed id quod eſt vnctum, & ſacerdotale, ab vncto Dauid prouenire videtur. *Elegi Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum.* *Pſ. 88.* Cum ergo eſſe vnctum, ꝙ habuit

habuit a Dauid, maioris dignitatis ſit, quã eſſe liberatorem, & regem, ꝙ habuit ab Abraham, bene dixit Hieronimus ordo p ę poſterus, ſed neceſario cõmutatus. Ad ꝙ in nuendum prius dicitur Chriſtus filius Dauid, quã Abraham. *Fijÿ Dauid. &c.*

## Filij Dauid.

SEcundo dicitur prius filius Dauid, ad ſolatium peccatorum, quia Dauid nunquam iniurias vindica-
Pſ.7. re nouit, immo dicebat. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Ne ergo terreatur pec-
Exo.20. cator, & dicat. *Loquere tu nobis, non loquatur nobis dominus ne forte moriamur.* Exod. 20. Qui enim vocem eius ferre non poterat, qualiter præſentiam ſuſtineret? ideo prius vocatur filius Dauid. 1. Filius hominis tanta lenitate prę diti, qui nunquã habuit manus ad vindictam iniuria-
rum ſumendam. Vnde fa- 1. Re. 22
ctum eſt, vt non ſolum nõ terrerentur peccatores, ſed ſicut ad Dauid confugerunt omnes qui erant in anguſtia cõſtituti, & oppreſsi ære alieno, & amaro animo & recipiebat eos, & factus eſt eorum princeps, & pater, ſic omnes peccatores cõfugiebant ad Chriſtum, quorum nullum repellebat quocumq. crimine implicatum, ſed omnes læto animo recipiebat, ita vt ab omnibus appellaretur, receptor peccato-
rum *Hic peccatores recipit* Luc. 15.
Ideo prius vocatur filius Dauid, quam Abraham. *F. ly Dauid filii Abrahã.*

## Abraham genuit Iſac,

TAlis pater talem filium generare debuerat. Abraham obediens. humilis, ſanctus, &c. Iſac etiam eiſdem virtutibus,

flore.

florebat. Bonus enim pater bonum filium generabit, & malus pater malum filium. Vtrumq. dixit Christus. Mat. 7. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala bonus fructus facere, ſed omnis arbor bona bonos fructus facit, & omnis arbor mala malos fructus facit*. Et dicit. *Omnis*. Quia contrariũ præter naturam iudicatur, vel præter vſum communem. Hoc fuit valde mirabile Ciceroni ꝙ ex quodam patre peſsimo quidã filius optimus natus eſt, vnde dixit pro Roſcio Comœdo. Nemo, ſicut ex patre prauo probum filium naſci, ſic ex peſsimo Hiſtrione bonum Comœdum fieri exiſtimabit. Vnde quoties filios peſsimis moribus præditos videritis, ſcitote ꝙ patres eorum eoſdem mores ſeruabant. Sic Sap. 4. *Ex iniquis omnes filij qui naſcuntur, teſtes ſunt iniquitatis aduerſus parentes in interrogatione ſua*. Quaſi dicat, nil opus erit interrogare, vt ſciamus quales fuerint parentes eorum. Vnde Ezechiel 16. Videns filios Iſrael idolatriæ deditos, dixit eis, *Pater tuus amarrheus, & mater tua cethea, radix tua, ac generatio tua de terra Chanaam*. Quaſi dicat, non opus eſt mihi alia inquiſitione, vt ex tali vos radice productos cognoſcam. Ariſt de hiſt. Animal. Gignuntur læſsi quoq. ex læſsis, claudi ex claudis, & cæci ex cæcis. Et Amb. l. 3. de virginitate dicit ð puella ſaltratice, quid enim potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris. Y eſto porque en las danças ay vn noſeque de deshoneſtidad. Sic Cicero pro murena, Nemo fere ſaltat ſobrius. Hinc etiam Diogenes videns hominẽ ebrium in platea dixit, pater illius ebrius erat. Vnde id ſcis, cognouiſti eum tu? minime ſed. *Ex iniquis omnes filii qui naſcuntur,*

*teſtes*

Mat 7. Sap. 4. Eze. 16. Ariſt. Cicero. Hiſto.

*teſtes ſunt iniquitatis aduerſus parētes.* Quis enim videns ſcarabeum, dubitabit ex ſterquilinio productum fuiſſe? nemo quidē, quia ex qua alia radice tale germē poterat prouenire? fornicatus eſt populus cū filiabus Moab, cum quibus præceperat Deus ne coniūgeretur, & dixit ad Moyſem. *Tolle cunctos principes populi, & ſuſpēde eos in patibulo vt auferatur furor meus.* Si populus fornicatus eſt, quid peccauerunt principes? ſignū certe erat ꝙ maiores eorū magis fornicarii erant Quia *Ex iniquis omnes filii qui naſcuntur, &c.* De Adam dixit Deus. *Faciamus ei adiutoriū ſimile ſibi.* Alia litera dicit. *Quale ipſe eſt.* Et ad hoc de latere, & coſta eius, extrahatur. Quaſi dicat, adiutorium ex viſceribus eius productum, non poterit nō eſſe ſimile eius. *Ideo Abraham genuit Iſac.*

*Simile.* *Num.25* *Gen.2.*

## *Abraham genuit Iſac.*

Iſac ideſt Riſſus. Quia eo nato vetula mater dixit. *Riſum fecit mihi dominus, quicumq. audierit, corridebit mihi.* Quia certe talis filius tota lętitia gloria, & bonū patris eſt. *Ne iucunderis in filiis impiis ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos, ſi nō eſt timor Dei in illis, melior eſt vnus timens Deū, quā mille filii impii.* Eccli 16 Et Pro.15. *Filius ſapiens lætificat patrem.* Quia certe erit tota glaria patris, ac totū bonū eius. Sed de impiis filiis dicitur Prouer.19 *Dolor patris filius ſtultus* Sicut per ſapiētem ſanctū intelligimus, ſic per ſtultū peccatorem, & impium filium. Sicut enim ille honorat, oblectat, & nutrit parētes, hic ſpernit, affligit, & contrectat illos, ac mille laboribus replet. Ideo Abraham talem filium vocat riſſum, gaudium & ſolatiū ſenectutis ſuæ. Sed talis pater talem filiū debuerat generare, vt pater & filius vitam eternam conſequātur.

*Gen.21.* *Eccli.16* *Pro.15.* *Pro.19.*

# DE CONCEPCIO-
# NE VIRGINIS.
## SERMO QVRATVS.

*Liber generationis Jeſu Chriſti filij Dauid filij Abraham.* Math.1.

AB initio creatio
nis hunc ordinē
ſeruauit Deus
cum creaturis,
vt cuiq. pro dignitate ſua
ornatam domum pararet.
animalibus terram tot her
barū generibus redundan
tem tradidit.homini qua-
ſi nobiliori longe nobilio-
rem domum,maioribuſq.
donis ornatam conceſsit,
ſcilicet paradiſſum. *In ſole
poſuit tabernaculum ſuū.*
Pſ.18. Pſ.18. Alia litera dicit. *Soli
poſuit tabernaculum ſuū.*
Ideſt tabernaculū pro ſua
dignitate ei aſsignauit,ſci-
licet,quartum cælum,ſtel-
lis primum, ſoli tanquam
nobiliori quartum, Ange-
lis nobilioribus ſupprem ū
cælum conceſsit. Sed crea
uit Deus humanitatem filii
ſui,quæ licet inferior natu-
ra eſſet, quam angelica,
quia tamen diuinitati con- Pſ.8,
iunctaerat,lōge perfectior
erat Angelis.Sic Pau.He.1 Heb.1.
*Tanto melior Angelis ef e
ctus, quando diferentius
præ illis nomen hæredita-
uit.* Huic ergo excelentiſ-
ſimæ creaturæ quam do-
mum aſsignare debebat?
longe nobiliorem certe,
digniorem, atq. pulchrio-
rem,ditiorem in ſuper ter
ra tota,toto paradiſſo, to-
to q. impireo cœlo,anima
libus, hominibus, Angelis
q. cōceſsis. Hec domus ſma
ter ſanctiſsima eius eſt,quā
ab ipſo fundamento imple
uit

uit gratia, ac pulchritudine Scilicet in conceptione. De hac immaculata conceptione agemus. Aue Ma.

## *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid.*

Pſ. 86. DAuid. Pſ. 68. Admirans pulchritudinem Hieruſalem dixit. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas*
Pſ. 47. *Dei.* & Pſ. 47. Cātauit. *Magnus dominus & laudabilis valde in ciuitate Dei noſtri.* Quaſi dicat, ex glorioſis, quæ dicta ſunt de ciuitate Dei, Magnus valde apparet Deus, & laudabilis nimis. In multis certe iā magnitudinem ſuam oſtenderat, ſed longius latius q. eā declarauit in fundatione
Hiſt. huius ciuitatis. Sicut Romulus maiorem gloriam conſequtus eſt ex fundatione Romæ. Et Alexander ex Alexandria ægypti, quā ex omnibus aliis præclariſſimis geſtis. Tres ciuitates ædificauit Deus. Prima fuit mundus, tanta rerum varietate decorus. Sed licet magna, ac pulchra fuit hęc ciuitas, ipſum tamen Deū capere non valuit. Nichilo minus tamen magnus ſatis in fundatione eius oſtenſus Pſ. 18.
eſt. Hinc Dauid. Pſal. 18. *Cæli enarrant gloriā Dei.* Secunda ciuitas fuit homo Quæ licet minor, dignior tamen, ac mirabilior eſt, & in huius fundatione glorioſior apparuit Deus. Sic Dauid. Pſ. 138. *Mirabilis* Pſ. 138.
*facta eſt ſcientia tua ex me* Et merito quidem, quia cū longe minor hæc ciuitas fuerit, Deum tamen ipſum cōtinere valuit. Sic Dauid Pſ. 16. *Satiabor cum appa-* Pſ. 16.
*ruerit gloria tua.* Quaſi dicat, nil aliud ſatiabit me nec aliud implere poterit capacitatem meam, niſi tu ſolus. Tertia ciuitas fuit virgo ſacratiſſima, ex cuius fundatione, longe maiorem gloriam ac quiſiuit ſibi artifex ſuppremus. Ideo eā perātono maſiā vocat ciuitatem

# DE CONCEPCIO-
## NE VIRGINIS.
### SERMO QVRATVS.

*Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham. Math. 1.*

AB initio creationis hunc ordinē ſeruauit Deus cum creaturis, vt cuiq. pro dignitate ſua ornatam domum pararet. animalibus terram tot herbarū generibus redundantem tradidit. homini quaſi nobiliori longe nobiliorem domum, maioribuſq. donis ornatam conceſsit, ſcilicet paradiſſum. *In ſole poſuit tabernaculum ſuū.* Pſ.18. Alia litera dicit. *Soli poſuit tabernaculum ſuū.*

Pſ.18.

Ideſt tabernaculū pro ſua dignitate ei aſsignauit, ſcilicet, quartum cælum, ſtellis primum, ſoli tanquam nobiliori quartum, Angelis nobilioribus ſupremū cælum conceſsit. Sed creauit Deus humanitatem filii ſui, quæ licet inferior natura eſſet, quam angelica, quia tamen diuinitati coniuncta erat, lōge perfectior erat Angelis. Sic Pau. He.1

Pſ.8.

Heb.1.

*Tanto melior Angelis effectus, quando diferentius præ illis nomen hæreditauit.* Huic ergo excelentiſſimæ creaturæ quam domum aſsignare debebat? longe nobiliorem certe, digniorem, atq. pulchriorem, ditiorem. in ſuper terra tota, toto paradiſſo, toto q. impireo cœlo, animalibus, hominibus, Angelis q. cōceſsis. Hec domus mater ſanctiſsima eius eſt, quā ab ipſo fundamento imple

uit

ũit gratia,ac pulchritudine Scilicet in conceptione. De hac immaculata conceptione agemus. Aue Ma.

## *Liber generationis Jeſu Chriſti filij Dauid.*

Pſ. 86. DAuid. Pſ. 68. Admirans pulchritudinem Hieruſalem dixit. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas*
Pſ.47. *Dei.* & Pſ.47. Cãtauit. *Magnus dominus & laudabilis valde in ciuitate Dei noſtri.* Quaſi dicat, ex glorioſis, quæ dicta ſunt de ciuitate Dei, Magnus valde apparet Deus, & laudabilis nimis. In multis certe iã magnitudinem ſuam oſtenderat, ſed longius latuis q. eã declarauit in fundatione
Hiſt. huius ciuitatis. Sicut Romulus maiorem gloriam conſequtus eſt ex fundatione Romæ. Et Alexander ex Alexandria ægypti, quã ex omnibus aliis præclariſſimis geſtis. Tres ciuitates ædificauit Deus. Prima fuit mundus, tanta rerum varietate decorus. Sed licet magna, ac pulchra fuit hęc ciuitas, ipſum tamen Deũ capere non valuit. Nichilo minus tamen magnus ſatis in fundatione eius oſtenſus Pſ.18.
eſt. Hinc Dauid. Pſal. 18. *Cæli enarrant gloriã Dei.* Secunda ciuitas fuit homo Quæ licet minor, dignior tamen, ac mirabilior eſt, & in huius fundatione glorioſior apparuit Deus. Sic Dauid. Pſ.138. *Mirabilis* Pſ. 138.
*facta eſt ſcientia tua ex me* Et merito quidem, quia cũ longe minor hæc ciuitas fuerit, Deum tamen ipſum cõtinere valuit. Sic Dauid Pſ.16. *Satiabor cum appa-* Pſ. 16.
*ruerit gloria tua.* Quaſi dicat, nil aliud ſatiabit me nec aliud implere poterit capacitatem meam, niſi tu ſolus. Tertia ciuitas fuit virgo ſacratiſſima, ex cuius fundatione, longe maiorem gloriam ac quiſiuit ſibi artifex ſuppremus. Ideo eã perãtono maſiã vocat ci

uitatem

uitatem ſuam. Et quia in ea quietius immorari, ac degere voluit. Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti. Ex hac

Ephe∫.2 ergo ciuitate. *Magnus dominus & laudabilis nimis.* Quare? quia *Fundatur in exultatione vniuerſæ terræ.* Cęteri enim homines fundantur in triſtitia, quia concipiuntur in peccato, & filii iræ. Virgo autem fundata eſt in exultatione, & non qualicumq. ſed vniuerſæ terrę. Quia fundatur & cõcipitur ſine macula peccati originalis. Ex qua fundatione latius potentia Dei relucet. Ideo ex ea maxime. *Magnus dominus, & laudabilis valde.* qui alicet multa ac magna prædicari poſsint de hac ciuitate ſua, ſupra omnia autẽ ſupereminet glo-

Pſ.86. ria fundamẽti huius. Quia. *Fundamenta eius in montibus ſãctis.* Ex maxima ergo fundamentorũ excellẽtia prima laus huius ciuitatis oritur. Ex quo. *Magnus dominus, & laudabilis valde.* De hac excellentia fundationis virginis agendum hodie. Liber generationis.

## Filij Dauid, filij Abraham.

MVlti parentes Chriſti recenſentur in hac genealogia Chriſti, ſed non vacat miſterio, ꝙ horum duorum tantum nuncupetur filius. Hieronimus acutiſsime, quantum breuiſſime reſpondet. Quia ad Hiero. hos tantum facta eſt de Chriſto repromiſſio. Sed interiora extrahamus. Et dicamus hoc fuiſſe, quia hi duo tantum floruerunt ſuper cæteros in duabus virtutibus, quę ſpecialiter hãc vim habent, vt homines cõſtituant patres Dei. Iſtæ virtutes ſunt, obedientia, & remiſsio iniuriarũ. Abraham in prima, & Dauid in ſecunda ſingulariſsimi fuerunt. Ideo. *Filij Dauid filij Abraham.* Et ꝙ obedien-

dientia hanc vim habeat ad conſtituendos homines patres Dei ex multis com
Gen. 22. probatur locis. Gen. 22. Precepit Deus Abrahæ. *Tole filium tuum quem diligis, Iſaac & offer illum in holocauſtum ſuper vnũ montium quem monſtrauero tibi.* Quod cum opere complere properaret, acceſsit Angelus dicens *Ne extendas gladium ſuper puerũ.* Et adiecit. *Per memet ipſum iuraui, quia feciſti rem hanc, in ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes.* In ſemine tuo. Ideſt in Chriſto dicit Hieroni. Quaſi dicat, propterea ex te naſcetur Chriſtus, pater eris Dei, ſed quam rem fecit Abraham angele ſancte, vt dicas ei. *Quia feciſti rem hanc?* Non ſacrifi tium filii, quia prohibitus fuit ab Angelo. Sed promptiſsimam obedientiã, qua id perficere properabat. propter quam. *In ſemine*
Gen. 31. *tuo* (Quod eſt Chriſtus.) *Benedicentur omnes gẽtes.* Et Gen. 31. præcepit Deus Iacob, vt reuerteret in terrã ſuam ex Meſopotania. ꝙ ſtatim indicauit Iacob ſponſę ſuę Rachel, quã maxime diligebat, quæ cito obediens Deo, & marito, relictis parentibus, ac patria, furataq. idola patris ſui ſecum portans iter agreſſa eſt. Quod cum pater cognouiſſet inſequutus eſt eos. Sed callida Rachel ſedens in terra idola ſub veſtibus intra ſe poſuit & occultauit. Quid hoc Rachel ſancta? idola ne parturis? nec mirabor certe, ſi mulier ſic obediens mater Dei eficiatur, ac Deũ deniq pariat. Et ipſe dixit. *Qui fe* Mat. 12
*cerit voluntatem patris mei ipſe meus frater, ſoror ac mater eſt.* Quaſi dicat, qui obediens fuerit patri meo, ipſe pater meus, ac mater erit. Et ſtatim ꝙ virgo humiliſsimam obedientiã exhibuit Deo dicens. Luc. 1.
*Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundũ verbum tuũ inuenta eſt in vtero habẽs*

Sed quid? Ipſum Deũ. Et obediens Ioſeph voci Angeli dicentis. *Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam*. Statim conſtitutus eſt pater ipſius Dei. Et cũ quædam mulier diceret Chriſto. *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ*
Luc. 11. *ſuxiſti*. Reſpõdit Chriſtus. *quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiũt illud*. Ideſt obediunt illi, quia certe tales patres ac matres Dei erunt, ac ſi illũ in ventre portaſſent, & vbe
Lucæ. 8. ribus lactasẽt. Et hoc quia. *Semen eſt verbum Dei*. Et fructus ſemper aſsimilatur ſemini, qui ergo verbum Dei in corde receperint producent certe verbum Dei, & ſic patres & matres
Pſ, 144. eius erunt. Et Dauid Pſal. 144. dicebat. *Voluntatẽ timentũ ſe faciet*. Ideſt obediens erit obedientibus ei, & tanquã patribus ſubie-
Aug. ctus Sic Auguſt ſuper hoc faciet, certe ſi ideo times Deũ, vt tu facias ipſius volũtatem, ecce & ipſe faciet voluntatẽ tuã. Cum ergo Abraham in obediẽtia floruerit ſemper, merito pater Dei nuncupatur. *Filij Abraham. &c.*

## Filij Dauid.

DAuid in ſecunda virtuture floruit, ſcilicet in remittẽdis iniuriis, que eã dem vim habet ad conſtituendos homines patres Dei. 1. Reg. 25. Iratus Da- 1. Re. 25
uid contra Nabal pręcepit pueris ſuis arma ſumere cõ tra illum, quod cum cognouiſ ſet Abigail vxor Nabal, deſ cendit ei obuiam muneribus plena, & ad eum placã dũ ea ſola ratione vſus eſt. *Si remiſſeris hanc iniuriã faciens faciet tibi dominus domum fidelẽ*. Facere domum, idem eſt in ſacra pagina quam Deum alicui fi- Geu. 16.
lios concedere. Gen. 16. dixit Sarra ad Abraham. *Ecce concluſit me dominus ne parerem, ingredere ad ancillam meam, ſi forte ex il-* Hiero.

*la ſuſcipiam filios*. Hiero.
in.qq. Hebraicis in Geneſ.
legit ex Hebreo. *Ingrede-
re a dancillam meã, ſi quo
modo ędificer ex ea.* Et ad
Pſ.126. dit. Diligenter nota, ꝙ pro
creatio filiorũ in Hebreo
ædificatio ſcripta eſt. Et
David. Pſ. 126. *Niſi domi-
nus ædificauerit domum
in vanũ laborauerunt qui
ædificant eã.* Et quia obſte
trices Hebrearum in ęgyp
Exod.1. to filios illarum ſeruabant
in columes contra pręcep
tum regis. *Edificauit domi
nus domos obſtetricibus.*
Filios cõceſsit illis. Les pa
go Dios en la miſma mone
da. Et hoc ex multis locis
ſacræ ſcripturæ patet. Di-
cit ergo nunc Abigail. *Si re
miſſeris hanc iniuriam edi
ficabit tibi dominus domũ
fidelem.* Ideſt filiis fideli-
bus plenam. Talis domus
Eccleſia eſt certe. Et caput
eccleſiæ Chriſtus. Quaſi di
cat, eris pater Chriſti Deus
promiſsit tibi ꝙ naſcetur
de te, & erit filius tuus, &
forte nulla alia via certius
aut breuius id cõſequi, pote
ris, quã hác iniuriã remittẽ
do, Ideo dixit. *Faciens fa-
ciet tibi dominus domũ fi-
delẽ.* Illa reduplicacio cer-
titudinẽ maximã, ac infali-
bilitatẽ importare ſolet in
ſcriptura. *Vita viuet & nõ* Eze.28.
*morietur.* Eze.18. Ideſt ne
quaquã morietur. *Sic fa-
ciens faciet.* Infalibiliter fa
ciet, quaſi dicat. Por ay aſe
guraras mas el auer d ſer
padre de Dios. & 1.Re.24.
cum latẽre David in ſpelũ
ca traderet Deus Saulin ma
nus eius, & incitaretur a ſer
uis ſuis vt occideret eũ, reſ I.Re.24
pondit. *Viuit dominus,
quia niſi dominus percuſſe
rit eũ, aut dies eius venerit
vt moriatur, aut deſcẽdẽs
in prælũ mortuus fuerit,
non mittã manũ in Chriſtũ
domini.* Et ſurrexit, ac præſ
cidit orã chlamidis Saul ſi
lenter. Egreſſo quiã Saul
deſpelinca, eggreſſus eſt
etiam Saul poſt eum cla-
mans. *Domine rex ecce vi-
diſti ꝙ tradidit te hodie
dominus in manu mea, &*

*pepercit tibi oculus meus. Vide & cognoſce orā chlamidis in manu mea, quam cū preſcinderē noluite interficere.* Quod per pendens Saul clamauit. *Nunc ſcio certiſsime ꝙ regnaturus es in Iſrael.* Quaſi dicat, nunc certiſsime cognoſco, ꝙ futurus es vnus ex regibus Iſrael, ex quibus Deus naſciturus eſt. Cognoſco ꝙ futurus ſis pater Dei. Cognoſco ꝙ ego regno priuabor, ac per cōſequens pater Dei non ero quia iniurias remittere neſcio. Quę omnia tu certiſsime obtinebis, quia in illis

1. Re. 10 remittendis flores. Hinc patet quare Samuel vncturus Saulem in regē Iſrael, tulit lenticulā olei (vna pequeñita alcuza) ſed ad vngendū Dauid dixit ei Deus

1, Re. 16 *Imple cornu tuū oleo, & veni mittā te ad Iſai, &c.* Ad vngendū Saulē ſufficit lenticula paruula olei, quia vnctio illa ſibi ſoli erat, nec ad filios deſcendere debebat. Ad vngendū tamen Dauid ſumere oportebat cornu magnū & oleo plenū, quia vnctio illa deſcenſura erat ad poſteros, vſq. ad Chriſtū dominum. Vnde dixit. *Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meū, et ſenectus mea in miſericordia vberi.* Ps. 91. Por q̃ mi reyno no acabo con mi ſenectud, ſino deſcendio a mis ſucceſores. Dicit ergo Saul ad Dauid, nunc certo cognoui ꝙ me proiecto ex regno, tu regnaturus es in Iſrael, & ꝙ rex Iſrael Deus non ex me ſed ex te naſciturus eſt. Sed vnde hoc cognouiſti? quia ego neſcio remittere iniurias, tu vero é contra neſcis vindictam ſumere de illis. Certe pater Dei eris. Et Math. 5. Mat. 5. dixit. *Diligite inimicos veſtros, vt ſitis filii patris veſtri qui in cœlis eſt.* Ideſt remittite iniurias & eritis filii Dei, & patres Dei, quaſi dicat, Chriſtus ſicut ego filius David vocor iniurias remittēs, ideſt, hijo de padre q̃ nunca tuuo manos para ven-

vengarſe, ſic vos filii Dei vocabimini, ſi iniurias remiſeritis, immo & patres mei, ſicut Dauid, *Fili Dauid, &c.*

## *De qua natus eſt Jeſus.*

QVia licet promiſſerat ſe naſciturum ex ſemine Dauid, nō tamē ex ſemine virili, ſed fæmineo, quia non ex opere viri, ſed ſpiritus ſancti in vtero virginis de familia Dauid concipiendus erat. Quare eis verbis promiſſus eſt Chri-
Pſ. 131. ſtus ipſi Dauid. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* & 2 Reg. 7.
2. Reg. 7 *Cum dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo.* Fructum enim habere in ventre, vel emittere ex vtero, fæminarum eſt, non virorum. pariturus ne erat Dauid, quia dicitur ei. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam?* Minime. Sed miſterium hic latet. Quia licet deſcēſurus erat Chriſtus Ex Dauid, non tamē via viri, ſed mulieris de domo Dauid. Ideo viro Dauid promiſſum eſt. *Te fructu ventris tui. &c.* Hinc patet quare, Angelus per noctans in lucta cum Iacob (qui ſecundum Chriſoſt. hom. 38. in Geneſim. Et Gen. 32.
Hilarium. lib. 5. de Trin. Athanaſ. ſer. 4. in Arrianos. verbum ipſum æternum erat) benedixit Iacob in eodem loco. Nō vtiq. alia benedictione, quam quæ data eſt patri ſuo Abrahā.
Gen. 22. *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Gen. 22.
Ideſt in Chriſto de ſemine tuo naſcituro. Et ſtatim tetigit Angelus neruum fęmoris illius, & emarcuit. Per fæmur generatio ſignificatur in ſcriptura. Vnde miſſurus Abraham ſeruū ſuum, vt quęreret vxorem
filio ſuo Iſac, dixit illi. *Pone manum tuam ſubter* Gen. 24.
*fæmur meum, vt ad iurem te per Deum cæli & terre.* Ad quid iuraturus manū

ſuper fæmur tuum ponet. Quaſi dicat, ei iura mihi per Deum ex me naſciturum, &c. Vbi manifeſte per fæmur generatio intelligitur. Hieroni. de quæſt. Hebrai. in Genes. dicit ſuper hoc, tradũt Hebrei, ꝙ in sãctificatione eius, ideſt in circuncisſione iurauerit Nos autem dicimus iuraſſe eum in ſemine Abrahæ, ideſt in Chriſto, qui ex illo naſciturus erat. Si ergo per fæmur exprimitur generatio, quare promitens Deus Iacob ꝙ naſceretur de illo ſtatim emarcuit fæmur Iacob? quomodo ergo illum generare poterit? Minime poterit. Sed & hoc ipsũ innuere voluit Deus. Quaſi dicere illi, eris quidem pater meus, naſcar ex te infalibiter, ſed non opere generationis ſeminalis tuæ, ſed ex muliere generis tui. Quia non de viro, ſed de muliere naſciturus ſum. Et ab hoc dicebat ipſe met Christus *Ego ſum vermis & non homo*, ꝙ ſic explicat Auguſt, ego Ieſus Chriſtus ſine ſemine in carne natus ſum, vt eſſem in homine vltra hominem. Et Euthimius & Rufinus dicunt, ꝙ vermis ſine coniunctione patris & matris producitur á terra, mediis cæleſtibus influentiis. Sic Chriſtus productus eſt de terra virginali ſine coniunctione viri, ſed cæleſti virtute ſpiritus ſancti. Et Pſ. 71. dixit Dauid. *Deſcendit ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia, ſuper terram*. Quæ omnia cæleſti virtute extrahuntur de terra inaltũ, & inde ad terram mittuntur. Sic Chriſtus deſcendet ad vterum virginis, non opere viri, ſed virtute cæleſti. Hinc pater dicebat illi *Ex vtero ante luciferum genui te*. Et vertit Hieronimus ex Hebreo *Quaſi de vulua orietur tibi ros adoleſcentiæ*. Quia ego ex cælo producã te & ex vtero virginis in terra, ſine alio patre ſuper eam. Ideo di-

Hiero. — Pſ. 21. — Pſ. 71. — Pſ. 109. — Hiero.

*cit hodie euangelium. De qua natus eſt Ieſus.*

## *De qua natus eſt Ieſus.*

IN hoc verbo includitur quid quid de excellentiis virginis latius explicari poſſet. Vt dixit diuinus An ſelmus, quia ea, quæ maxima ſunt, ſilentio magis põderantur. Pſ. 64. *Te decet hymnus Deus in Siõ.* Vertit Hiero. Ex Hebreo. Tibi ſilentium laus. Nec alia via maximam Agamenonis triſtitiam pro filia Ephigenia immolata altius depingere valuit, quam faciem meſtiſsimi patris velo cooperiendo. Quaſi dicat, ſiquidem ars nõ ſufficit nec valet id deſcribere, ſilentio ponderetur. Idem dico ego de excellentiis virginis. Ideo vnum verbum ſufficiat, & tale. De arca fœderis (quæ apertiſsima figura erat huius virginis matris) ad notauit Philo in lib. alegoriarũ in Exodum, ꝙ licet ſpiritus ſanctus metitus eſt longitudinem ac latitudinem eius, profunditatem tamen eius non metitus eſt. Quia ſacramẽta, quæ in ea operatus eſt Deus ſic profunda ſunt vt vix ab intellectus acie comprehendi poſsint. Et maximum, ſeu profundiſsimũ omnium hoc forte eſt, ꝙ eam integritate retenta matrem ſuã fecerit. Quia dum dicitur virgo mater Dei, totum id includitur ꝙ lingua exprimere, imoꝙ intellectus humanus uel angelicus nec concipere valet. Nec pariendo detrimentum virginitatis accipit, quia matris integritatẽ nõ minuit, ſed ſacrauit. Et hinc ipſa dicebat. *Fructus honoris & honeſtatis flores mei.* Ec 24. Arbores omnes vt fructificẽt, neceſſario amittunt flores ſuos. Sed virgo ſola fructificans, & pariens filium, florem virginitatis retinuit. *Flores mei fructus*

*Anſel.* Hiero. *Philo.* *Eccli. 24*

*tus honoris & honeſtatis.* Honeſtatis quia virginitatem non amiſsit. Honoris, quia fæcundam eſſe maximus honor tunc iudicabatur. Sed honoris etiã, quia matrem Dei eſſe omnem dignitatem tranſgreditur.
Cant. 7. Vnde ipſa dicebat. Can. 7. *Omnia poma noua & vetera ſeruaui tibi dilecte mi.* Poma odorifera legis nouę virginitas eſt. Et poma veteris fragrantia fæcunditatis. Vtrumq. ſeruaui tibi dilecte mi. Hinc Iſa. 35. *Gloria libani data eſt ei, decor*
Iſa. 35. *carmeli & Haron.* Libanus mons altiſsimus eſt, cuius vertices fere ſemper niue reſperſſę ſũt, vnde albiſſimus ſemper apparet. Saron vallis eſt omni fertilitate, & arborum multitudine, ac pulchritudine condecoratus, vt affirmãt Hieronimus carmelus etiam mons eſt in fertilitate omnino ſimilis valli Saron. dicit ergo. Iſa. *Gloria Libani data eſt ei.* Virgini, ideſt gloria niuei pudoris, & virginitatis. Et decor carmeli, & Haron, ideſt decor fertilitatis, & fęcunditatis. In virgine enim ſimul poſuit Deus vtrumq. gloriã albedinis libani, & fertilitatem carmeli & Harõ, ideſt gloriam virginitatis, cum decore & honore fæcunditatis. Ideo de ipſa virgine dicitur hodie. *De qua natus eſt Ieſus.*

## De qua natus eſt Ieſus.

VT ad hoc deſcenderet euangeliſta hanc totam genealogiam intexuit. Non ne id ſatis reprobatum eſt in ſcriptura. 1. ad Tim. 1. *Rogaui te vt remaneres epheſi, vt denuntiares quibus damne intenderent fabulis, aut genealogiis indeterminatis, quæ quæſtiones præſtant magis quam ædificationem.* 1. Tim. 1.
Tit. 3. Et ad Titum. 3 *Stultas autem quæſtiones & genealogias, & contentiounes, & pugnas legis deuita.*

Ideſt

Ideſt nominus genealogias, quam illa omnia vitare ſtudeas. Ideo Hieronimus, in epiſto. neſcit religio noſtra perſonas, nec conditiones hominũ, ſed animas reſpicit. Et ibidem ipſe. Nil aliud video in nobilitate appetendum, niſi ꝙ nobiles quadam neceſsitate conſtringuntur, ne ab antiquorũ nobilitate degenerent, non enim datur nobili parti palma, ſed curſui. Et Chriſoſtomus ſuper illud Mat. 4. *Nos patrem habemus Abraham*. Dicit Quid prodeſt ei, quem ſordidant mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant. Ipſe enim ſe vacuũ ab omnib⁹ oſtẽditur, qui gloriatur in patrib⁹. Et concludit dicẽs. Melius eſt de cõtẽtibili genere clarũ fieri, quã de claro genere cõtẽptibilẽ naſci, qui enim de claritate progenitorũ gloriatur, de alienis bonis gloriatur non de propriis, ſic poeta dixit. Nam genus, & pro auos, & quę nõ fecimus ipſi, vix ea noſtra dico. Hinc Ariſt. 3. pollit apellat nobilitatem, antiquas diuitias, ideſt auorum diuitias, nõ noſtras. In quibus nil aliud bonum nos habemus, niſi ꝙ ad virtutem compellimur ex illis, vt dixit Hieronimus, nobilitas enim impulſus interior eſt ad virtutem. Vnde parum aut nichil de genealogiis noſtris gloriari debemus. Quare ergo nunc tan longa ſeries regum parentum virginis inſcribitur? non certe ob vanitatem factũ credamus, ſed quia neceſſarium, ſic duxit euãgeliſta ad confirmationem huius articuli fidei, ꝙ Chriſtus dominus verus Deus ac verus homo ſit. Iã vnus euãgeliſta progeniem Chriſti ac genealogiam eius tradiderat in quantum Deus eſt, dicẽs. *In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, &c.* Ioan. 1. Oportebat ꝙ alius euangeliſta genea-

Hiero. | Chriſoſt | Poeta, | Ariſt. | Ioan. 1.

nealogiam eius carnalem in quantum homo eſt, propalaret. Hoc facit Matheus hodie. Ille vt oſtenderet Chriſtum verum Deum eſſe. Iſte vt probaret verũ etiam hominem exiſtere, ex talibus parentibus productum ideo. *Liber generationis.*

SEcundo id fecit euangeliſta, non vt Chriſtus ex nobilitate parentum, & vt ex regiis aut pontificiis eorum dignitatibus nobilitetur, vt contingit in cæteris hominibus, qui ex parentum nobilitate gloriã ſuã acquirũt. Immo è contra hic euenit, quia Chriſtus hic ex tot parentibus dicitur productus, vt illi omnes ex ipſo filio Chriſto gloriam, ac nobilitatem acquirant. Nullam enim gloriam auxit ſibi Chriſtus ex nobilitate parentum, quin
Phili. 2. potius illam amiſsit *Exinanuit enim ſe met ipſum formam ſerui accipiens*. Dixit Pau. ad Phil. 2. Sed tamen ex ipſo Chriſto tota parẽtũ dignitas, ac gloria originatur. Hinc patet, quare Chriſtus radix Dauid appellatur, licet ſit filius Dauid. Apoc. 5. *Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid*. Pater radix filii eſt, non autem filius radix patris. Sed vt innuat ſpiritus ſãctus ꝙ tota dignitas, & gloria Dauid, Abrahæ, Iſac, & Iacob, ac nobilitas tota eorum ex filio eorum Chriſto prouenirет eis, appellat eum radieẽ parentũ ſuorum. Licet enim quantũ ad generationem carnalẽ Dauid ſit radix Chriſti, ſed quantũ ad claritatem ac nobilitatem Chriſtus eſt radix Dauid, ex quo tota eius dignitas dimanat, & ad hoc tot parentes virginis recenſentur, & vltima omnium virgo. *De qua natus eſt Ieſus.*

TErtio id fecit euangeliſta vt probaret Chriſtũ dominum eſſe meſsiã promiſſum in lege. Ideoq ab illis duobus Abraham &

Deuid

Dauid incepit recenſere hanc genealogiam, quia ad illos facta eſt de Chriſto re promiſsio. Et hinc patet, quare, quando *Deus* reue lauit Noe ruinā totius mū di nūquam pro ſalute eius deprecatus eſt *Deum* Noe Sed tamen cū *Deus* reue laſſet Moyſi ruinam paruu li populi Hebrei, tanta in ſtantia *Deum* compeſcere nitebatur, vt diceret. *Aut deleme delibro vitæ, aut di mitte eis hāc noxam.* Ideſt delibro prædeſtinationis. Quaſi dicat, quid mihi pro derit, ꝙ in eo ſcriptus ſim, & prædeſtinatus ſim, ſi eis non parcis, ſed deles eos, & ſic nec fies homo, nec morieris, nec redimes me nec effectum ſuū habebit prędeſtinatio mea, aut er go dimitte eis, aut dele me delibro vitæ. vel memēto Abraham, Iſac, & Iacob, quibus pomiſiſti poſterita tem magnā, ad imple pro miſsionem, & dimitte eis hanc noxā, nec deleas eos. Ecce ille de totius mundi liberatione nil ſolicitus erat, iſte pro ſalute paruuli populi tanto ardore exora bat. Ratio certe eſt quia tē pore Noe, nulla facta fue rat de Christo repromiſ ſio, ſaltim aperta, & clara, in tempore autem Moyſi iam promiſſus fuerat Abra hæ, & ne tantum bonum ex extinctione illius popu li Abrahæ impediretur, tā ta inſtantia pro ſalute illius orabat Moyſes ne dextrue retur. Si id diſsimulauit *Deus*, ac patienter egit cū peſsimo Eſau, quia de illo deſcenſurus erat piſsimus Iob (cuius pro nepos fuit, vt dicit Chriſoſt.) quare cum populo iſto patiēter non ages, quia de illo deſ cēſſura eſt virgo ſacro ſan cta, ac filius eius clementiſ ſimus Ieſus? lege ſancitum ert aapud Romanos, ne gra uida mulier ob quod cun q. crimen, quantumcum q. atrox, occideretur vſ que ad partum, ne ſimul

*Gen. 6.* *Exod.* *Chriſoſt* *Hiſto.*

pro

proles periret. Grauida erat ſinagoga, virginem ſacroſanctam & filium eius in vtero probabat, non debuit deleri vſq. ad partum aliter enim quomo fælicisſima vox illa perueniſſet ad aures noſtras.
Pſ.50. *De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Hanc audire ſperabat, qui dicebat. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Ipſa enim met oſſa exultatatione replentur ea voce audita. *De qua natus eſt Ieſus.* Quia per illum omnia nobis pariter bona venerunt, & gratia & gloria. Ad quam ipſe Ieſus nos perducat.

(.?.)

DO-

# DOMINICAE TER-TIÆ ADVENTVS

## SERMO PRIMVS.

*Miſſerunt Iudei ab hieroſolimis ad Ioannem. Ioa. 1.*

SÆpius vidimus ꝙ antequã ſol lucidiſsimis radiis ſuis ad hæc noſtra inferiora deſcendat elatas montium vertices viſitet, & ſua luce reſpergat. Et ruſticus illuminata cacumina demonſtrans dicit ecce ſol, ignorat certe ꝙ ille non ſit ſol, ſed mons altiſsimus ab ipſo ſole irradiatus, ſimiliter antequam ſol Iuſtitię Chriſtus dominus exiret de ergaſtulo ſuæ matris, illuminauit mõtem illum altiſsimum Ioannem Bap. & tanta lucę reſperſit, vt omnes fere eũ videtes, tãquã ruſtici ſeducti ſunt dicentes ecce ſol. Iſte eſt Meſsias venturus. Sed *Non erat ille lux.* Dixit Ioãnes. 1. Non erat ipſe ſol Chriſtus. Sed mons clarificat⁹ ab ipſo ſole. Vnde ipſe confeſſus eſt hodie *No sũ ego, non ſum ego Chriſtus.* Immo. *Nec dignus ſoluere corrigiam calceamentorũ eius.* Ideo tanta luce ſeducti Phariſei miſſerunt ad eum, qui interrogarent. *Tu quis es.* Aue Maria.

*Simile.* *Ioan. 1.*

### *Miſſerunt Iudei.*

IN numeris argumentis, eficaciſsimis q. rationibus diuinitas Chriſti cognoſci, ac comprobari poterat. Sufficiebat enim irrefragabile teſtimonium patris, qui prima veritas clara

*Mat. 3.* ra voce intonuit Mat. 3. *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui.* Euidens etiam inditium diuinitatis erat intimas cordiũ cogitationes callere, ꝙ qui dẽ ſoli Deo reſeruatũ eſt.
*Pſ. 7.* Ideo dicitur, ſcrutator cordiũ. Dauid. Pſ. 7. *Scrutans corda, ac renes Deus.* & Hie
Hiere. re. 17. *Ego dominus ſcrutans cor, & probans renes* Tertium teſtimonium euidentiſsimum erat, vera conſonantia vitæ doctrinæ, perſone, generis, ac temporis natiuitatis eius, cum illis omnibus quæ de Christo vẽturo oracula omnia prædixerãt prophetarum. Ideo dominica elapſa interrogatus a diſcipulis Ioãnis, tu es qui vẽturus eſt;
*Mat. 11* reſpondit. *Renuntiate Ioãni quæ audiſtis, & vidiſtis* Mat. 11. Quaſi dicat, dicite Ioanni, ꝙ conferat ea, quę hodie in me vidiſtis, cum illis quæ de Chriſto audiſtis Iſa. 35. *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. &c.* Et reſponſum habebit. Quartũ teſtimoniũ erat, magnitudo miraculorũ Chriſti de quibus Nicodemus admirãs dixit. *Nemo poteſt hæc ſigna facere, quę tu facis, niſi fuerit Deus cũ eo.* Ideo *Ioan. 3.*
*Scimus ꝙ à Deo veniſti magiſter.* Sed his omnibus teſtimoniis id proclamantibus, ꝙ Chriſtus eſſet verus Meſsias in lege promiſſus. Adhuc teſtimoniũ Ioãnis deſiderabatur quod non parũ laudes eius exaltat, quia quaſi oraculũ colebant eum, & venerabantur. Nec ipſo in conſulto rem ſic arduam auſi ſunt definere, ſed ex eius conſilio, vel Chriſtus de inceps in Meſsiam reciperetur, vel ipſe Ioãnes, ſi proprio ore id ipſe fateretur, licet enim ipſi met Chriſto dicebant. *Tu teſtimoniũ perhibes de te ipſo, teſtimoniũ tuũ non eſt verum,* Quaſi dicat, ideo nolumus credere tibi. Pero eſtá S. Iuan tã bien acreditado ꝙ Teſtimoniũ eius libenter admitterent

Iſa.53. terent. Iſa. dicebat c. 3. *Domine quis credidit auditui noſtro? aut brachiū domini.* Ideſt verbum, vt dicit Auguſti. *Cui reuelatū eſt?* Quaſi dicat, quis credidit nobis, quando verbum hominē factū predicauimus eis? nullus certe vel ſaltim paucíſsimi. Sed Ioanni omnes credere volebant, omnesq. teſtimonium eius recipere non dubitabant. Ideo.

*Miſſerunt.*

## *Miſſerunt Iudei.*

OFferentes illi ſuppremam dignitatem Meſſiæ miſſerunt. Et hoc cū illo cōiungite, ꝙ Deus miſſerat Ioannem præcurſorem, vt eum introduceret in mundum, & notum faceret. Ioan. 3 *Præibis enim ante faciem domini parare vias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorum* Ideſt ad dandam mundo cognitionem eius in remiſsionem peccatorum. Et hinc colligamus, ꝙ diabolus bellum parabat contra ipſum Chriſtum ſuismet armis, gladio ipſo ſuo illum iugulare elaborabat. Hiſto. Quod quidem magni æſtimatur apud omnes. Immo & ipſe Deus lignum elegit ad mortem, vt ipſomet ligno caput ſerpentis contereret, quo caput noſtrum ſerpens ipſe confregerat. Ipſum enim lignum tunc notauit damna ligni, vt ſolueret. Sic Dauid gigantem ſuo met gladio iugulauit, vt victoria omni laude vndiq. digna fuiſſet. Et Plutarchus refert de celeberrimo duce Braſidas, ꝙ extrahens de corpore ſuo ſiculam (la daga) Hiſta. qua crudeliſsime à milite quodam transfoſſus erat, ea ipſa mille pungionibus occidit illum. O magnum facinus. Y à Mario tyrano famoſo lo mato vn ſoldado diziendo. Pereas

o ty-

O tyranne, ipſo met ente, quem tu feciſti. Porq̃ auia ſido herrero antes, ſic refert Polion. Sic etiam diabolus. O diabolica calliditas. Nec enim gloriam, aut honorem Ioãnis hac via intendebat, qui regnum eius dextruebat prædicans baptiſmum pœnitentię, ſed potius ruinas illi parabat peſſimas. Et vtinam has calliditates eius omnes calleremus, & nobis ipſis ſuaderemus, ꝙ nunquam bonum noſtrum deſiderat, ſed ruinam. Hanc ne Ioanni offerebat dignitatem, vt illum extolleret, ēim no vt cæteri om̄nes eficerentur idolatræ, & ipſe in ſuperbiam elatus, ſimul cum illis præcipitaretur in infernũ. Vnde in Deum ipſum ſuis met armis inſurgebat.

Exo.34. Moyſem elegerat Deus ad omnem idolatriam extirpandam. *Mortuus eſt Moyſes, & ſepultus occulte á Deo in monte Nebo de terra Moab, & non cognouit homo ſepulchrũ eius vſq in præſentem diem. vt dicitur.* Deut.34. Et Apoſtolus Iudas narrat in epiſtola ſua fortiſsimum bellum inter Michaelem Archangelum, & principem tenebrarum, ne ſepulcrum Moyſi manifeſtaretur, quẽ diabolus oſtendere elaborabat Iudeis. Sed hoc ne faciebat, vt Iudei venerabile corpꝰ illud debito honore proſequerẽtur? Immo idolatriam, ac ruinam iudeorũ ſolicitabat, vt eum cauſam idolatriæ faceret, quẽ ad omnem idolatriam extripandam miſſerat Deus Sic dicit Auguſtinus, Rupertus & Lyra in epiſto. Iudæ & Euchumenius. Ecce ſuiſmet armis contra ipſum Deum inſurgebat diabolus. Et Luc. 10. Elegerat om̄es Deus ad lupos dextruendos. *Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporũ.* Sed nullis aliis armis fortiora bella excitauit diabolus contra ipſum Deum Vnde compulſus eſt proclamare. *Cauete ab his qui veni-*

Deu.34. Iudas. Luc.10. Mat.7

*Veniant ad vos in veſtimē*
*tis ouium.* Quia. *Intrinſe-*
*cus ſunt lupi rapaces.* In
Exod. 11 exitu Iſrael de ægipto ex-
poliauit Deus omnes ægip
tios vaſis argenteis, & au-
reis ſuis, vt filios Iſrrael di
taret, Exo. 11. Sed his met
vaſis aureis vitulū fieri in
deſerto ſolicitauit diabo-
lus, quem filij Iſrrael ado-
rarent, relicto vero Deo,
qui eos ditiores é captiui-
tate deduxerat. Vt dicitur
Exo. 32. Deut. 32. Sed quid plura
exempla adducam? om-
nes enim creaturas fecit
Deus, per quas in cognitio
nē eius veniremus. Sic Ro
ma 1. *Inviſibilia Dei, per*
Rom. 1. *ea quæ facta ſunt intelle-*
*cta conſpiciuntur.* Et Da-
Pſ. 8. uid. Pſal. 8. *Omnia ſubie-*
*ciſti ſub pedibus eius, oues*
*& boues vniuerſas, inſu-*
*per & pecora cāpi, volu-*
*cres cœli, & piſces maris,*
*&c.* Sed ad quid ſubpedib⁹
hominis omnes creaturæ
collocantur? vt per illas,
tanquam per ſcalam, aſcē-
deret ad cognitionem ip-
ſius Dei. Sed ipſe met crea
turæ occaſiones fuerūt ho
minibus fugiendi ab ipſo
Deo. Sic. Sap. 14. *Creaturę* Sap. 14.
*Dei in odium factæ ſunt,*
*& in tentationem anima-*
*bus hominum inſipientiū.*
Sic prorſus Ioannem miſ-
ſerat Deus. *Vt teſtimoniū*
*perhiberet de lumine Ioa.* 1 Ioa. 1.
Nam vt dixit Aug. quia- Aug.
quaſi nocte venit in corpo
re mortali, lucernam accē
dit, vnde videretur. hęc lu
cerna fuit Ioannes. *Erat*
*enim lucerna ardens & lu*
*cens. Ioa. 5.* Et hoc ipſo lu- Ioa. 5.
mine quod ad ſui manife-
ſtationem, & claritatē, ac-
cenderat Deus, homines
Deum ipſum obſcurare ni
tebātur, vt ſuis met armis
Deum debellarent, *Miſ-*
*ſerunt, &c.*

*Miſſerunt.* Quia vide-
rant Ioannē eggredientē
ex æremo, pedibus nudū,
pellibus veſtitum, ſacco in
dutū, & macie afflictū, eū
Meſsiam verum exiſtima-
bant. Ex quo duo colligo.
Primū, la gran fuerça que

tiene la virtud, y modeſtia exterior para mouer los hombres a reſpetarla. Vere enim & realiter intuentium animos excitat, vt homines ea præditos tã quam Deos venerẽtur, & ad pedes eorum de oſculã dos proſternãtur. Videns ſuperbiſsimus rex Nabucho mira ſigna in Daniele: *Cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit, & hoſtias, & incenſum præcepit vt ſacrificarent ei.* Dã. 2. & Gen. 6. *Videntes filii Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, &c.* Quẽ locum multi explicãt multipliciter. Non defuerunt qui Angelos intelligerent per filios Dei. Porpter quod peccatũ eiectos dixerũt de cælo. Sed hoc adlibitũ fuiſſe dictũ ex eo ſatis conſtat, ꝙ ante diluuium, immo & ante formationẽ primi hominis deiecti fuerunt de cœlo, vnde fuit, ꝙ diabolus hominem tentauit in paradiſſo. Gen. 3. alii per filios Dei intelligunt filios potentũ, qui dii appellari conſueuerunt in ſcriptura. Vt adnotauit Hieroni. de quęſt. Heb. in geneſ. Ac ideo (inquit) Simacus ait. *Vidẽtes filii potentum filias hominum.* Sed Hieronimus ipſe per filios Dei, intelligit filios Seth. de quo. Gen 4. *Poſuit mihi dominus ſemen aliud pro Abel.* Iſte fuit Seth, vir tanta virtute ornatus vt filii Cain, licet peſſimi, illũ Deũ, filioſq. eius filios Dei appellarent. Sic affirmat Cirillus. l. 9. aduerſus iulianũ. Aug. Theodoretus, & Rupertus. Hęc eſt enim vis virtutis, vt malis etiã admiranda, & veneranda ſit, & Act 14. virtutẽ ac doctrinã ſanctorũ Pauli & Barnabę admirãtes lyſtrenſes, ecs in terrã poſtrati adorare voluerunt dicẽtes: Dij ſimiles facti hominibus deſcenderũt ad nos, & vocabant Barnabã Iobẽ, & Paulũ Murcuriũ. *Odor veſtimẽtorũ tuorum ſicut odor thuris.* Can. 4. Veſtis animæ

Dan. 2. Gen. 6. Gen. 3. Hiero. Gen. 4. Act. 14. Cant. 4.

ãnimæ corpus eſt. Sic Iob. *Pelle & carnibus veſtiſti me.* & Paulus. *Habitu inuẽtus vt homo.* Et Thus ſacriſitium eſt ad cultũ diuinũ pertinens, quaſi dicat Spõſus. Corpus tuũ, o ſpõſa tãta virtute, ac modeſtia exteriori relucet, vt intuentiũ corda ad pedes tuos deoſculandos, & colendos rapiat. Sic etiam Act. 5. dicitur de apoſtolis. *Cæterorũ autem nemo ſe audebat cõiungere illis ſed magnificabat eos populus.* Tanta reuerencia, ac veneratione apud cæteros erant ob exteriorem virtutem, vt nemo ſe dignũ iudicaret, qui adhæreret eis, ſed á longe ſtantes præ reuerentia venerabãtur eos, & ad pedes eorũ proiciebantur & Seneca dicebat. Sed ſi cui virtus præſens, hic Deos æquat, ideſt virtus oculis oblata, intuentium animos cogit, vt poſſeſſores tãquã Deos venerentur. Et li. 1. de tranqui. c. 3. dixit ipſe ſi te ad ſtudia reuocaberis, multos ad amicitiã trahes, affluet q ad te optim⁹ quiſq. quaſi dicat, quilibet ſe ſęlicẽ iudicabit ſi ad tuos pedes de oſculãdos irrueret. Et Gre. ſoper illud. *Vos eſtis ſal terræ,* quaſi inter bruta animalia petra ſalis, debet eſſe ſacerdos in populo vt quis quis ſacerdoti iungitur tanquã é ſalis cõtactu, æternæ vitæ ſapore cõdiatur. Quaſi dicat tãta debet eſſe ſacerdotis sãctitas & virtus, vt omnes ad eius pedes lambendos proſterni cogantur, ſicut bruta è ſapore rapiuntur ad petrã ſalis lãbẽdam. Ideo Mat. 5. *Vos eſtis ſol mũdi.* Sol antiquitus maximus Deorũ exiſtimabatur, ideoq. vocabãt eũ patrẽ Deorũ; & adorabatur ab omnibus q nunquã ipſe feciſſe gloriabatur. *Si vidi ſolẽ cũ luceret, et de oſculatus ſum manũ meã.* Scilicet adorans eũ (ea enim ceremonia adorationis eſt) vos ergo eſtis ſol, quẽ omnes adorent ob vitæ claritatẽ, & tu teſtis

Act. 15

Sene.

Gre.

Mat. 5.

Iob. 31.

huius veritatis. Quoties enim aliquẽ vidiſti talẽ, sũma reuerentia illũ colis. & certe ſi nos ſacerdotes nũc cõtemnimur à populo, id culpa noſtra cõtingit, quia homines nos etiã eſſe ſimiles illis ex noſtra cõuerſatione oſtedimus. Vnde nõ vt dij veneramur, quim potius vt homines cõtemnimur. Iob. 29. Dicebat de ſe ipſo. *Videbãt me Iuuenes, & abſcondebãtur, & ſenes aſſurgẽtes ſtabãt, principes ceſabãt loqui.* Coſian las bocas en ſu preſentia, de reſpecto q̃ le teniã. Et Saluſtius in prohæmio cõiurationis Catilinæ. Nam diuitiarũ, & formæ gloria fluxa, atq. fragilis eſt, virtus clara, ęterna q. habetur Ideo gloria Ioannis, & exterior modeſtia, ac virtus co egit, vt mitterent ad eũ ſacerdotes, &c.

*Iob. 29.*

*Saluſti.*

Segundo colligo. Que al fin puſierõ los ojos enlo mejor delos hõbres puros para hazereſta electiõ. Plutarchus. In vita Cicargi tradit de Pedareto nobili Athenienſi, ꝙ cum ſenatus publica offitia inter treſcentos viros eo anno diſtribuiſſet, inter quos ipſe nõ fuit anumeratus, dixit. *Gaudeo* valde ꝙ trecenti viri meliores me, inueniantur in republica mea. Suppone q̃ ſe dauan los officios a los mejores, y aſsi nadie quedaua agrauiado. Et in hũc ſenſum adducere poſſumus illud Pauli Rom. 9. optabam enim ego ipſe anathema eſſe pro fratribus meis Idem videtur dixiſſe quod Pedaretus, vtinã mille meliores me inuenirentur, qui digniores eſsẽt, ad hoc offitiũ meũ exercendum, iucundum eſſet mihi valde pro ſalute fratrũ meorũ. Quaſi dicat Ojala fueſſen todos ellos tales. q̃ me recierã mejor que io eſte officio, y en ſu reſpecto quedaſſe io muy atras. O laudabiles electores Athenieſes qui omnem ſuam fęlicitatem in ęo collocabant, vt optimos

*Hiſto.*

*Rom. 9.*

*Hiſtd.*

quoſ-

quoſq. in rectores rei publicæ ſuæ promouerent, in tantum, vt ſi aduænæ ad ſe venirent, qui conciues in prudentia, & virtute antecellerent, eos cōſtituerent rectores ciuitatis. Et videns Pharao ꝙ aduena Ioſoph omnes conciues excelleret in prudentia, dixit pincipibus regni ſui. *Num inuenire poterimus talem virum qui ſpiritu Dei plenus ſit.* Et conſtituit eum gubernatorem totius regni, ægypti, & Gregor. In Paſtoral. dicit. Tantum debet actionem populi actio tranſcendere præſulis, quā tum diſtare ſolet a grege via paſtorum. Hinc Chriſtus volens eligere paſtorem gregi ſuo. *Meliorem hominem elegit*, Petrum. Et vt omnibus id conſtaret, interrogauit eum coram omnibus. *Petre diligis me plus his?* Ideſt charitate, ac perfectione cæteros antecelis? vtiq. domine. *Paſce ergo oues meas.* Et Seneca in tota epiſto. 74. id ſolum innititur ſuadere principibus, nullum alium eis gratiorem eſſe debere, quā philoſophiæ, & virtutibus ſtudentes, quos ſolum ad dignitates promoueant, & quibus curā regiminis tradant. Nec refert, ſi aduenę, ſi iuuenes ſi pauperes, ſi parum nobiles fuerint, dum tamen virtutū claritate cęteros trāſgrediantur. Dauid ab ipſo etiam patre indignus regno putabatur, quia puer, quia paſtor, quia ruſticus erat. Vnde venienti ſamueli ad eligendum in regem vnū ex filiis ſuis, cæteros omnes obtulit, præter Dauid. Sed Samuel ad eū dixit. Nullum horum elegit dominus. *Nunquid iā completi ſunt filij*, Et reſpondit. *Ad huc reliquus eſt paruulus, en paſcit oues.* Quaſi dicat, de illo nil curo, quia indignum prorſus iudico, qui diademate coronetur. Sed dixit ei Samuel, *mitte, & adduc eū, hunc certe elegit dominus*

Gen. 40.
Gregor.
Ioa. 21.
Seneca.
1. Re. 16

*in regem.* 1. Reg. 16. Quia licet iunior, & paſtor, melior eſt.

*Sed non ſic cõtingit nũc* Quãdo ex induſtria indignior quæritur ad electionem, quia non bonum cõmune, ſed propriũ quiſq. exardeſcit. ligna voluerũt eligere regem, & elegerũt rhamnum. La cambronera. Neſcio certe quod aliud indignius, deformius, & infructuoſius, atq. ad illam dignitatem inutilius inuenire poſſent. & Cant. 1. Volentes quidam eligere cuſtodẽ vinearum, elegerunt puellam quandam. quis vnquam vidit, ꝙ virgo paruula, quæ ſolum nouerat vbera ſuggere, ac de latere materno nunquam recedere, in cuſtodem vinearum eligeretur? quid inutilius ad illud offitium inuenire potuiſſent? & hoc certe, quia non quærebant bonum vinearum, ſed vtilitatem propriam, vt nemo eſſet, qui eos impediret, ne fructus illarũ raperent, & vino earũ inebriarentur. aliter longe conſulebat Ietro ſocer Moyſi, qui ſua debat ei eligere quoſdam de populo coadiutores operis ſui. Y q̃ condiciones an de tener? *Prouide viros potentes, & timentes Deum, & qui oderunt auaritiam.* Exod. 18. Et quia Hieruſalem videbat Ioannem omnibus meliorem eſſe, eum in præſulem eligere voluerunt, & ad hoc. *Miſſerunt ſacerdotes. &c.*

Iudic. 9.

Cant. 1.

Exod. 18.

*Tertio, etiã colligo.* Quoties & nos etiã ſeducamur exiſtimantes ꝙ tota vitæ ſanctitas, & perfectio conſiſtat in nuditate pedũ, in ſacco, in ueſte pellicea, in facie pallida, ac in mortificatione exteriorum, totũ hoc bonum eſt, laudabile eſt, inditium q. miræ virtutis eſſe ſolet. ideo Deus apparuit Moyſi inter ſpinas Exod. 3. & ſponſam ſuam dicebat eſſe ſicut lilium inter ſpinas, quia certe inter

Exod. 3.

ſpi-

ſpinas aſperrimæ vitæ ſæpius inuenitur Deus. Sap. 10. *Iuſtum deduxit dominus per vias rectas, & oſtẽdit illi regnũ Dei.* Per vias rectas viæ aſperę merito intelligẽtur, in aſcẽſſu enim adcacumina montium via recta aſperrima eſt, el atajo es vn rebenton. Perhas ergo vias rectas, aſperas, & dificiles ad cœlũ montem altiſsimum. *Deduxit dominus iuſtum, & oſtendit illi regnum Dei* Quia in illa aſperitate vitæ & Deus, & totum cœlũ ſolet inueniri. ſed nihil hominus quãdo Deus apparuit Hæliæ, prius veniebat ſpiritus grãdis esfortis ſubuertens mõtes, & contenens petras. *Sed nõ in ſpiritu dominus.* Et poſt ſpiritum ecce cõmotio. *Sed nec in commotione dominus.* Et poſt cõmotionem ignis, ſed; *Nec in igne dominus.* Vbi ergo erat dominus? *& poſt ignẽ ecce ſibillus aurę tenuis.* Et ibi erat dominus. Innuit certe ꝙ non ſemper in aſperitate vitæ, & veſtium la teat Deus. Sæpius enim ſub veſtibus ouium lupi rapaces conteguntur, vt dicitur. Mat. 7. Ac ideo Leuit. 11. inter dicitur comedere cygnum, quia cũ exterius niuem in candore ſuperet, intus tamen nigredine maxima fædatus eſt. Gen. 9. ſalido Noe del diluuio, le dixo Dios. Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, excepto, ꝙ carnem cũ ſanguine non comedetis. Non quia hoc prẽceptum aliquid augeat in Deo. nilequita nilepone, que el animal eſte bien deſſangrado quando el hõbre lo come. Sed quia vt notat Abulenſis ſuper gen. 9. quęſt. 3. per prohibitionem hanc omne genus crudelitatis interdicere voluit in eis, ſimiliter etiam & in prohibitione tot animalium Leuit. 11. id ipſum ſolummodo intendebat, ſecundum ſan Thomam. 1. 2. quæſt. 102. articu. 6. ad. 1. &

Marginalia: Sap. 10. — 3. Re. 19 — Mat. 7. — Leuit. 11 — Gen. 9.

Zirilum, & Clementem Alex.li.5.Stromat, vt vitia per illa ſignificata erra dicaret de cordibus eorũ. Et Philon judeus.l.de victimis dicit. Non propter victimas,ſed vt ſine omni culpa ſint qui eas offerunt idem dicit Hiero. in Iob. 28. Porque poco importaua,cierto que los animales rumiaſſen,o no, o tuuieſſen la pata hendida o no, ſino por lo q̃ ſignifica. Ideoq. interdicitur comedere cygnum. Nec enim totum ꝙ oculis lucidũ apparet,aurum eſt,quim potius vilis alchimia, & ſcoria ſæpius ſolet eſſe. ꝙ ſi ſemper in illa vitę aſperitate ad ſit Deus, non tamen in illa tantũ inuenitur, ſed etiã inmediocri,& ſuauiori diſcurſu aliorum. Ideo apparuit. *In ſibilo aurę tenuis.* Ideoq. nuptiis adeſſe voluit in chana. Et ſicut inuentus eſt Chriſtus in aſperrimo ieiunio quadraginta dierum in deſerto, non comedens, nõ bibens

Hiero.

Ioa.2.

& nõ veſtiens,ſic etiam in thabor inuentus eſt, veſtibus glorioſis indutus,ac tota luce,& gloria reſperſus, Ideo dicebat. *In domo patris mei manſiones multę ſunt.* Quia ad illas multis viis procedere poſumus, & Ezechiel vidit quatuor animalia ducentia currum quæ diuerſos valde habebant vultus, Aquilę (ſcilicet) Leonis, Bouis, & hominis,& omnia ducebant currum in patriam, quia tot viarum diferentiæ inueniuntur in patriam, alij enim ſunt aquilæ per contemplationem, & ſeparatione abhis inferioribus; alii ſunt leones in zelo legis, alii boues in tollerãdis laboribus vitæ, & alii ſunt homines, humanitatis,& miſericordiæ opera exercentes in proximos,& omnes his itineribus currum ducunt ad patriam. ob hoc ergo paulus monebat. *Inuocatione ſua quiſq. permaneat.* Quod minime dixiſſet, niſi per illam ad cælum

Mat.17.

Ioa.14.

Eze.1.

1.Cor.7

lum eum peruenire poſſe crederet. & Thimotheo dicebat. miniſterium tuū
1.Tim.4 imple. in eo enim vitam ęternam conſequeris, iſti ergo, ſeducti ſunt exiſtimātes Ioannem meſsiam eſſe ob aſperitatem vitæ, ideo. *Miſſerunt, &c.*

*Vt interrogarent eum, tu quis es?* offitium intellectus eſt cognoſcere, & quia ocioſus eſſe non poteſt, ſemper in eo offitio cognoſcēdi occupatus eſt duo poteſt cognoſcere, vel ſe ipſum, vel proximū. primum iocundū eſt Deo.
Gen. 18. Abraham Gen. 18. *Quia ſemel cœpi loquar ad dominum meum, cum ſim puluis, & cinis.* Siēdo io poluo, y ceniza, biē puedo hablar con vos ſeñor Dios mio otra vez. Immo ob eam cauſam nec ante ipſum apparere deberes, ſed certe calluit, quam gratus ſit Deo, qui ſe ipſum cognoſcit. Cant. 1. ſi ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi.
Quod explicat Aug. hom. Cant. 1
de paſtoribus poſita in to. Aug.
4. diui Hieronimi. Niſi cognoueris te ipſam, o pulcherrima, &c. eodem modo explicat Ber. trac. de diligendo Deo, ideo in hac occupatione exerceri de-
bet homo. ſic Aug. de ver- Aug.
bis domini, nihil eſt, ꝙ ſic quiſque cogitare debeat, quam quod in ſemetipſū oculos conuertat, ſe diſcat
ſe diſcutiat, & ſe cōſpiciat. Chriſoſt.
& Chriſoſt. ſuper ſtratum tuum, antequā tibi veniat ſomnus, profer in mediū conſcientiam tuam, & remineſcere peccata tua, ſiquid in verbo, vel in facto vel in cogitatione peccaſti. & Apoc. 4. Ioannes inter alias proprietates illorū animaliū hanc mirabi-
lem aſsignat, ꝙ. *Intus ple-* Apoc. 4
*na ſunt oculis.* Eſtraño caſo los ojos a dentro, quia ad opera propria ſemper attendunt animalia tendētia in patriam, nichil proſſus curantes de vita alio-

Mat. 5. rum, & Christus, *Beati mũdo corde, quoniã ipſi Deũ videbunt*. Super quod doctor quidam modernus dicit. Hoc pręmium mundis corde ſolũmodo promitti tur, quia iſti ſolũ modo attendunt ad mũditiam cordis, & ab operibus aliorũ auertunt oculos ſuos, ſic q. tantam cordis munditiam adepti ſunt, ac ideo Deum videre meruerunt. & Cant. 5. Sponſa laudat ſponſum ſuũ dicens. *Oculi eius ſicut columbæ quæ lacte ſunt lotæ, & reſidẽt iuxta fluenta pleniſsima.* Cant. 5. Origines tradit hanc proprietatem ineſſe colũbis, ꝙ ex aliqua rupi, reſpicientes aquam fluminis, ſe ipſas intuũt, & facies ſuas cõtemplantur. Orig. Laudat ergo ſponſa ſponſum ſuum, qui oculos habeat ad ſe ſolum modo in ſpiciendum, ideo q. lacte ipſo nitidior, & albior inuenitur, ac in innocentia & ſimplicitate ipſis columbis valde ſimilis, & Dauid. Pſ. 49. *Arguam te* Pſ. 49. *& ſtatuam contra faciem tuam*. Legit Aug. *Arguã te, conſtituam te ante oculos tuos.* Aug. Quid faciam arguendo te? modo te nõ vides, faciam vt videas te. Hanc ſibi ſumunt occupationem omnes electi. Sed cognitio hæc ſui valde dificilis eſt. Baſil. hom. 27. in examerõ refert de Demonay philoſopho, qui frequẽter diceret, nihil eſt dificilius quã noſſe ſe ipſum. Baſil. Et Plutarchus de conſolatione. Plutar. Hoc verbum, noſce te ipſum, haud magnum (breue ſentencia es, y bien pequeña (res vero quantũ Deorum ſolus nouit Iupiter. Lo que encierra en ſi aun no todos los dioſes lo alcançan, ſino ſolo el gran Iupiter. Negocio es reſeruado al ſupremo Dios. Interrogatus, Tales Mileſius quid eſſet melius in mundo? reſpõdit, virtus. Quid velocius? mens. El penſamiento. Hiſt. Quid fortius? neceſitas. Quid facilius? conſulere. Porque cada vno

pien

pienſa que ſe lo ſabe todo. Et quid dificilius? noſcere ſe ipſum. Sed noſcere ceteros valde facile eſt, dulce, ac iucundum hominibus. Grego. Grego. Naz. Nil ſuauius videtur hominibus quam aliena loqui, alienaq. curare. & tulius de tuſculanis Cicero. queſtionibus, propriũ eſt ſtulti aliena vitia curare, & ſuorum prorſus obliuiſci. Aug. Et Aug. curioſum eſt genus humanum ad cognoſcendum vitam alienam, & deſidioſum ad cognoſcendam ſuam. Ideo ſui prorſus obliti, in cognitione aliorum immorantur multi tales erant iſti ideo interrogant Ioannem. *Tu quis es?* nos tamen nos ipſos ſolummodo aſpiciamus vt vitia propria erradicantes, & virtutes omnes amantes, gratiam, & vitam æternam cõſequamur, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius.

# DOMINICAE TER-
## TIÆ ADVENTUS:
## SERMO SECVNDVS.

*Miſſerunt Iudei Sacerdotes & Leuitas ad Joanem. Ioa. 1.*

GEneſ. 39 Traditur, ꝙ cum Putiphar princeps exercitus Pharaonis, emiſſet Ioſephum in ſeruum, ac omnia bona ſua ei tradidiſſet, vxor eius eiecit in Ioſeph oculos ſuos, & dixit illi, *dormi mecum.* Sed reſpondit fidelis ſeruus, *ecce dominus meus omnibus michi traditis ignorat quit habeat in domo ſua, nec quicquam eſt, quod non tradiderit michi præter te, quæ vxor eius es quomodo ergo poſſum hoc malum facere?* Et ſic exardeſcebat mulier Ioſephũ quia erat pulcher facie, & decorus aſpectu. Ecce mirabilem figuram miſterij hodierni. Ioannes pulcher facie erat, & decorus forma, qui ſpetie virtutis valde enitebat, ob ꝙ ſinagoga eiecit oculos in eum dicens. *Dormi mecum.* Eſto vir meus, & ſponſus meus nequaquã (dicit Ioã.) quia vxor dñi mei es. & omnia ille michi ſeruo ſuo tradidit, preter te, quomodo poſſum hoc malum facere? ad hoc. *Miſerunt Iudei ſacerdotes, &c.*

Gen. 39.

D. Ioan.

Aue Maria.

*Miſerunt Iudei.* Hanc propoſitionem tota philoſophorum, ac theologorũ ſchola approbat, ꝙ virtus ipſa ſit per ſe appetẽda ſine

alio

alio reſpectu aut præmio, vel conſideratione, hinc poeta quidam cecinit. Ipſa quidem virtus ſibi met pulcherrima merces. Qua ſi dicat, ipſa met virtus pulcherrimum pręmium eſt habentis. Hinc & Plato dixit, tāta pulchritudine virtutem eſſe condecoratam vt ſi corporis oculis videri poſſet, mirabiles in nobis excitaret amores. Et Cicero. 2. de orat. id ſatis ponderauit dicens. Virtus eſt per ſe ipſa laudabilis, & ſine qua nihil laudari poteſt. Et in lelio dixit. Nihil eſt amabilius virtute. qui pe cūm propter virtutem, eos etiam, quos nunquam vidimus, laudemus & diligamus. & quod maius eſt, eam etiā in hoſtibus amamus. Vtinam tam amicus eſſet, quam bonus Dixit princeps quidam de ciue quodam ſibi ſubdito, quaſi dicat, quantumcumq. oderim eum, non poſſum virtutem eius non recognoſcere, & Chriſoſt. de domi

Poeta.

Plato.

Cicero.

Ioan.

na Ioſeph dicit, hom. de Ioſeph vendito. habe tu mulier de teſtanda veſtimenta quæ tenes, configefalſas calumnias, ac tuo mari to perſuade, conſcientiam tuam non fallis, qua ſuperatā te ab innocente cognoſcis. quaſi dicat, licet cōtra illum tot calumnias prępares, cognoſcis certe intra te ipſam quantæ virtutis ſit iuuenis ille. ſic etiam bene poſunt lyſtrēſes lapidare Paulum, & ſemi mortuū extrahere extra ciuitatem ſed virtutem eius non admirari, atq. venerari minime poſſunt. Vnde Paulo ante clamauerant. *Dijſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos.* Et proni adorabant eum. Sic poteſt etiam impius odire juſtū, ſed eius virrutem non cognoſcere, & venerari minime valet. formato homine. *Inſpirauit Deus in eo ſpiraculum vitæ.* Gen. 2. Hebreus habet. *Spiraculū vitarum.* Duas enim vitas ſpirauit in eum, alterā cor

pora-

Chriſoſt.

Act. 14

Gener. 2.

poralem, quam anima corpori preſtat, alteram ſpiritualem gratiæ, quæ hominem ad altiora eleuat, & ab illecebris carnis retrahit. Secundum illam poteſt equidem homo vitia amplexari, ſed ſecundum hanc virtutem non preferre, anteponere, & venerari minime valet. Et pater Aug. to. 5. f. 62. Scribẽs ad Marcellinũ, dicitquoſdam fuiſſe philoſophos virtutibus multis decoratos, ſed non alio fine, quã propria gloria ducti & addit, virtutes habenti magna virtus eſt contemnere gloriam. Tantam enim ſecum afert virtus, vt maxima virtus iudicetur eam repellere & cõtemnere poſſe. Quid ſi ad hoc addas, quod ipſa ſola vero honore digna ſit? Hinc Ariſtote. 4. Rethor. 3. definiens honorem dicit. Honor præmiũ eſt virtuti debitum, & quo ſolus bonus dignus eſt. Et Plato eandem difinitionem aſsignat dicens, quod honor ſit dignitas per virtutem acquiſita. Ecce virtus de difinitione & eſſentia honoris eſt, & honor de difinitione virtutis. Ex quo patet, quod honor de iure bonis ſolummodo debetur. Et huc tendebat mirabilis inuentio illa, qua Marcus Marcellus duo tẽpla cõſtrui fecit, vt tradit Aug. lib. 5 de Ciuit. Alterum templũ honoris erat, alterum virtutis, ſed eo ordine conſtructa, ꝙ primo loco fieret templum virtutis, & ſecundo templum honoris, ita tamen vt ad ſecundum nullus aliunde pateret ingreſſus, niſi per primum. Innuens, nullum ſpẽ de honore conſequendo habere debere, qui illum propria virtute non cõpararet. Ideoq. apud romanos hic mos ad huc ſtabat, vt maiores dignitates inter meliores ſemper diſtribuerentur. Claudianus dicit. Altera Romæ longe rectoribus aulæ conditio virtute dicet, non ſangui-

Aug.

Ariſt.

Plato.

Hiſto.

ne tuti Ideoq. Titus Liui.
lib. 1. Ab vrbe condita di-
cit. Romę omnis repenti-
na, atq. ex virtute nobil-
tas fuit. Que nacio la noble
za repentinamente de la
virtud. Cum ergo Hebrei
per romanos gubernaren-
tur, hunc ſibi laudabilem
morem vendicauerant vt
optimos quoſq. ad dig-
nitates promouerent, nil
aliud conſiderantes. Pu-
tantes ergo ꝙ Ioãnes bap.
ſuo videri in exteriori ap-
parentia vitæ longe emi-
neret, & Chriſtum ipſum
ſuperaret in aſperitate, in
ieiuniis in prædicatione,
in veſtibus pelliceis, &c.
*Lyra.* Hoc enim ſecundum Ly-
ram eſt. *Medius enim ve-
ſtrum ſtetit.* Ideſt cõmu-
niter viuens inter homi-
nes, Chriſtus enim cõmu-
nem vitã duxit inter eos.
Dignitate ſupprema, Chri
ſto debita eum induere vo
luerunt. Ideo. *Miſerunt
ſacerdotes & leuitas ad
Ioannem. &c.*

*Miſerunt.* Eſcogian
prelado de manga y a ſu
guſto, paraque diſsimulaſ-
ſe ſus faltas. Sed reſpon-
dit. *Ego vox clamantis
in deſerto.* Ideſt in conſ-
cientia peccatoris, quæ ab
omni germine bono va-
cua & deſerta eſt. Buſ-
cando vn Meſsias mudo,
hallaron vno que todo era
lengua, y voz para repre-
hender vicios. Et hoc ho-
die magis viget, quando
ad id ſolum aſpirant ele-
ctores, vt ad deſideria ſua
eligantur prælati. Vnde
non meliores, ſed ſibi vti- *Histo.*
liores elegi curant. Phi-
diam celeberrimum ſculp
torem exorauerunt Athe
nienſes vt eſtatuam ve-
neris faceret eis tota per-
fectione cõpletam, quod
opus duobus diſcipulis
ſuis tradidit Phidias, quo-
rum alter erat Athenien-
ſis, alter vero alienige-
na, & quilibet eſtatuam
vnam fecit, quas ambas
emerunt Athenienſes ab
illo, ſed factam a conciue
Atheniẽſe poſuerunt intra

templum, alteram vero facťam ab alieni gena colloçauerunt extra ciuitatem, quaſi dicãt, hunc cõciuem noſtrum volumus in Deũ noſtrum, alienigena vero mittatur foras, quia nõ ſic curabit noſtras implere volantates, & deſideria. Sic prorſus hodie conciuẽ quiſq. & cõterraneum eligere curat in præſulem, à quo maiora expectat beneficia. Et ſic Iſa. 16 Clamabant illi. *Emitte agnum domine dominatorem terræ.* Ecce agnum petunt ingubernatorem ſuum, qui potius regi, & gubernari ſolet, quam regere, & gubernare, vt illum ipſi quaſi ſua voluntate dirigant, & dirigantur ab illo. Venga vn Rey manſo innocente como cordero, que no haga mas de lo que noſotros le dezimos. Et hinc tota cõmunitatis ruina dimanat. Nam cum hominem regere, & gubernare ſit ars artium, & diſciplina diſciplinarum, qui certe inter omnia animãtia maxime moribus varius eſt, & voluntate diuerſus. Vt dicit Gre. in Mor. Et Griſologus dicit, ars eſt imperare, non ſolum dignitas. Et quidem ars Omnium maxime neceſſaria, & excelentiſsima. Iſti ſic electi ſine vlla forte virtute, aut idoneitate ad regendũ, quem fructũ afferre poterũt communitati? immo dextructionẽ maximam. Pro. 26. *Sicut qui mittit lapidem in acerbum mercurij, ſic qui tribuit ſtulto honorem.* Ideſt dignitatem. 70. ventunt. *Sicut qui mittit lapidem in funda.* Lapis ad quid mittitur perfundam? Para que ella ſe pierda, y dañe a otros. Ad idẽ prorſus conſtituitur in dignitate ſtultus. Vel quaſi dicat. Y a todo va violento, y como arrojado con vna honda. Y con eſſa fuerça ſe eligen los prelados de manga. Et hoc eſt. *Mittere lapidẽ in accerbum mercurij?* Vtiq. quia ne iſte prælatus cadat,

Iſa. 16.

Gregor.

Griſolo.

Pro. 26.

daſ, & dextruat quos ſub ſe inuenerit. Es meneſter ſuſtentarlo á hombros cada dia, como ala eſtatua de Mercurio poniendole piedras cada dia. Et Griſologus ſuper illud Iudic. 9. vbi ligna elegerunt in regem ramnum, dicit, ligna ſiluarum non oliuam, non ficũ, non vitem ſed ramnũ elegerũt ſibi in regẽ. *Et egreſſus eſt ignis de ramno, & deuorauit cedros libani.* Quod cõtra eos dicit, qui indignum eligunt in præſidem, quos idem Deo diſponente inſequetur, & affliget. Et Griſologus dicit, ſi contingat quẽquam, vel per amicitiam, vel per aliã cauſam ab aliquo adepiſcopi dignitatem euehi in dignum, omniũ quæ ab illo acta fuerint, ipſe reddet rationem. Claudianus dixit, de Eutropio, qui indigne promotus fuerat ad præſulatum, & indigna quotidie faciebat. Viue pudor fatis. para confuſion, y verguẽça delos hados, Quæ pudore ſuffundentur, quia talẽ elegerunt. Et Iſa. 30. *Væ vobis filij deſertores, vt faceretis conſilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meũ, vt adderetis peccatum ſuper peccatum.* Pro illo. *Ordiremini telam.* Dicit Hebreus. *Vt poneretis principes, & non ſecundum voluntatem meam* Væ ergo vobis hęc fauentibus, quia hoc eſt, vt peccatum ſuper peccatum addatis. Ideſt, cada dia añadireys pecados a pecados. Quia quotidie prælatus ille indigna faciet, de quibus vos rationẽ reddere debetis. Todo va a vr̃a cuenta. Videte ergo quos eligatis. Nam vt dicit Ambroſius de offitio. Quomodo potes eum iudicare conſilio ſuperiorẽ, quem videas inferiorem moribus? ſupra me debet eſſe, cui me comittere paro. Et quia Ioannes ſupra omnes apparebat in moribus Ideo ab omnibus deſiderabatur in meſsiam.

*Griſolo.* *Griſolo.* *Hiſt c.* *Iſa. 30.* *Amb.*

*Miſerunt iudei, &c.*

Miſerunt. Auguſtinus Zirilus, & Origines dicunt ſuper hoc, ꝙ bono zelo miſerunt ad Ioannem iſti, exiſtimantes ꝙ vere ipſe eſſet meſsias. Moti quidem ex eo quod dixit Lucas cap. 3. *Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis De Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus*. El motiuo deſta embaxada fue ver que todo el pueblo ſe iua tras el, y penſaua ſer el el meſsias. Sic Aug. in Ioannem. Non mitterent, niſi mouerentur excellẽtia authoritatis eius, quia auſus eſt baptizare. Sed Chriſoſtomus dicit ex odio contra Chriſtum dominum id feciſſe, vt inſurgerent con tra eum, fauente Ioanne Lo querian hazer cabeça de vando contra Chriſto. Quod ex illis verbis colligi poſſe videtur. Vos miſiſtis ad *I*oannem, & voluiſtis ad horã gloriari in lumine eius. *I*oan. 5. Bien ſabiades que no os podia durar mucho ſu reynado, ſino por no recebirme a mi. Aut vt in ipſum *I*oannem inſurgerent, ſi ipſe non eſſet meſsias. Sic dixerunt. *Quid ergo baptizas?* Sed quidquid ſit de intentione illorũ, hoc certũ, eſt ꝙ omnia ſigna Chriſti venturi prænuntiata à prophetis, longe erant a *I*oanne Vnde neſcio qualiter ſeduci potuerint in Ioanne. Chriſtus promiſſus fuerat de tribu iuda, *I*oãnes erat de tribu leui Chriſtum de virgine naſciturum prædixerat *I*ſaias. 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Et *I*oannes non de virgine, ſed de ſterili natus eſt. Luc. 1. de Chriſto prędixit Micheas. 5. ꝙ naſciturus erat in betleem, & Mat. 2. *Cũ natus eſſet Ieſus in betleem iudæ.* Ioannes vero natus eſt in ciuitate Hieruſalem. Nec gloria miraculorũ poterat *I*oanni cõuenire, quia ex induſtria for-

te.

Origi. — Luc. 3. — Aug. — Chri. — Iſa. 7. — Luc. 1. — Mat. 2.

Io. 10. te. *Ioannes nullũ ſignum fecit.* Quo modo ergo ſeduci potuerunt iſti? multi multa dicunt. Sed ego id eueniſſe coniicio, propter maximam ſimilitudinem *I*oannis cũ Chriſto ſuper cæteros homines. *In* conceptione enim in eo ſimiles inueniuntur, ꝙ ab eodẽ angelo vterq. anunciatus, Gabriel enim ad vtrum q. nuntiandum deſcendit, vt

Luc. I. patet. Luc. 1. immo Chriſtum nunciauit intra priuatos parietes domus ſuæ & *I*oannem intra ipſum templum ad ſancta ſanctorum Et inter alias cauſas, hæc forte non minima fuit, quare pater mutus remanſit, ne ſcilicet imperito vulgo ac perfacili hoc dixiſſet ex quo maiorem exiſtimaret *I*oannem. Quod ſi eos conferas in natiuitate, tot prodigia viſa ſunt in natiuitate *I*oãnis, vt ſi in conceptione oportuit obmuteſceret pater, ne quod vidit atteſtaretur, in natiuitate oportuit linguã eiusſolui, vt proclamaret, natũ illũ nõ eſſe meſsiã ipſum, ſed Meſſię pręcurſore. *Tu puer pro-* Luc, I. *pheta altiſsimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare vias eius.* Luc. 1. Et cum iterum ipſi duo conuenirent in iordane ne multitudo ſeducerentur, ſigno cæleſti oſtenſũ eſt, ꝙ nõ Ioannes, ſed Chriſtus eſſet verus meſsias, deſcendit enim colũba ſuper caput eius. *Et vox patris in-* Mat. 3. *tonuit, hic eſt filius meus dilectus.* Digito demonſtrans Chriſtũ. Ideſt ſpiritu ſancto de cœlo emiſſo ſub ſpetię colũbæ, qui digitus Dei dicitur in ſcriptura. Et cũ iterũ euãgeliſta Ioannes in hiſtoria ſua eos cõiungeret cap. 1. Neceſſariũ duxit addere ad Ioãne. *Nõ* Ioa. I. *erat ille lux, ſed vt teſtimonium periberet de lumine.* Immo quoties ipſi duo alicubi concurrebant. exclamabat Ioannes ad circunſtantes, demonſtrans Chriſtum. *Ecce agnus Dei, ecce* Ioa. *qui tollit peccata mundi.*

Quaſi dicat, ne ſeducamini in me, iſte enim eſt meſſias, & non ego. Ex hac ergo maxima ſimilitudine ſeducti. *Miſerunt &c.*

Item in ſuper naturalibus. Nullus homo ſimilior Chriſto quam Ioãnes. licet enim quilibet homo ſit imago & ſimilitudo
Gen. 1. Dei, vt dicitur Geneſ. 1. faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã.
Aug. Aug. Tamen hanc differẽtiam cognouit inter imaginem, & ſimilitudinẽ, ꝙ imago referatur ad dona naturalia, ſimilitudo autẽ ad ſupernaturalia. Et nota ꝙ quando homo peccauit non amiſsit naturalia, ſed ſupernaturalia. Vnde peccando non amiſsit id ꝙ eſt ad imaginem Dei, ſed id quod eſt eſſe ad ſimilitudinem eius, quia hæc ſimilitudo in ſupernaturalibus conſiſtit, quæ per peccatum amiſsit. Vnde reſurgere a peccato eſt, ſupernaturalia iſta amiſſa recuperare, ac per conſequens et ſimilitudinem Dei. Cum ergo non omnes æquali affectu contritionis reſurgant hinc eſt ꝙ nec omnes reſurgentes æqualiter ſimilitudinem illam Dei recuperent. Sed magis vel minus, ſecundum maiorem vel minorem diſpoſitionem, qua reſurgunt. Vnde licet quantum ad imaginem omnes ęqualiter Deũ repreſentent, & Deo ſimiles ſint; non tamen quantum ad ſimilitudinem. Sed alii magis, alii minus pro qualitate diſpoſitionis, qua ſurrexerunt. Cum ergo prima veritas affirmet. *Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioanne Bap.* Mat. 11.
Ergo nec ſimilior verbo Dei Chriſto domino. Ideo iſti ſeducti. *Miſſerunt. etc.*

*Non ſum ego Chriſtus.* Ex hac reſponſione colligunt Ziril. lib. 1. Ioan. cap. 7. Et Hieronimus in Iſa. capi. 40. quod clare, & aperte interrogatus fuerit Hiero.

rit Ioannes, an ipſe eſſet Chriſtus, Sed Chriſoſto mus hom. 15. in Ioan. Credit ꝙ Ioannes calluit intentionem interrogantiũ, & ad eam reſpondit, non ſum ego Chriſtus. Idem ſentit Lyra ſuper hoc. Reſpondet (inquit) intentioni eorum. Ad hoc enim quæ rebãt, *Tu quis es?* vt reſpõderet eis ſi eſſet Chriſtus vel non. Verba plura perdere nolebat amator ſilentij, ideo ad intentionem reſpondit interrogãtium, volens plures interrogationes impedire. Quod ſępius ſeruare ſolent ſancti, vt ſilentium ſeruent, ſcientes ꝙ de omni verbo ocioſo reddituri ſunt rationem aliquando. Vnde prima vice interrogatus reſpondit, non ſum ego Chriſtus. Secunda vice breuius ſe expediuit, non ſum. Tertia vice ſolum reſpondit. Non, Todo es ahorrar de palabras. Hoc docuit ſpiritus ſanctus Eccle. 32. *Adoleſcens loquere in tua cauſa vix.* Ideſt, Con tan pocas palabras q̃ ſe eche de ver, q̃ ſalen por fuerça, y poco guſto. Et addit. *Sibis inter rogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum.* La primera vez reſponde a quien te preguntare, a la ſegunda reſpondele con la cabeça, baxandola, no con la boca, ahorra de palabras, habla poco. Et ideo ad intentionẽ reſpondere ſolent ſancti multoties. Hęrodes ſciſcitabatur a ſapientibus, vbi Chriſtus naſceretur, qui dixerunt. *In Betleem iuda*, & allegant prophetam Micheam. 4. *Et tu Betleem terra iuda* Nequa quam minima es in terra iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Et propheta addidit. *Et egreſſus eius ab initio, a diebus æternitatis* Tiene dos ſalidas, dize Micheas, vna dela æternidad, y otra de Betleem. Et iſti primam indicare noluerunt, ſed ſecundam. Quia reſpondere voluerunt ad

Marginalia: Chriſoſt. — Lyra. — Mat. 12 — Ec. 32. — Mat. 2. — Mich. 4

Quaſi dicat, ne seducamini in me, iſte enim eſt meſſias, & non ego. Ex hac ergo maxima ſi militudine ſeducti. *Miſerunt &c.*

*Item in ſuper naturalibus.* Nullus homo ſimilior Chriſto quam Ioãnes. licet enim quilibet homo ſit imago & ſimilitudo Dei, vt dicitur Geneſ. 1. faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Aug. Tamen hanc differẽtiam cognouit inter imaginem, & ſimilitudinẽ, ꝙ imago referatur ad dona naturalia, ſimilitudo autẽ ad ſupernaturalia. Et nota ꝙ quando homo peccauit non amiſsit naturalia, ſed ſupernaturalia. Vnde peccando non amiſsit id ꝙ eſt ad imaginem Dei, ſed id quod eſt eſſe ad ſimilitudinem eius, quia hæc ſimilitudo in ſupernaturalibus conſiſtit, quæ per peccatum amiſsit. Vnde reſurgere a peccato eſt, ſupernaturalia iſta amiſſa recuperare, ac per conſequens et ſimilitudinem Dei. Cum ergo non omnes æquali affectu contritionis reſurgant hinc eſt ꝙ nec omnes reſurgentes æqualiter ſimilitudinem illam Dei recuperent. Sed magis vel minus, ſecundum maiorem vel minorem diſpoſitionem, qua reſurgunt. Vnde licet quantum ad imaginem omnes ęqualiter Deũ repreſentent, & Deo ſimiles ſint; non tamen quantum ad ſimilitudinem. Sed alii magis, alii minus pro qualitate diſpoſitionis, qua ſurrexerunt. Cum ergo prima veritas affirmet. *Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioanne Bap.* Ergo nec ſimilior verbo Dei Chriſto domino. Ideo iſti ſeducti. *Miſſerunt. etc.*

Gen. 1.
Aug.
Mat. 11.

*Non ſum ego Chriſtus.* Ex hac reſponſione colligunt Ziril. lib. 1. Ioan. cap. 7. Et Hieronimus in Iſa. capi. 40. quod clare, & aperte interrogatus fuerit

Hiero.

rit Ioannes, an ipſe eſſet Chriſtus, Sed Chriſoſtomus hom.15.in Ioan. Credit ꝙ Ioannes calluit intentionem interrogantiũ, & ad eam reſpondit, non ſum ego Chriſtus. Idem ſentit Lyra ſuper hoc. Reſpondet (inquit) intentioni eorum. Ad hoc enim quærebãt, *Tu quis es?* vt reſpõderet eis ſi eſſet Chriſtus vel non. Verba plura perdere nolebat amator ſilentij, ideo ad intentionem reſpondit interrogãtium, volens plures interrogationes impedire. Quod ſępius ſeruare ſolent ſancti, vt ſilentium ſeruent, ſcientes ꝙ de omni verbo ocioſo reddituri ſunt rationem aliquando. Vnde prima vice interrogatus reſpondit, non ſum ego Chriſtus. Secunda vice breuius ſe expediuit, non ſum. Tertia vice ſolum reſpondit. Non, Todo es ahorrar de palabras. Hoc docuit ſpiritus ſanctus Eccle.32. *Adoleſcens loquere in tua cauſa vix.* Ideſt, Con tan pocas palabras q̃ ſe eche de ver, q̃ ſalen por fuerça, y poco guſto. Et addit. *Sibis inter rogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum.* La primera vez reſponde a quien te preguntare, a la ſegunda reſpondele con la cabeça, baxandola, no con la boca, ahorra de palabras, habla poco. Et ideo ad intentionẽ reſpondere ſolent ſancti multoties. Hęrodes ſciſcitabatur a ſapientibus, vbi Chriſtus naſceretur, qui dixerunt. *In Betleem iuda*, & allegant prophetam Micheam. 4 *Et tu Betleem terra iuda* Nequaquam minima es in terra iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrrael. Et propheta addidit. *Et eggreſſus eius ab initio, a diebus æternitatis* Tiene dos ſalidas, dize Micheas, vna de la æternidad, y otra de Betleem. Et iſti primam indicare noluerunt, ſed ſecundam. Quia reſpondere voluerunt ad inten-

Chriſoſt. — Lyra. — Mat. 12 — Ec.32. — Mat.2. — Mich. 4

intentionem interrogan-
3.Re.22. tis, Et 3 Re.22. Interroga-
tus Micheas a rege, ire debemus in ramoth ad præliandum? & qui præceſſerant miniſtri regis exorauerant Micheam, vt bona regi prædicaret, vt fecerant cæteri prophetę. Et reſpondit propheta. *Aſcẽde, & vade proſpere, & tradet dominus in manus regis.* Ad voluntatem regis loquebatur, non ad ſuã, nec ad veritatem. Et hoc
Iob.12. eſt quod dixit Iob. 12. *Adducit cõſiliarios in ſtultum finem.* Ideſt, qui loquãtur ſecundum intentionẽ peſſimam eorum, qui conſiliũ petunt. Quod permittet Deus ad vltionem ſuę peſſimæ intẽtionis. Et Oſſeas.
Oſes.4. 4. *Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius anunciabit ei.* Eſte mi pueblo en ſu palo me pregunta, en ſu palo le reſpondere. Ideſt ſecundum peſſimam intentionẽ eorũ. Eſt pœna peccati. Sed ſancti ad intẽtionẽ reſpondere ſolent, ne plura verba perdant. Acceſsit iuue- Mar.10
nis quidam ad Christum dicens, magiſter bone, quid faciam, vt vitam ęternam percipiam? ad quem Chriſtus. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus.* Quia hoc in intentione ſua portabat ille, ꝙ Chriſtus nõ eſſet Deus. iterum acceſſerunt diſcipuli dicentes, domine etiã demonia ſubiiciuntur nobis. Et reſpondit Chriſtus
*Videbam ſathanam ſicut* Mat.10
*fulgur deſcẽdẽtem de cœlo.* Non ad verba, ſed ad vanam gloriam intus latẽtem reſpondit. Iterum petierunt ab eo. *Quis putas maior eſt in regno cœlorũ?* Mat.18. Reſpondens ad intentionem vocauit puerũ Mat.18
dicens. *Niſi eficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum.* Non petimus a te, quis intrabit in regnum cęlorũ, ſed quis in eo maior ſit? Et ego ad intentionem veſtram, quã calleo reſpõdeo, ꝙ nec ſuperbi, nec vani, nec elati,

 nec

nec ambitioſi, quales vos video ſed paruuli. Et eo quis maior erit in regno cœlorum, quo humilior. Sic & Ioannes qui ſilentio deſerti aſſuetus erat, verbis parcus ad intentionem reſpondit interrogantiũ. *Non ſum ego Chriſtus.*

N*On ſum ego Chriſtus.* Ioannes Euange. Dixit de Ioanne noſtro. *Non erat lux, ſed vt teſtimoniũ*
Ioa. 1. *per hiberet de lumine.* Nõ negat lucem eſſe Ioannem cùm de ipſo dixerit Chriſtus. *Erat lucerna ardens, & lucens. Ioa.* 5. Sed dicit
Ioa. 5. ꝙ non erat Ioannes lucerna illa vera, a qua lucernæ cæteræ incenduntur, & de qua ipſe Ioannes dixerat.
Ioa. 1. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ.* Hoc enim ſoli Chriſto cõuenit. Vnde dicens. *Non erat ille lux.* Voluit dicere non erat ille Chriſtus. Et hoc idem reſpondet ipſe hodie. *Non ſum ego Chriſtus.* Non erat Ioãnes hęc lux vera. Sed in tantum ſimilis ei erat, vt neceſſariũ duxerit Ioannes dicere, *nõ erat ille lux,* Quod ipſe nõ eſſet lux vera, ne cæteri ſe ducerentur O magna excellentia, & magnitudo Ioannis. cæteros ſanctos magnificamus ex magnitudine miraculorum. Petrum celebramus magnũ, & merito quidẽ, quia vmbra ſua ſanabat egrotos. Paulum quia mortuos ſuſcitabat &c. Sed ne in tantum opinio Ioannis creſceret, vt Deus iudicaretur, neceſſarium fuit prædicari de illo. *Ioannes nullum* Ioa. 10.
*ſignum fecit,* Et. *Non erat ille lux.* Para acreditar a Chriſto oportuit illum vndiq gloria, ac luce reſpergi in thabor, & non ſemel tantum ſed bis intonare patrem. *Hic eſt filius* Mat. 17
*meus dilectus.* Sed iam opinio Ioannis tantum increuerat apud omnes, quod oportuerit opinionem eius minui in popu-

lo. Deſacreditarlo. Et publice prædicari de illo. *Non erat ille lux.* Ne ſeducerentur populi. & ipſe clamat hodie. *Nõ ſum ego Chriſtus, &c.*

N*On ſum ego Chriſtus* Ecce magna cõſtãtia Ioãnis, quã merito dominica elapſa prædicauit Chri
Mat. 11 ſtus. *Quem exiſtis videre arundinem vento agitatã?* Quaſi dicat, immo columnam ferream, quæ nec aduerſis flectitur, nec proſperis agitatur. Crudelia enim vtrinq. inſurgunt nobis
2. Cor. 6. bella. Ideo pau. 2. Cor. 6. *In omnibus exhibeamus nos met ipſos ſicut Dei miniſtros.* Como? *Per arma iuſtitiæ.* Ideſt, conſeruando la virtud, y retiniendo la aferrada, que no ſe nos vaya. *A dextris & á ſiniſtris.* Et ſe explicat. *Per gloriam & ignobilitatem per infamiam, & bonam famam, vt ſeductores, & veraces.* Quaſi dicat, in aduerſis, & in proſperis ne ſuccumbatis. Ideo etiam Greg. Super illud ezech. Grego.
41. Quod ad ſiniſtram, & ad dextram templi erant palmæ (quæ ſimbolum victoriarũ ſunt) dicit. Quia ſi vbiq. pugnæ, vbiq. tryũphandi occaſiones. Et viri illi, quos vidit in cælo Ioãnes Apoc. 14. amicti erant ſtollis albis. *Et palmæ in*
*manibus eorum.* Non dixit. *In manu.* Sed. *In manibus.* Quia in vtraq. manu habebant palmas. & dignũ equidem eſt vt qui in vtraq. manu habuit pugnas, in vtraq. etiam manu victoriarum gloriam coronentur. Sed certe licet in aduerſis non agitari magna fortitudo ſit. Hinc laudatur ſpõſa. *Quod aquę mul* Apo. 14
*tæ non potuerunt extinguere charitatem eius, nec flumina obrruent illam.* Ideſt impetus, & tempeſtas calamitatũ. Et Iob poſt duritiam aflictionum ſuarum dicebat. *Etiam ſi occiderit me ſperabo in eo* Iob. Cant. 8
13. & Pau. Rom, 8. *Quis po* Iob. 13

*teris*

*terit nos ſeparare a charitate Dei. An tribulatio? an anguſtia? &c. Certus* Rom. *ſum, ꝙ nec tribulatio, nec anguſtia, &c.* Sed in proſperis non flecti, nec efferri longe maior conſtantia, ac fortitudo iudicatur. Ideo, qui in aduerſis deficere non nouit, dicebat. *Ab altitudine Diei timebo.* Pſal. 55. De la cumbre Pſ. 55. de la luz del medio dia. Ideſt a claritate, & altitudine proſperitatis. Et merito timebit eam, quæ primum Angelum præcipitauit é cœlo, & primum hominem è paradiſſo. Audito enim. *Eritis ſicut dij* Gen. 3. Quamcitius manum extenderunt ad cibum vetitum Hinc Greg. Superbia Gre. cœleſtes appetit mentes. Alla ſe entra en los cielos, y pienſa ſacar mas ganancia. Hinc & Paulus ad tertium cœlum raptus, ne á 2. Cor. 12 ſuperbia etiam raperetur, ſtymulo carnis colaphizatur. Vnde cum omnia aduerſa mundi audacter ad certamen prouocaſſet; proſperitatem tamen non eſt auſus vocare ad duellũ Alieno enim periculo edoctus timuit illam. Et Eccli. 27 *Propter inopiam multi deliquerunt.* Ideſt propter aduerſa. Sed propter Eccli. 29 proſperitatem, ac fælicitatem, omnes fere ceciderunt. Sic Dauid Pſal. 90. *Cadent á latere tuo mille, &* Pſal. 90 *decẽ millia a dextris tuis.* Per ſiniſtram aduerſa, & per dexteram proſpera deſignantur. Quaſi dicat Dauid, multo plures cadunt in proſperis, quam in aduerſis. Cum ergo ardua res ſit in proſperis non flecti, in cœlum vſq. Ioannẽ laudibus efferamus, qui in tanta proſperitate oblata Reſpondet hodie. *Non ſum ego Chriſtus.*

*Cuius non ſum dignus.* Corrigiã calceamẽtorum ſoluere. Puto ego ꝙ Chriſtus nunquam calceamenta portauerit in pedibus ſuis, & hoc ſic exiſti-

mo, ea ratione motus, ꝙ ipſe diſcipulis ſuis præcepe-
Luc. 10. rit. Luc. 10. *Nolite portare ſacculum, neq. calceamenta.* Et quicquid verbo docuit Chriſtus prius docuit
Act. 1. opere. Vt patet Act. 1. *Primum quidem ſermonem feci otheophile, de omnibus quæ cæpit Ieſus facere, & docere.* Prius ergo faciebat & poſtea docebat Præcipiens ergo diſcipulis. *Nolite portare calceamenta.* Inditiū eſt ꝙ nec ipſe ea portabat. Vnde dicens *Ioānes Cuius nō ſum dignus, vt ſolnā eius corrigiam calceamēti.* Metaphorice quidē loqutus eſt, quaſi dicat, nō ſum dignus miniſtrare ei in minimo officio in quo minimi ſerui miniſtrare ſolent dominis ſuis. Que es deſcalçar los çapatos. Et eſt phraſis apud nos ſatis frequens ad indignitatem noſtram pōderandam, & excellentiam aliorum extolendam, dicere. No merezco deſcalçarle los çapatos. Hoc eſt quod dicit Ioānes. *Non ſum dignus vt ſolnam, &c.* Veram viam ad inuenit Ioānes, qua exalta
retur. *Excelſus enim domi-* Pſ. 137.
*nus humilia reſpecit in cœlo, & in terra, & alta a lōge cognoſcit.* Super quod
Aug. Ser. 175. De tempo- Aug.
re. Homilia de proximo reſpicit, vt attolat. Alta de longe cognoſcit, ideſt ſuperba, vt deprimat. Humilietur ergo qui deſiderat
exaltari. Hinc Greg. hom. Grego.
38. Ad populum, ſi tu vis magna reddere vota tua, ea ne magna eſſe reputes. Tente en poco, ſi quieres
ſer tenido en mucho. Pau- 1. Cor. 15
lus dicebat. *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſequtus ſum Eccleſiam Dei.* Vnde primus Apoſtolus effectus eſt, & quiper
anthonomaſiam vocatur Pſ. 121.
Apoſtolus. Et David *Ibi ſederunt ſedes in iuditio.* Mirus certe modus loquēdi. Se aſſentarō las ſillas. Qua ſi dicat, qui hic ſedes fuerunt, ſuper quas omnes ſedebant, & quas omnes pedibus

dibus ſuis calcabant, illic ſe
debunt ipſi ſuper omnes,
ac ſub pedibus ſuis habe-
bunt eos ſubiectos, quia lõ
ge altiora occupabunt. q
dixit Zach. 14 & erunt le-
betes in domo dñi q. phia
læ coram altari. Quod ſic
exponit Hieronimus. Tiẽ
po vendra q̃ todos los que
aora ſiruen en la caſa de
Dios de calderos para co-
zer las carnes de los ſa-
crificios, que eſtan en la
cozina, entre tizones ne-
gros, y tiznados, ſiruan
de vaſos de plata, para or-
nato del altar, y en que ſe
põgan las flores, y ramille
Mat. 18 tes de fragrãcia. Petierunt
Apoſtoli. *Quis maior eſt
in regno cœlorum?* Et reſ-
pondit Chriſtus. *Niſi effi-
ciamini ſicut paruuli non
intrabitis in regnum cœlo
rum.* Quaſi dicat, qui hic
minor fuerit, ibi altius exal
tabitur. Superbus Pharao
Deum ſe eſſe ſomniabat,
& dicebat *Mea ſunt flu-* Ezec. 29
*mina, & ego feci ea.* Et Na
bucho ſtatuam aureã ere
xit, vt adoraretur, & dice- Iſa. 14.
bat *In cœlum conſcendam,
& ſuper aſtra Dei exalta
bo ſolium meum, aſcendã
ſuper altitudinem nubiũ,
& ſimilis ero altiſsimo* Et
ſuperbus rex Tyri dicebat
*Deus ego ſum, & in cathe
dra Dei ſedi.* Ezech. 28. Et Ezec. 28.
hos ſuperbos miſerrime
deiecit Deus. Et humili-
dum Ioannẽ exaltauit ſu-
per homines in terra, in
gratia, & in gloria,
ad quam,
&c.

# DOMINICAE TER-
## *TIÆ ADVENTUS,*
## SERMO TERTIVS.

*Miſſerunt Iudei ab hieroſolimis Sacerdotes, &c.* *Ioa. 1.*

CELEberrimus pictor zeuxis volens primorem atq. dexteritatem ſuæ artis oſtendere, puerum in tabula de pinxit botrum portantem in manu. Qui botrus ſic perfecte depictus erat, vt minime iam artificiales, ſed naturalis iudicaretur, in tã tum ꝙ aues cœli ſeductæ deſcenderent veloces ad eum. Sic rerum omnium artifex ſuppremus volens primorem oſtendere penicilli ſui, quandam imaginẽ ſui ipſius de pinxit, ſcilicet, Ioannem Baptiſtam, tanta perfectione abſolutã ꝙ licet multũ ab ipſo Deo diſtaret in perfectione. A muchos ſiruio de picõ. Et

*Hiſto.*

ſeducti voluerunt eum recipere in Deum verum. Ideo miſſerunt, &c.

*Miſſerunt* Callidi phariſei ſemper nitebantur aſpidé aliena extrahere manu, & ſuam indemnem ſeruare. Hinc pilatus dicebat accuſantibus Chiſtum. *Accipite eum vos, & ſecundũ legem veſtram iudicate eum.* Quid fauorabilius expectare poſſent a iudice calumniarores? nihil omnius reſponderunt. *Nobis nõ licet interficere quemquã.* Quia licet mortem Chriſti ſitibãt, manu tamẽ aliena id perficere laborabãt. Pilatus hanc cauſam eis imponere deſiderabat, & ipſi eá de humeris ſuis proiicientes

Iov. 18

cientes, ipſi Pilato trade-bant illam, ſententiam que contra in nocentem aliena manu ſubſcribi quilibet ela-borabat. Apud Dan. 5. Inue-nies q trepida manus illa, quæ ad ſententiam contra regem ſcribendam deſcē-derat, duos tātum digitos in lucem edidit, ac duabus literis ſententiam ſcripſit, & quam citius ſe retraxit, fugit, & euanuit. Nec mi-rum, quia ſi contra magna-tes manus aliqua aliquid audeat intentare, eam cito timor, & tremor abſcondi & retrahi cogent. Hinc eſt q lapillus ille, qui ad cōfrin-gendam auream regis eſta-tuam deſcenderat, abſciſ-ſus ſine manibus prædica-tur, nec áqua manu miſſus fuerit, cognoſci potuit, quia eſtatua regis erat ſic cito euanuit manus. Sic He-rodes & Pilatus, & iudices ſcribæ & phariſei, & totus deniq. populus mortem Chriſti appetebant, ſed nullus id manu propria perfici vellet, ſed aliena. Sic prorſus principes Hie-ruſalem vehementer op-tabant Ioannem recipere in meſsiam. nō tamen ipſi ad hoc profecti ſunt ad Ioā-nē, ſed quaſi aliena id per-fici manu elaborātes. *Miſ-ſerunt &c.*

Dan. 5

Dan. 2

*Miſerunt*. Offerentes Ioanni ſuppremam digni-tatem. Poteſtis ne vos hāc tantam dignitatem conce-dere Ioanni? Sępius offert mūdus, vel diabolus, quod nec ſuum eſt, nec præſtare poteſt. Quod ſi donet, in ruinam accipientis contin-get Ioan. 8. *Ille homicida erat ab initio, & in veri-tate non ſtetit.* Quaſi dicat hæc duo habuit diabolus ab initio, mentiri in pro-miſsis, vel occidere cum il-lis, ſi donauerit. Sic dixit primis parentibus, come-dite. *Et eritis ſicut dÿ.* Pro-miſsit q implere non po-terat. q ſi pomum donauit eis, ſilex fuit, quo dētes eo-rum comminuit, & poſterio-rum. Hinc Senes obſcæni faten

Ioa. 8.

Gen. 3.

fatentur oblatam ſibi fuiſſe turpitudinem. *Sub ſchino.* Lantiſco infructuoſo y amargo. *Et ſub prino*. La
Dan.13 enzina, o alcornoque arbol de fructo vil, y que lo da a palos. Ecce ſub quibus arboribus promittebat diabolus illecebras ſuas. Cari us emitur, quidquid ille donat. Si Iahel dulciſsimum lactis poculum obtulit, Siſari ſitienti, non certe fuit
Iudic.4. vt illũ dultius potaret, ſed vt eum ſopore oppreſſum clauis transfoderet, & occideret. Et ſi aſtuta Dalida
Iudic.16 delitias ſuas offerebat Samſoni ſecurius, ac certius eũ interficere curabat. Immo & ipſi Chriſto eſurienti panem ex lapidibus offerebat diabolus in deſerto ad manducãdum, quia minime fami eius compatiebatur, ſed dentes illius cõfringere deſiderabat. Sic
Mat.4. prorſus ſi dignitatem ſuppræmam offerebat hodie Ioanni, nõ fecit certe, quia de honore illius ſolicitus erat, ſed æternam ruinam illius parabat, ſi accepiſſet. Ideo *Miſſerunt, &c.*

M*iſſerunt.* Ex qua miſſione id ſatis cõprobatur, ꝙ homines, vel in amãdo, vel in odiẽdo neſciunt habere modum. Sic amãt ꝙ diuitias, honorem, & vitã poſt ponãt pro re amata. Et ſic odire ſolent, vt vſq. ad vltimum exterminiũ non deſiſtant. Gripem ſolebant de pingere ægiptij in ſimbolum amoris, vel puerum pedes gripis habenté. Con pies de grifo. Cui ea ineſt natura, vt quidquid vngulis ſemel appræhenderit, nulla vi extrahere poteris ab illo, niſi pedes eius abſcindas. No lo dexara ſino es cortandole los pies. Idem ſæpius contingit hominibus. Quando tota anima, totaq. voluntate aliquid apprehendunt. Pſ. 54
*Nõ eſt illis cõmutatio, extẽdit manum ſuã in retribuẽdo.* Quaſi dicat, A alargado ya la mano vna vez a vẽgãça, *nõ eſt illis cõmutatio*, no mudarã de parecer ſino ſe Pſ. 54.

la cordan.&c.Paulus dicebat. Ad Gal.4. *Sicut angelum Dei ſuſcepiſtis me.* Et quaſi ꝙ parum ponderaſſet,addidit. *Et ſicut Chriſtũ Ieſum. Et teſtimoniũ perhibeo ꝙ ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & tradidiſſetis michi.* Et poſt modum tãto eũ odio habuerunt, ꝙ vix vocem eius audire poſſent. Et ſic pro nunc id intelligamus, ꝙ ipſe addidit. *Vellem eſſe apud vos modo.* Quando hanc epiſtolam ſcribo, vt non atramento,ſed verbis fortius ſuaderem *Et mutare vocem meam.* Ideſt ex literis in verba,non calamo loquens, ſed lingua. Sed ego nunc ſic explico, *& mutare vocem meam.* Ne cognoſcerer a vobis, qui nec vocem iam meam ferre valetis. Sic & rex Aſſuerus cæpit amare amicum ſuum Amam,nec ceſſauit, quo vſq. ſuper totum regnum ſuũ conſtituit eũ, ita vt ei prætereunti omnes principes aſſurgerent,immo & genuflexi adorarẽt eũ. Sed cæpit poſtea illũ ex oſſum habere,nec deſtitit, quo vſq. cum in patibulo ſuſpendit. Et Iob.31. ponderans quantũ a ſuis amaretur dixit ꝙ eum mordicitus comedere deſiderabant, vt in interiora viſcera recluderent eum præ amore. *Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt ſaturemur.* Sed cito hi amiciſsimi tanto eũ odio ſunt proſequuti, vt cõuerſus ad illos diceret. *Quare perſequimini me ſicut Deus.* Ideſt durius ſic,&fortius,quaſi brachiũ Dei haberetis. *Et carnibus meis ſaturamini.* Ecce pręnimio amore carnes eius manducare cupiebant illi,& prænimio odio idẽ etiam deſiderabãt iſti, nec enim in amando,nec in odiendo modũ habere nouerunt homines. Auguſti. ſagitta charitatis percuſſus dicebat. Domine, ſi ego eſſem Deus,& tu Auguſ.vellẽ ꝙ tu eſſes Deus. Tãto te amore proſequor,vt meã tunc

Gal.4 Eſther 3 Iob. 31. Iob 19. Aug.

tunc tibi tradere diuinitatem non dubitarem. Deliraſne Auguſtine? Tu ne poteris aliquando eſſe Deus? & ſi poſſes, diuinitatem ei communicare eſſet poſsibile tibi? verum eſt. Sed quid mirum ꝙ homo ſic amans deliret, & omnem rationis modum traſgrediatur? Hinc Seneca dicebat in prouerbijs. Amare, & ſapere, vix Deo conceditur. Amare vehementer, & non inſanire, & delirare impoſsibile apparet apud homines Immo vix Deo conceditur. Deliramenta enim videntur, quæ ipſemet amans Deus fecit pro nobis. Sic Pau. *Prædicamus Chriſtum crucifixum iudeis ſcandalum, & gentibus ſtultitiam*. 1 Cor. 1. Et poeta cecinit. Igneus ille furor neſcit habere modum. Sic populus Hebreus cæperat diligere Ioannem & tanta id efficatia proſequebatur, vt dicat Lucas. 3. Exiſtimante populo de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus. & textus Grecus dicit, expectante, & deſiderãte populo, ꝙ Ioannes eſſet Chriſtus Quo amore impulſsi. *Miſſerunt.*

Senec.

1. Cor. 1.

Luca. 3

N*On ſum ego Chriſtus.* Sed miniſter Chriſti, non ſum verbum, ſed vox verbi, non ſponſus, ſed amicus ſponſi, non iudex ipſe ſed iudicis præco non dominus, ſed minimus ſeruus eius. Mirabile eſt valde quanta celeritate tãtam ſibi oblatam dignitatem expulerit. Magnum quipe faſcinus, ꝙ Iullius Ceſſar Romam rediens de Alba, cum ab omnibus iam rex vocaretur, exclamauit, non me appelletis regem, ſed Ceſſarem. Et cũ iterum ipſe Iullius Ceſar acceſiſſet ad ludos lupercales, (ſic dictos, quia in ipſo loco lupa lacte ſuo Romulum, ac Remulũ nutrierat), venit ad eum Marcus Antonius conſul, & ſerta laureata cum diademate poſuit ſuper caput eius, qui

Hiſto.

qui ad huc dictator ſolum erat. Sed eam mira celeritate a ſe proiectam ſuper ipſum iobem in capitolio poni præcepit. Mirabile etiam iudicamus, ꝙ Moyſes coronam regni ægipti contempſiſſet, ac ſe filium filiæ pharaonis eſſe negaſſet, ac per conſequens verum regni ſucceſſorē. Sed mirabilius apparet, ꝙ Paulus, & Barnabas apoſtoli, quas capitibus ſuis liſtrenſes offerebant coronas deſpexerint, ac a ſe proiecerint, cũ eos tanquã Deos venerari deſideraſſent. Sed lõge mirabilius aparet certe q; Ioannes ſuppremam dignitatem meſsiæ ſibi hodie oblatam a ſe excutiat, & repellat. Dixit Titus Libius, tryumphus repudiatus omni tryũpho eſt clarior. Quid tantum tryumphum oblatum repudiare? longe clarius. *Nõ ſum ego Chriſtus.*

*Heb. 11.*

*Act. 14*

*Tit Liui.*

C*Onfeſſus eſt, non negauit, confeſſus eſt quia nõ ſum ego Chriſtus.* Ter repetit euãgeliſta. *Confeſſus eſt.* Si tuuiera vna daga alos pechos no ſe diera mas prieſſa a confeſſar, y negar. Credite mihi, ꝙ qui ſuperno lumine hæc inferiora calluerunt, magis honores, ac dignitates fugiunt, quã iacula ipſa. Nec alius eas appetere audebit, niſi qui hac diuina luce aduch non fuerit illuminatus. *Iudic.* 9. Ligna elegerunt oliuam in regem. Sed oliua oblatam dignitatem repulit dicens. *Nũquid deſerere poſſum pinguedinẽ meam, qua & dii vtuntur & homines?* O liua ſimbolum eſt ſapientię, quia lucẽ fouet. Quia certe nullus ſapiens dignitatem libenter acceptabit, ſed ille ſolum qui radiis huius lucis caruerit. Ideo Chriſtus ad duos fratres appetentes ſedes collaterales dixit. *Neſcitis quid petatis.* Neſcitis, inquid. Quaſi dicat, ex ignorantia certe procedit hæc ambitio. Superna hac luce

*Iudic. 9.*

*Mat. 20.*

X priua-

priuati eſtis, ideo ſedes ap petitis. Moyſes qui iam lumine rubi erat illuminatus oblatam ſibi dignitatem multis allegatis rationibus expellebat a ſe, & finē impoſuit dicens. *O bſecro domine mitte quem miſſurus es.* Quaſi dicat, vt quid plus temporis fruſtra conſumimus? ego me prorſus inſufficientem iudico ad tantum negotium, aliū obſecro queras magis idoneum, quem mittas ad pharaonem. Nec mirum certe ꝙ eas repellant, qui quantum laboris, ac periculi ſecum portēt dignitates nouerunt. Sic *Iob* cap. 26. *Gigantes gemunt ſub aquis.* Greg. li 7. Mor. ca. 12. explicans hunc locum dicit ꝙ gigantes ſint homines potentes in ſeculo, principes, & quibus cura regiminis incumbit. Per aquas populi intelligendi ſunt qui ab illis gubernantur. Sic Apoc. 7. *Aquę populi ſunt, & gētes, & linguæ.* Hi ergo gigantes quaſi doloribus parturientium gemunt ſub cura laboris, ac ſudore regiminis populi ſibi commiſsi. His curis oppreſſus gemebat Dauid, & dicebat. *Quis dabit mihi pēnas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam.* Quia certe dum eis implicatus fuero nec quieſcere, nec non gemere potero. *I*deo oliua ea ſola ratione excuſabatur ne fieret rex. *Nun quid deſere poſſum ping uedinē meam?* Pingue do vel deuotionem animę vel craſſitudinem corpor denotat. Et vtrumq. debet ſæpius deſere qui curā regiminis audet ſucipere. Quia ſæpius cogitur orationem, quietem, ſomnum, accibū relinquere ꝙ certe valde durum eſt; & quod non omnes præualent facere. *I*deo oliua. *Nunquid potero deſerere pinguedinem meam?* Quaſi dicat, minime quidem. *E*t ille alius quibus verbis excuſabatur ne fieret rex? *Non ſum me dicus, & in domo mea non eſt*

Exod. 4.
Iob. 26.
Apoc. 7
Pſ. 54.
Iudic. 9
Iſa. 3.

*eſt panis, nec veſtimentum, nolite me conſtituere principem populi.* Quaſi dicat, ad hæc duo tenetur princeps, & prælatus, reſicere corpus, & animã curare, vtrũq. valde dificile eſt immo & mihi impoſsibile qui nec medicus ſum, nec panem, aut veſtes habeo, nolite ergo me conſtituere principem populi. *Immo* quia panem non habes in domo tua deberes appetere principatum, vt panem, ac veſtes acquireres. minime. Quim potius fame, ac nuditate affligi debet paſtor bonus, vt gregẽ ſibi commiſſum paſcat, & veſtiat. Se a de deſollar a ſi para veſtir los a ellos. Sed vidimus certe ꝙ inter omnia ligna rhamnum ſolummodo coronam regni aceptauit. La cambronera, o la çarça. Cuius offitiũ eſt ouium pelles, ac veſtes prætereuntium arripere, & ſibi ſumere. Et per Ezechi. 34. Quærebatur Deus. *Ve paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges a paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, lanis operiebamini.* Ecce ad quid dignitates appetant multi. Sed pij eas poſsident vt oues paſcant, & ad paſcua vitæ æternæ perducant Amen.

*Indic. 9.*

*Eze. 34.*

# DOMINICAE TER
# *TIÆ ADVENTUS*
## SERMO QVARTVS.

*Miſſerunt Iudei ab hieroſolimis Sacerdotes, &c. Ioa. 1.*

Dominica elapſa legationem quandam vidimus, quam Ioãnes ad Chriſtum miſsit, vt de ſe ipſo teſtimoniũ redderet. Tu es qui venturus eſt, an alium expectamus? in cuius reſponſione laudes Ioannis in cælum vſq. ex tullit Deus. Hodie aliã legationem habemus quã ſinagoga miſsit ad ipſum Ioannem, vt ipſe etiam de ſe ipſo teſtimonium redderet. Et in reſponſione vic iſitudinem ſuam reddidit Chriſto Ioannes, quia ſe ipſum exinaniuit vt Chriſtum extolleret, & verum meſsiam eſſe oſtenderet. Nec ſum Chriſtus, nec Helias, nec Hieremias, nec propheta, immo nec dignus ſoluere corrigiam calceamentorum veri meſsiæ Chriſti de hoc agendum.

Aue Maria.

M*Iſſerunt iudei*. Nõ eiſdem armis inſurgit diabolus contra omnes, ſed pro qualitate, ac fortitudine cuiuſq. arma eligit. Contra debilem Euam pomum vnum accepit, & ſufficit. Sed contra fortiſsimum Iob totus infernus inſurrexit, & crudelibus plagis eum cru-

cruciauit. Sed quædam ar ma cōtra fortiſsimos quos q. reſeruauit, quibus eos ſubiugare confidit. Que es la ambicion. Ideo hanc tētationem vltimam ſeruauit diabolus contra Chriſtum, vt aliqui volunt tanquam fortiorem, & qua obtineret, ꝙ cæteris præcedentibus non valuit Ob iiciens ergo ei omnia reg-
Mat. 4. na mundi, dixit illi. *Hæc omnia tibi dabo. Si cadens adoraueris me.* Quaſi dicat ſi hac tentatione non cadis, fruſtra plures adiiciā. Ideoq. Adā muro iuſtitię originalis vallatum, ſolis
Gen. 3. his armis aggreſſus eſt. *Eritis ſicut dij.* Quia tantam fortitudinem minori gladio ſuperare diffidebat Et cum Paulus omnia creata
Rom. 8. contemneret ad bellum. *Quis poterit nos ſeparare a charitate Dei. An tribulatio &c.* Hac vltima ten tatione in ſurrexit contra eum diabolus. Offerens illi per lyſtreſſes coronam & cultum ſoli Deo debitū Quaſi dicat. Si his armis nō vincitur, ad quid aliud Act. 14.
fruſtra tentans defatigabor? & deniq. qui his armis nō ſuperatur, vel Deus eſt, vel Angelus. Sic mulier thecuites dixit regi Dauid *Sicut Angelus domini, ſic* 2. Re. 14
*eſt dominus meus rex, vt neq. maledictione, neq. benedictione moueatur.* Ideſt qui nec aduerſitate perſecutionum, nec proſperitate coronæ ſibi oblatæ moueatur. Quod ſolus angelus poſſet facere. Ideo con tra æream columnam Ioānem hac fortiſsima tentatione inſurrexit infernus, qua certe niſi angelus fuiſſet, facile agitaretur, ac pręceps rueret. *Miſerunt iudei. &c.*

SEd certe ſi ſic magnis nos ſinit tribulationibus concuti, magnam etiam nouit conferre virtutem, & fortitudinem ad vincendum illas. Genes. 3. Ad ſerpentē. *Tu in ſi li aberis cal caneis eius.* Sus calcañales, Gen. 3

 ſus

ſos, armandole çancadillas Sic per Lucam 10. *Etiam* Luc. 10.
dixit. *Dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*. Calcare calcaneorum eſt. Si da azechanzas al calcañal, dale virtud, y fuerças para preualecer. El demonio querria derribar a los iuſtos por los calcañares, y con eſſos miſmos lo derriba el iuſto a el. Quod
Pſ. 90 dixit Dauid. Pſ. 90. *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*. Ecce, ſi le da enemigo al calcañal, le da tambien fuerças
Pro. 1. para atropellarlo. *Ideo* Prouer. 1. *Fruſtra iacitur rete ante oculos, pennatorum*. Pennatos vocat iuſtos, quia ſicut aues volant ad cœleſtia per contemplationem, ante quos certe fruſtra iacitur rete, & laqueus inſidiarum, quia facili negocio ſuperabant illum. Ideo Paulus cõſolatur afflictos 1. Cor. 10. *Fidelis* 1. Cor. 10
*Deus, qui nõ patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis. Sed faciet cũ tentatione prouẽtũ*. Ideſt augmẽtum virtutis, & meriti. Sic
D. Tho. explicat. S. Tho. *Prouẽtũ*. Ideſt perſeuerantiã. Quod (inquit) notatur ibi. *Vt poſitis ſuſtinere*. Vere ergo (inquit) fidelis Deus qui dat potentiã ne vincamur, gratiã vt mereamur, & cõſtantiã vt vincamus. Querebatur Moyſes impar ſibi impoſitum onus. num. 11.
Num. 11 reſpondit Deus. *Congrega mi ſeptuaginta viros, & auferam de ſpiritu tuo, tradamq. eis, vt ſuſtentent tecum onus populi*. Sepa q̃ ſi le puſe carga de ſetenta, le di ſpiritu, y fuerças de ſetẽta para ſuſtentarla. Sic dedit Ioanni, quando.

M*iſſerunt, vt interrogarent eum Tu quis es?* Hanc occupationem peſſimam ſumunt ſibi filii diaboli cognoſcere de vno quoq. *Tu quis es?* Vnde manducas? & qualiter ve-

ſtias? Eccle. 1. *Propoſui in*
Eccli.7. *animo, quærere & inue-*
*ſtigare de omnibus quæ*
*fiũt ſub ſole.* Cui certe ſuf-
ficeret inueſtigare de his
quæ ſub domo ſua, & ſub
familia ſua fierẽt. *Hanc oc-*
*cupationem peſsimam de-*
*dit Deus filiis hominũ.* Sa
tis enim peſsima eſt, & in
pænam peccatorũ eis per-
miſſa. Hos arguit ſpiritus
Eccli.7. ſanctus dicens Eccli.7. *No*
*li amare mendatiũ aduer-*
*ſus fratrẽ tuũ.* Grecus tex-
tus habet. *Ne machineris*
*mendatiũ aduerſus fratrẽ*
*tuũ.* Alii legunt. *Noli ara-*
*re mendatiũ.* Arare men-
datiũ. Es deſenterrar vidas
agenas. De hoc conquære
batur Chriſtus. *Supra dor-*
Pſ.128. *ſum meum fabricauerunt*
*peccatores, prolongauerũt*
*iniquitatẽ ſuam.* Hebreus
textus dicit. *Arauerunt in*
*dorſo meo aratores & lon*
*gos duxerunt ſulcos.* O q̃
profundamẽte arauan en
mi vida. *Noli ergo arare*
*mẽdatiũ aduerſus fratrẽ tu*
*um* No andes deſenterrã-
do vidas agenas, y los gue-

ſos de tu proximo. De quo
dã animali nomine lamia
tradunt naturales, q̃ intra
nidũ ſuũ, nihil videt, quaſi
ſi cęcus omnino eſſet. Sed Hiero.
extra nidũ oculos perſpica
ciſſimos habet, multę lamię
nunc certe inuenũtur, quæ
cũ intra domũ proprię cõſ
ciẽtię nihil videant, ad alie
nas diſcutiendas perſpica-
ciſsimi ſunt. Iuſtus ſe ipsũ
contemplatur, & conſciẽ-
tiam ſuã, vt germina que
q. nociua erradicet. Pecca
tor è contra, alienas conſ-
cientias diſcutit, ſuæ pror-
ſus oblitus. Vtrumq. dixit.
Ber. vinea iuſti vita pro- Bernar.
pria. Alli ara, alli poda, y a-
lli caua todo el dia. Vinea
impii, vita aliena. Alli ara,
y caua todo el dia, como
el iuſto en la ſuya. *Nihil mi*
*hi conſcius ſum.* 1. Cor.4. 1.Cor.
decia Pablo. No hallo vna
ieruezita mala en toda mi
viña. Pero tal cuydado te-
nia de eſcardalla. Sed de vi
nea peccatorum dicitur.
Prouerbio.24. *Per viam* Pro.2
*viriſti ſtulti tranſiui, &*

*per agrum hominis pigri, & ecce totũ repleuerant vrticæ, & opperuerant ſuperficiẽ eius ſpinæ.* Prouer 24. bien encarecio el deſcuydo, que el necio, y el pecador tiene, de podar, y cultiuar ſu viña. Las malas ieruas cubriã la tierra, Porque ſolo cuyda de podar las viñas agenas. *Tu quis es?* Quod offitiũ proprium diaboli eſt. Que torcer de cordeles a Iob, para que deſcubrieſſe. *Tu quis es?* Et quo alio tendebant plagæ Thobię, niſi ad cognoſcendum plane *Tu quis es.* Et ad hoc omnes fraudes, & tentationes diaboli diriguntur, vt de quolibet cognoſcat. *Tu quis es;* Nec aliud certe omnia mẽbra diaboli curant. Vnde de illis dixit Chriſtus. *Vos ex patre diabolo eſtis. Et deſideria patris veſtri vultis implere.* Ioan 8. Quæ deſideria? ſacar en limpio. *Tu quis es?* Ex quo patet ꝑ filii diaboli ſitis. Quia ſi ſilii Dei in ſe ipſos cognoſcẽ

Ioa. 8.

dos oculos dirigunt ſuos ſolummodo. Hinc Iſidorus, noli quęrere quod quiſq. dicat, vel faciat, euita curioſitatem, amitte curam, quæ ad cauſam tuam non pertinet, & quærit hæc? *Tu quis es?*

Iſidorus

N*Onſum ego Chriſtus.* Magna principum excellẽtia iudicatur, ꝑ ſeruis vtantur pari fere nobilitate, ac ornatu florẽtibus, ita vt qui eos ſimul ſtare videat, vix diſtinguere valeat, quis eorũ dominus ſit, qui ſue miniſter, & ſeruus. Vnde magnus ille Alexander maximam inde ſibi cõparauit gloriam, ꝑ Epheſtionem ſeruum haberet ſic nobilem, & honorabilem, cui nobiles fæminæ, perſanæ aſſurgerent exiſtimantes ipsũ imperatorẽ eſſe. & Rex Porcena fœlix exiſtimabatur, quia ad latus ſuum talem ſeruum habebat, in quo facile ſeduci potuit Muſcius Scebola, exiſtimans ipſum regẽ eſſe Nec minorem gloriam

Hiſto.

Deum ipſum ſibi comparaſſe iudico, quia talibus voluerit vti miniſtris, qui dij exiſtimarētur. Ecce ſol creatura Dei a multis colebatur vt Deus tanta eius luce ac pulchritudine ſeductis. Nec decus fuit Deo igne vti miniſtro, cui inſenſatus Chaldeus cultum diuinum tribueret. Sic etiam maxima gloria fuit Chriſto domino, vt in hac vita degens, tam præclaro, & nobili miniſtro vteretur Ioanne bap. qui in cōmuni opinione verus Deus exiſtimabatur. Vnde ſeducti miſſerunt ad illum offerentes ei dignitatem Meſiæ, ſed fidelis ſeruus gloriam domini ſui vſurpandam non duxit. *Non ſum ego Chriſtus. &c.*

*Luc. 3.*

N*On ſum ego Chriſtus.* Gloriam ab omnibus ſitienti pectore exoptatam ſic contemnis? Cicero dixit, l. 1. de offi. Vix inuenitur qui non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriā. Quaſi dicat, vix inuenitur qui alio fine pedem moueat, vel manū, niſi ob gloriam acquirendam, & alibi dixit ipſe. Honos alit artes. Qui enim ſtudet, vel militat, aut liberalibus indulget artibus, ſeu mercaturis quibuslibet ad hoc pręcipuæ tendit vt gloriam acquirat. Sic Bernar. An non limina Apoſtolorum Petri & Pauli amplius ambitio quam deuotio terit, & ſanctitas? Eſſo re-tira mas. Fulgoſus. l. 5. c. 5. & Sabelicus li. 3. ca. 7. referunt de Publio Rutilo, ꝙ videns fratrem ſuum non fuiſſe electum in conſulem, quando ſenatus fuit congregatus, ad eligendum conſulem, præ afflictione, & merore animā emiſit, quaſi dicat. Nolo vitam ſine honore. Et Valerius dicebat, potior eſt dignitas ſine vita, quam vita ſine dignitate. Morir con honrra es mejor, que viuir deshonrrado. Et hoc magis per timuit Saul. Vnde

*Cice.*

*Valeri.*

de & dicebat Samueli. *Honora me corã ſenioribus.* 1, Re. 15 Quia certe honorem regno præpono. Nec rex volo eſſe ſine honore. Et Pharao dixit ad Ioſeph *Tu eris ſuper domum meã, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantum regni ſolio te præcedã* Gen. 41. Entiendaſſe ſiempre que ſoy yo el rey, y el primero 1. Ioa. 2. *Omne quod eſt in mundo concupiſcencia carnis eſt, & concupiſcencia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Ioa. 2. Id eſt luxuria auaritia, et appetitus dominãdi. Sic enim difinitur ſuperbia, & ponitur hoc in vltimo loco, quia fortius comprehẽdit omnes homines, vnde Rom. 8. Auguſ. non fere quiſquam eſt qui careat amore dominandi, & humanam non appetetat gloriam. Et cum ipſe Deus proprium etiam filium dediſſet nobis, & ſimul omnia cum illo, vt dixit Pau. nichilominus d'cebat *Gloriam meam alteri non dabo.* Iſa. 48. In ſomnis oſtẽ-

um eſt regi Nabucho in ia eſtatua ex diuerſis metalis compoſita, quam infelices exitus, flebiles q. euentus monarchiæ habere deberẽt. Dan. 2. Sed nec ob hoc deſtitit ab eſtatua aurea erigenda, in qua vt Deus adoraretur, adoren me ami, icueſte loque coſtare. Et Naaman excelſam trabẽ paraüit Mardocheo, quia Esther. eum prætereuntem genu flexus non adorabat. Et Hanon Cartaginenſis quã plures aues loqui docuit, ac illa verba proferre fecit. Hanon eſt Deus, quæ poſtea demiſſæ per diuerſas partes orbis id ad aures omnium ſępius intonarẽt, & Deus verus ſic credetetur ipſe. Et de rege Babiloniæ Euil Merodach filio Hiſto. Nabuchodonoſor tradit gloſa ordi. ſuper Iſa. 14. Et Lyra 4. Reg. vltimo, & hiſtoria Scholaſt. ſuper Dan. 5 ꝙ mortuum iam patrem Hiſto. e ſepulcho eduxit, & in trecentas partes ſciſſum trecentis ſtrutionibus deuo-

ans

randum tradidit, timens certe, ne qui iam ſemel in beſtiam conuerſus rediit ad regnum, iterum etiam e ſepulchro reuocatus regnum acciperet. Toda eſta crueldad cõ ſu proprio padre por no perder la corona. Que Nerõ, q̃ Domiciano, o q̃ tyrano a vſado ſemejãte impiedad? Et Eleazar aggreſſus eſt ferociſsimã beſtiã, vt acquireret ſibi nomẽ æternũ. Et victoriã propria morte cõparauit. Immo & ipſe Chriſtus. *Factus eſt obediens vſq ad mortem crucis.* Vt nomen quod eſt ſuper omne nomen acquireret. Ad Philip. 2. & Plegias huius honoris auidiſsimus celeberrimum templum Delphos incinerem redegit, vt tanto facinore nomen acquireret perpetuum, quod præclaris geſtis nondum meruerat. Hunc ergo honorem tanta ab omnibus auiditate quęſitum tu contemnis, & reiicis? O magna laus Ioannis. Sic Aug. nullum maius meritum Ioannis, quam q cum credi poſſet Chriſtus, noluit. Et Gregor. Fortaſse non eſt dificile non appetere gloriam, ſed dificile valde eſt, eam non accipere cum offertur. Vnde inter omnia quæ fecit Ioannes hoc excellentius, quanto dificilius. Todo lo quiere perder vn iuſto por no perder a Dios. O buena election. *Mendaces filii hominum in ſtateris.* Dixit Dauid Pſal. 61. Euthimius per ſtateras intelligit iuditium, & electionem, & dicit. Corrupta eſt in mortalibus iuditii ſedes, quoniam eligunt inſtabilia pro ſtabilibus, & mala pro bonis. Et Sap. 11. *Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris. &c.* Todo el mundo es en tu reſpecto como vna gota reſpecto del mar. Ideo. *Fide Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filia*

Mac. 6.
Phil. 2.
Hiſto.
Aug.
Gre.
Pſ. 61.
Sap. 11
Heb. 11

*filiæ Pharaonis, magis eli gens affligi cum populo Dei, & maiores diuitias eſtimans, &c.* Heb. 11. Ideo Ioannes clamat. *Non ſum ego Chriſtus.*

HEliaſes tu? Putabatur Helias Ioannes, vel propter zelum in corrigẽdo, vel propter aſperitatẽ vitæ. Vel quia ſicut aduentus Chriſti promiſſus fuerat, ſic etiam aduentus Hæliæ. Sic Malach. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, ante quam veniat dies domini magnus.* Ideo q cum negaſſet Ioannes ſe eſſe Chriſtum ipſum interrogant ſi ſit Helias promiſſus. Vnum tãtum aduẽtum domini expectabant iudei, & hunc glorioſum. vnde vnum tantum præcurſorem eius deſiderabãt Heliam. Hinc prius interrogant, ſi ſit Chriſtus. Secundo, ſi ſaltim ſit præcurſor eius Helias. *Helias es tu?* Vel forte, quia apud Hebreos peſtiferum illud Pithagoricum dogmã adhuc vigebat, ꝙ animæ ab vno in aliud corpus migarent. Vnde ſuſpicabantur ſi forte anima Heliç ad corpus Ioãnis tranſiiſſet. Sicut & Herodes auditis miraculis Chriſti dicebat. Quẽ ego decollaui Ioannem ipſe ſurrexit a mortuis, & virtutes operantur in eo. Exiſtimabat certe animã Ioannis a ſe occiſsi in corpore Chriſti appatuiſſe, & ſimilia edere prodigia. Sic etiã de anima Hæliæ iudicabãt ꝙ in corpore Ioannis apparuiſſet, ideo interrogant ſi forte ipſe ſit Helias. *Helias es tu?*

Ma. 4.

Mar 6.

NOn ſum. Nec contrarius eſt dictis Chriſti qui de Ioanne dixerat. *Ipſe Ioannes eſt Helias, qui venturus eſt* Mat. 11. Hoc enim ſic concordat Gregor. ꝙ Ioannes erat Helias in zelo, & in ſpiritu. Sic Lucas. 5. *Ipſe prçibit in virtute & ſpiritu Hæliç.* In perſona autem non erat He-

Mat. 11.

Lucas. 5

Helias. Et cum gratia fortior ſit natura, quos natura in vna perſona coniungere non valuit, gratia ad vnitatem ſpiritus & offitii reduxit. Sicut dicitur. Act. 4. *Multitudinis credētium erat anima vna, & cor vnū in deum.* Vna enim fides, vnū baptiſma, vnus q. potus, accibus diuinus id poterat efficere. Sic vnus met ſpiritus efficiebat ꝙ Ioannes eſſet Helias, ſed in perſona non erant vnū. Ideo dixit. *Non ſum Helias.* Vnde non ex humilitate hoc negauit, ſed ex veritate. Si enim vere eſſet Helias, nūquam negaſſet veritatem. Sic Paulus nunquam negauit ſe apoſtolum eſſe, ſed apoſtolatu indignū ſe prædicabat. Nec virgo negabat magna ſe dona recepiſſe, immo gratias agens datori confeſſa eſt. *Magnificat anima mea dominum et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo, quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Sed ſe ancillam domini, & quolibet dono indignam iudicabat. *Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuæ.* Sic tu, ſi quæ accepiſti bona nō neges te accepiſſe, hoc enim nō eſt humilitas, ſed potius ingratitudo. Quinimo fatearis te vndiq. indignum illis, & ſola gratia dei tibi donata fuiſſe, dicens. *Omne datum optimū de ſurſum eſt.* Sic Ioānes non ex humilitate ſed ex veritate dixit nunc. *Non ſum ego Helias.*

Act. 4.

1. Cor. 15

Luc, 1.

Iacobi. 1

PRophetaes tu? Non. Valde hic anguſtiantur multi vt Ioannem à mendatio liberent. Quia dicens. *Non ſum Chriſtus. Non Helias, nō Hieremias,* Verū protulit. Sed graue apparet ꝙ dicat non ſum Propheta, & verum dicat. Aliqui hoc dubiū ſoluunt ex illo Amos 7. Cui amaſſias idolorum ſacerdos dixit. *Fuge in terram iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi.* Et hoc dicebat quia omnes prophætæ

Amos. 7

[library stamp] GRANADA

tæ ſimul commorabantur quaſi in cænobio in Hieruſalem, quaſi dicat, ſi propheta es tu, vade in Hieruſalem, vbi in pace ac beneuolentia omnium paſceris & fuge iram Ieroboã. Et reſpondit Amos. *Non ſum Propheta.* Et verum reſpõdit. Quia habebat prophetiam per modum actus, & non per modum habitus, & actus ille iã elapſus erat, & ſic pro tunc nõ erat propheta *Sed armentarius (inquit) ego ſum, & tulit me Dominus cum ſequerer greges dicens, vade propheta ad populum meum Iſrael.* Dextructionem eorum propter ſcelera ſua. Iam id feci, miniſterium meum compleui, vade iã non ſum propheta, ſed armentarius. Sic nunc dicit Ioannes, non ſum propheta Quaſi dicat, mea prophetia eſt per modum actus, quẽ nunc non habeo, ideo nunc non ſum propheta. Sed iſti volentes liberare Ioannem a mendatio, valde minuunt eũ, & meo iuditio mẽdaciter. Quia prophetiam Ioannis fuiſſe per modum habitus permanẽtis exiſtimo. Vnde ex quo infans exultauit in vtero, & donum prophetiæ accepit, nunquam illud amiſſit, & Zacharias pater eius prophetauit de illo. *Et tu* Luc. 1. *puer propheta altiſsimi vocaberis.* Quaſi dicat, ſemper, & in quacunq. hora vocaberis propheta altiſsimi. Vnde iſti doctores audiendi non ſunt in tantum detrimentum Ioannis baptiſtæ.

ALij volunt q̃ hic propheta pro Hæliſeo ſumatur. Quia vt dixit San. Thom. Illud offitium baptizandi ad tres perſonas videbatur expectare ad Chriſtum de quo dicitur Eze. Eze. 36. 36. *Effundam ſuper vos aquam mundam.* Et ad Hæliam, qui aquas Iordanis diuiſit, vt dicitur. 4. Reg. 2. 4. Reg. 2. & ad Heliſæum, ad cuius imperium lauit ſe Naamã

in

in Iordane, vt a lepra mundaretur. Vt dicitur. 4. Re. 5
4. Reg. 5 Cum ergo viderent Ioannem baptizantem in aqua, & interrogaſſent eum an Chriſtus eſſet, vel Helias, reſtabat quęre an Heliſeus eſſet? Nec interrogant formaliter, Heliſeus es tu? ſed propheta es tu? quia tunc propter eminentiam miraculorum antonomaſtice Heliſeus appellabatur propheta. Vnde verum reſpōdit Ioannes dicens, nō ſum Heliſeus reſpondens ad intentionem illorū, pro more Ioannis, vt diximus. Euthimius ſuper illud Ioan. 9 Vbi interrogatus cæcus lumini reſtitutus, quam opinionē haberet de illo, qui lumen ei reſtituerat, dixit.
Ioā. 9. *Quia propheta eſt*. Dicit Euthimius, ꝙ omnes homines virtute florentiſsimi tūc temporis hoc nomine appellari ſolebant. Propheta, quaſi dicat cæcus, ego dico ꝙ ſanctiſsimus eſt homo qui me curauit, ac vir excellentiſsimus. Et ꝙ ibi propheta non intelligatur de Christo, nec de vero propheta, ſed de homine preſtantiſsimo, ac ſanctiſsimo. *Et reſpondit Ioannes, non ſum*. Quia vt Paulus dixit *Qui exiſtimat ſe aliquid eſſe, cū nihil ſit ipſe ſe ſeducit*. Illud. *Se*. Significat hominem ſecundum id ꝙ eſt de ſeipſo, & per ſe ipſum, remota gratia. Vnde Ioannes, quid de ſe ipſo ſit, ſatetur, negans ſe eſſe aliquid boni. Et ſic dicit nūc. *Nō ſum ego propheta*. Gal. 6.

ALij hoc intelligunt de illo propheta magno promiſſo in redemptorē Iſrael, qui idē eſt ꝙ Meſſias. De quo Deut. 18. *Prophetam ſuſcitabit tibi dominus de gente tua, & de fratribus tuis. Ipſum audies*. Quod quidem ad literam de Chriſto domino intelligitur, qui per eminentiam propheta eſt. Ideo in textu Greco ponitur ibi propheta cū articulo denotāte ꝙ ſtat antonomaſtice Deut. 18

pro

pro illo excellenti propheta promiſſo. Et ꝙ iſte idem ſit ꝙ Chriſtus dominus, declarauit pater æternus dicens. Mat. 3. *Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite*. Demõſtrato Chriſto. Quaſi dicat. Hic eſt, de quo præcepi vobis per Moyſem dicens. *Prophetam ſuſcitabo tibi de gente tua ipſum audies*. Hic eſt ergo ille tunc promiſſus, ideo. *Ipſum audite*. Et Ioãnes. 6. Viſſo miraculo S. panum dixerunt omnes. *Hic eſt vere propheta, qui venturus eſt*. Et de iſto etiã intelligẽdus eſt phariſæus dicens Luc. 7. *Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtiq. quæ, & qualis eſt mulier quæ tangit illum*. Nõ enim id de quocunq. propheta eſt intelligendum, ſed de illo propheta magno promiſſo, qui vt verus Deus omnia callere debet. Nec enim quilibet alius propheta tenetur ſcire aliquam fęminam impudicã eſſe, vel non eſſe. Dicit ergo phariſeus, vere non eſt hic propheta ille meſsias, ſiquidẽ non callet, qualis ſit hæc mulier. De hoc dicit hodie Ioannes. *Non ſum propheta*. Ideſt non ſum meſsias.

Mat. 3.

Ioan. 6.

Luc. 7.

SEd ad huc reſtat dubiolum. Quia iam interrogatus fuerat Ioannes, ſi eſſet Chriſtus, & reſponderat. *Non ſum ego Chriſtus*. Si ergo propheta ille magnus idem eſt ꝙ Chriſtus ad quid hæc ſegunda, interrogatio. *Propheta es tu?* Ad hoc quidam reſpondent, ꝙ his duobus nominibus cognoſcebatur Chriſtus a populo iudaico. Meſſias, & Propheta magnus & vtroque interrogatur, Ioannes. Sicut ſi tu appellaris Ioannes perez, & interrogatus, tu es Ioãnes? & reſpondeas non. Et iterum interrogaris, non ne tu perez es? Que no ſoys vos Perez? Et vtraq. bona ac rationabilis interrogatio eſt. Sed melius Zirilus in Ioan. ca. 24. lib. & Chriſoſto-

ſoſt.hom.11.& Orig.to.7. reſpondent, ꝙ iſti ſeducti fuerint exiſtimantes, ꝙ ille propheta cũ articulo præ notatus, diſtinctus, ac diuerſus eſſet a Chriſto domino, vnde cum iam interrogaſſent, ſi eſſet Chriſtus interrogant ſi ſit ille propheta magnus promiſſus in lege. *Reſpondit non.* Quia licet propheta eſſet Ioannes, non tamẽ ille, de quo iſti interrogant. Vſurpare enim alienam gloriã noluit vt æternam haberet in cœlo. Ad quam. &c.

# DOMINICAE TERTIÆ ADVENTUS:

## SERMO QVINTVS.

*Miſſerunt Iudei ab hieroſolimis Sacerdotes, &c. Ioa. 1.*

DE fideliſsimo ſeruo Moiſi dixit Pau. Heb.11. *fide moiſes grãdis factus negauit ſe eſſe filium filiæ pharaonis magis eligens affligi cum po-* Heb. 11. *pulo Dei, & maiores diuitias extimans theſauro ægyptiorũ improperiũ Chriſti.* Nota illud. *Magis eligens improperium Chriſti.* Quia opprobio inde propoſito ſibi hoc, & inde diademate Pharaonis, magis elegit opprobrium Chriſti, ad quod neceſſario preceſsit. *Fide moiſes grand factus*. Que era ya muy grande en la fee. Erat fideliſsimus ſeruus. Idem poſſumus atteſtari de Ioanne

hodie, qui nõ magnus, ſed maximus fide, propoſita hinc ſibi maxima dignitate, ac gloria meſsiæ, & inde opprobrio maximo apud populum, negauit ſe eſſe filium omnipotentis Dei, eligens opprobrium illud. *Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius*. De hoc agemus hodie. Aue Maria.

M*Iſſerunt*. Cum primum Deus elegit Ecechielem in prophetam dixit illi. *Ecce vt adamantẽ & vt ſilicem dedi faciem tuam.* Ezech. 3. ſuper quod acutiſsime ad notat *Gregor*, ꝙ adamas duo habet, duritiam, & pretioſitatem & ſilex duo etiam habet, duritiam & vilitatem. Facere ergo prædicatorem vt adamantem, & vt ſilicem, eſt dicere, ꝙ vtrumq. debet habere prædicator, ſcilicet duritiam, ac firmitatem in prætioſitate, & in vilitate. Quia aliquãdo honorabitur ab omnibus, aliquando vero contẽnetur. Et in vtroq. maxima ſtabilitate debet eſſe munitus. Sed inſuper nota, ꝙ adamas lõge durior eſt, quam ſilex, quia in proſperitate, & acceptione maiori duritia indiget, ac firmitate, quam in opprobrio. Multi enim qui in afflictionibus ſtabiles inuenti ſunt, in honoribus conſtituti euanuerunt, & ceciderunt. Hinc Seneca, nimia proſperitas, excelſus locus, ſingularis honos, & vinum merum, demẽtare ſolent homines. No ay vino puro q̃ aſsi haga bambolear la cabeça, como la dignidad grande. Ecce ergo in his omnibus Ioãnes glorificandus occurrit qui dominica elapſa in opprobio vinculorũ fortiſsimus inuentus eſt, vt ſilex, & ſcintillas ignitas ex ferreis catenis extrahebat, quibus corda diſcipulorũ accenderet erga Chriſtũ ſed in fælicitate, ac proſperitate hodierna inſuperabilis adamas oſtẽditur. Que de

*Ezech 3.* *Gregor.* *Seneca.*

deſtoques, y el como vndiamante. *Es tu meſſias? non, Helias es tu? Non, propheta et tu? non, &c.* Mat. 11

N*On ſum ego Christus. Immo nec dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius.* Et ſi ſilentio id prȩteribo, q̃ quo magis honorantur ſancti eo profundius humiliantur ipſi. *Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcẽdet.* Iſa. 11. Si flos in vertice arboris apparere ſolet, ad quid tu nunc radicem eius in mediũ adduxiſti, quæ in altero eius extremo inferiori iacet? non ne melius dixiſſes eum egrediẽdum de Salomone, vel ex Dauid aut ex aliquo rege, ſiquidem tot ei proximiores præceſſerant, qui & dignitate, & opibus floruerunt? es porque Ieſſe fue el minimo de todos, deſcubre eſſa raiz, porque el iuſto de los iuſtos, mientras mas florido, mas ſe humilla. Et proſequitur Iſaias. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ, et intellectus.* Et pro vltimo dono ponit. *Et replebit eum ſpiritus timoris domini.* De humildad, y temor. Et de hoc dono ſolummodo dixit. *Replebit eum.* Quaſi dicat. Quanto mas cargado de dones, mas lleno de humildad. Sic dicitur de Dauid. 1. Reg. 23. *Dauid ſedens in cathedra, ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe eſt, quaſi tenerrimus ligni vermiculus.* Rex ſedens in throno excelſior eſt omnibus in toto regno ſuo, & vermis minor, & abiectior eſt. Quare ergo cum ſit rex, vocatur vermiculus? quia vir erat Dauid, de quo Deus ipſe dixit. *Inueni virum iuxta cor meum* Act. 31. Et ſic veſtigia ipſius Dei in ſe quitur, qui quando p'us floruit, profundioris humilitatis exẽpla emiſsit. Et ſpõſæ dicebat De⁹ *Murenulas aureas facien⁹ tibi vermiculatas argẽto* guſaneadas

Iſa. 11. · 1. Re. 23 · Act. 13 · Cant. 1.

por cima. Quia quæ vere eſt ſpõſa Chriſti ſuper omnem auri fulgorem, & ſuper omnem pręcioſitatem & excellentiam donorum quibus ditauit eam ſponſus eius, vermiculos propiæ abiectionis addit, quibus glorioſior, ac pulchrior oculis ſponſi apparet. Es el eſmalte ſobre el oro. Sic Ioannes hodie, tanto dignitatis auro, & fulgori ſibi oblato vermiculos cognitionis ſui ipſius ſuper ponit. *Non ſum dignus.* Sed ſi hoc (vt dixi) dimittatur, Illud tamen ſilere non potero, quod eo met itinere, quo iudei nitebantur lucernam & gloriam Chriſti extinguere, eo ipſo maiorem ſibi gloriam comparauit ipſe Chriſtus. Et ſic prorſus qua via iuſtos minuere, vel omnino extinguere elaborat mundus, maiorem eis comparare ſolet gloriam
Eſter.7. & honorem. Qua via cogitabat Amâ extirpare Mardocheum, aſcendere fecit eum ad ſuppremam dignitatem regni. Saul excogitauit tradere filiam ſuã michol in vxorem Dauid ad ruinam eius, vt ipſa vxor 1. Re. 19
mortem illi machinaretur ſed ipſa met liberauit illũ a morte, & per ipſam accepit hæreditate regnũ. Volens Pharao extinguere filios Iſrael, præcepit vt omnes maſculi pręcipitarẽtur in mare ſtatim nati. Sed ex Exod. 1.
ipſo mari extract⁹ eſt Moyſes, & adoptatus eſt in filiũ filiæ Pharaonis, qui filio Iſrael eduxit de manu Pha Exod. 2.
raonis, ac ipſum cum exercitu ſuo ſub aquis maris ſubmerſsit. Ecce qua via filii Dei cenſentur extirpandi, longius glorificantur a Deo. Vnde merito cecinit Anna. 1. Reg. 2. *Deus* 1. Re. 2.
*ſcientiarum dominus eſt, & ipſi pręparantur cogitationes.* Señor del pulpito ſe dize el eminentiſsimo en el, ſeñor de vna Arte el que es primo en ella. Et ſic de cæteris. Sic Deus dicitur. *Dominus ſcientiarum.* Quia excellentiſsimus

mus eſt in eis. Et infinita eſt ſcientia eius. Sed vnde hoc nouiſti o Anna? quia. *Ipſi pręparantur cogitatio nes*. Ideſt quia cogitationes tuas teneſciente dirigit ad finē ſuum ex ſequendum, quem ipſe excogitauit. Hoc videmus completum hodie in iudeis, qui volentes gloriam Chriſti minuere venerunt ad Ioannem, ſed ipſe Ioannes ſic Chriſtum extulit, vt non erubeſceret fateri non ſolum non ſum ego Chriſtus immo. *Nec dignus ſoluere &c.*

E*Go vox clamantis in deſerto.* Singulæ creaturę voces ſunt a Deo prolatæ ad cognitionē ſuā Iob.37. *Iob.37.* *Tonabit Deus in voce ſua.* Quaſi dicat, omnipotentiā ſuam notam faciet Deus per vocem ſuam. Per illā inquam dequa Pau. *Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Rom. 1. *Rom. 1* Quia omnia creata voces ſunt pro clamantes omnipotentiam, ſapientiam, & bonitatē Dei, Ad hoc hanc etiam eficaciſsimam vocem condidit Ioannem baptiſtam, qui paſsim proclamaret. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ego vox clamantis in. &c.* Et vere vox qui verbo, & exēplo clamabat, quiq. vita, & doctrina inſtruebat. Totus ipſe Ioannes vox erat, ideo ſaxea etiam corda comminuebat. Sic lactantius dicit Malunt homines exempla quam verba, quia loqui facile, præſtare deficile. *Lactant* Et Paulus dicebat Thimotheo. *1.Thi.4.* *Attende tibi, & doctrinæ.* Et addit. *Hoc enim faciens, & te ipſum ſaluū facies, & eos qui te audiūt* Et Chriſoſ. *Chriſoſt* Fortius mouet exemplum, quod procedit ab operibus, quā quod a verbis. Et Seneca dixit. longior via eſt, quæ ducit per verba, quam quæ per exempla. *Seneca.* & 1. Macha.6. *1.Ma.6.* *Refulſit ſol in clypeos aureos, & reſplenduerunt*

montes ab eis. Bene qui-
de, quia prædicatores, qui
ſcuta templi ſunt, ſi ex tu-
ro puriſſimo fuerint, ſta-
tim radiis ſolis iuſtitiæ ip
ſi percutiuntur tanta ab eis
lux reſiliret, vt mõtes etiã,
& ſaxa illuminarentur. Ta
lis erat Ioannes, ideo me-
rito dicebat, ego vox cla-
mantis in deſerto.

EGo vox clamantis, Nõ
ne filius es tu ſummi ſa
cerdotis Zacharias, de cu-
ius nobilitate gloriari po-
tes? Solo ſe precia de lo q
es en la caſa de Dios, no en
la de ſu padre. Hoc enim
ſolummodo extimatur a-
Zac. 6. pud Deum Zacharias. 6. vi
dit quadrigas quattuor,
perquas quattuor monar-
chiæ mundi ſignificaban-
tur, in prima. *Equi rufi*, per
quos Chaldei figurantur,
in ſecunda. *Equi nigri*. Per
quos Perſi, ac mædi, in ter
tia. *Equi albi*. Per quos Grę
ci. *In quarta. Equi varii et
fortes*. Per quos romani fi
gurantur. Et interrogauit
Zacharias. *Quid ſunt hęc
domine mi?* Tanta monar-
chia y potentia del mũdo,
q̃ coſa es? & reſpondit.
*Iſti ſunt quattuor venti.*
Todo es ayre y viento.
Hinc Salomõ dicebat Sap. Sap. 9.
*9. Et ſi quis cõſummatus fue
rit in filiis hominũ, ſi ab il
lo abfuerit ſapientia tua,
in nichilum computabitur*
Quaſi dicat, quantũcumq.
quis, nobilis, & cæteris na-
turæ donis ditatus fuerit,
ſine donis tamen eius ſpiri
tualibus nihil eſt, & quaſi
nihil reputadus. Et ſanctiſ
ſimus pater meus dicebat Aug.
Omnis copia, quę tu Deus
meus non es, ægeſtas mihi
eſt. Omnis copia dicit, ſub
quo omnia creata cõpræ-
hendit. Quæ omnia ſine
Deo ſunt paupertas ipſa. &
Chriſtus dominus poſtq̃
diuiti dixit. *Stulte hac no-* Luc. 12.
*cte repetent a te animam
tuam, & cuius erunt hæc
quæ paraſti?* Addidit. *Sic
eſt, qui ſibi theſaurizat, et
non eſt in Deum diues*. Ri
queza ſin Dios es nada. Et
Iſa. 6. *Vidi dominum ſedẽ-* Iſa. 6.
*tem*

*tem ſuper ſolium excelſũ.* Et ſeraphim aſtãtes clamabant. *Sanctus, ſanctus, ſanctus.* O ſeraphim ſancti, quare non omni potẽtem ſapientem, diuitẽ pulchrũ, &c, Laudatis Deũ veſtrũ, ſed ſanctum ſolummodo? quia in domo Dei ſola ſanctitas extimatur. Sic Dauid

Pſ. 92. *Domum tuam domine decet ſanctitudo in longitudine dierũ.* Quaſi dicat, in æternum ſola virtus, & ſanctitas in prætio habebitur in domo Dei. Immo, ſine ſanctitate omnia vanitas ſunt & vẽtas. Ideo addidit Iſaias vbi ſupra, *& domus repleta eſt fumo*, Quia omnia quę ſub ſancto illo Deo erant, ſumus exiſtimantur in domo Dei. *Ideo* Ioãnes de hoc fumo, ac vento plurum curans, de eo ſolo gloriatur ꝙ eſt apud Deum: *Ego vox clamantis, &c.*

E*Go vox clamantis.* Nota illud *Clamantis.* De Chriſto domino prædixerat Iſaias. 42. *Non clamabit, nec audietur vox eius foras.* No ſera vocinglero, ſino que a penas ſe oyra ſu voz fuera Quomodo ergo nunc clamare dicitur? ſitis animarum cum cruciabat, ideo ſæpius cogebatur exclamare. Sic & prophetæ quando contra Idolatras prædicabant, patientiam prorſus amiſiſſe videbantur. Iſa. 1. *Audite cęli, & auribus percipe terra filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerũt me.* Et ille alius propheta vocibus ſic magnis locutus eſt contra altare idolorum, vt altare licet lapideum, in duas ſcinderetur partes, Et quando prophetæ inueniantur canes muti non valentes latrare. *Lapis de pariete clamabit.* Vt dixit Abach. 2. Ideo præcurſor domini, qui contra idolatras prædicare veniebat. *Vox clamantis dicitur.* Vox valida, vox efficax, vox ex profundo viſcerum extracta. Qualis

Iſa. 42.

Iſa. 1.

3. Re. 13

Aba. 2.

 debet

debet eſſe prædicator, qui conuerſionem peccatorũ deſiderat. Mittebat Deus Ezechielem ad prædicandum, & dedit ei librũ qué comederet. *Comede quæ cumq. do tibi.* Et dedit ei volumen. Non dixit, lege librum, ſed comede librũ iſtũtu qui prędicas. Vt quę ab ipſo erant prędicanda, ex viſceribus eius extraherentur, & maiori eficatia tranſmitterentur ad aures audientium. Et ad Iſaiam. 58. *Clama, neceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.* Non dixit quaſi organum, aut cithara, ſed quaſi tuba, quæ vento ex viſceribus extracto clangitur. Et Apoſtolis per orbem mittendis ad prædicandum, non quælibet linguæ donantur ſed ignitæ. Vt debitam vim & eficatiam ad ſaxea corda emolienda, & conuertenda haberent. Hanc maxime habebat Ioannes, ideo. *Vox clamantis, &c.*

Ezec. 2.

Iſa. 58.

Act. 2.

E*Go vox clamantis.* Tu ne ſolus es vox? cæteri prophetę non fuerunt etiã voces Deum explicantes vtiq. vox enim fuit Iſaias. Deum explicans, qui dixit *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Et Hierem. 31. *Nouum fecit dominus ſuper terram, fæmina circũdabit uirum.* Et Ezech. 34. *Porta hæc clauſa erit, & vir non tranſibit per eam, quia dominus Deus Iſrael eggreſſus eſt per eam.* Et Micheas, q. digito demonſtrans locum natiuitatis dixit. *Et tu Betleem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael.* Si ergo omnes prophetę voces fuerunt manifeſtantes verbum, quare tu ſolus id tibi vſurpas, & vox eius appellari? quia certe ſoli Ioãni conuenit per anthonomaſiam q̃ ſit vox. Cum enim voces cæterorũ prophetarum e longinquo reſonarent, non ſic clare percipiebantur, ſonus vtiq & ſtrepitus vocis audiebatur

Iſa. 7

Hie. 31

Ezec. 34

Mich. 5

ſed conceptus non ſatis ex preſe declarabatur. *Veniens veniet, & non tardabit.* Clamabat iſte. Ille vero. *Exurge, quare obdormis domine.* Et alius cum gemitu exclamabat. *Aperiatur iam terra, & geminet ſaluatorem, &c.* Sed Ioannes e vicino diſtincte clare, & aperte, & quaſi in dice demonſtrans ipſum Chriſtum vociferebat. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et ſicut ex hoc ipſo pluſquam propheta prædicatur ab ipſo Chriſto, ex eo etiam vox ſolus ipſe appe'letur per anthonomaſiam. Siquidẽ vicinius, clarius, & apertius manifeſtabat verbum. Alexander præceperat ꝙ ſolus Appelex inter pictores efigiem ſuam penicillo depingeret. Et inter ſculptores ſolus Policletus ęneã ſui ipſius eſtatuã, vel marmoream, vel ligneam conficeret. Et ſolus Pirgoteles in lapidibus prætioſis eam ſculpiret, & ꝙ hi tres ſolũmodo pictores, & ſculptores regii vocarẽtur, & hoc quia hi tres ſolummodo efigiem Alexandri perfectiſsime depingebãt, vel ſculpebãt. Merito ergo ſolus Ioãnnes vox verbi appellabitur quia ipſe ſolus inter omnes prophetas vicinius clarius, & melius verbum ipſum incarnatum manifeſtauit. Ideo. *Ego vox clamãtis in deſerto.*

Aba. 2
Pſ. 43
Iſa. 45.
Ioa. 1.
Hiſto.

C*Lamantis in deſerto* Que deſierta y ſola, y agena de todo bien queda vna alma ſin Dios. *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Pſal. 142. Quæ uullum germen bonũ producit, ſed multis malis repletur. *Tibi.* Dicit, quia prę ſiccitate ad te clamat pluuiam gratiæ petens, vt floribus multis cõdecoretur, & turpitudinem, & dedecus abiiciat. Sap. 9. *Et ſi quis erit conſumatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia.* Quæ filius met Dei eſt. *In nihilũ computabitur.* Sino tiene Pſ. 142.

a Dios no tiene coſa buena, aunque eſte lleno de theſoros. Defectum eſt nulla germina bona habens, & multis malis abundans. *Per agrum pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ.* Prouer. 24. Sed quid, per pigrum & ſtultum intelligit niſi peccatorem gratia Dei carentem? & quid per agros, & vineam, niſi conſcientiam eius? Hæc ſine Deo repletur vrticis, & moribus peſsimis. Et 1. Re. 28. Cum primum ſpiritus Dei bonus deſeruit Saul, inuaſit eum ſpiritus malus, & quid boni poterat producere in anima illius? corpus ab anima ſeparatum, quid producere poteſt, niſi vermes, ac putredinem? ſic prorſus anima a Deo derelicta, qui anima eſt, & ſpiritus eius, nil boni germinat, ſed multa mala germina producit. Eccle. 19 *Qui ſe iungit fornicariis, erit nequam.* Et quid inde? *Putredo, & vermis, hæreditabunt illum, & extolletur in exēplū maius.* Quaſi dicat, quid inuenies in anima eius, niſi putredinem, vermes, ac corruptionem, ac mala tanta, vt in exēplū eſſe poſsit futuris, vt ipſi diligentius caueant, & præuideant, tales erant iudei, quibus prædicabat Ioannes. Ideo *Ego vox clamantis in deſerto.*

QVid ergo baptizas? Attendite quot verba, quot iacula, quot tela fortis belligerator, ac conſtans athleta Chriſti ſuſtineat. *Chriſtus es? Non. Helias es? non. propheta es? nō quid ergo baptizas?* Non erubeſcit demon ꝙ ſemel, atq. iterum vincatur. Immo nec q. millies, ſed proterue perſeuerat, ſi forte ipſe ſemel ſaltim vincere 1. Pet. 5.
poſsit. Ideo 1. Pet. 5. *Fratres ſobrii ſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens*

*giens.* Ideſt ſiti, fame, ac deſiderio æſtuans. *Circuit quærens quẽ deuoret.* Ideo vigilate, & ſobrii ſtote, quia ipſe nec dormit, nec cibũ ſumit, circuẽs, & quærens quem deuoret. Interrogauit dominus ſathanam. *Vnde venis?* & reſpondit. *Circumiui terrã, & perambulaui eam.* Et iterum ſecunda die. *Vnde venis? circumiui terram, & perambulaui eam.* Heri orbem totum circuiſti, & perambulaſti, & hodie etiam? vtiq. heri & hodie, & cras, & poſt craſtinum, & cunctis diebus. Immo & millies in die perambulo eum circuens quem deuorem. Ideo. *Tentator.* Appellatus eſt ab ipſo Chriſto Math.4. Quia ex officio nomen ſortitur. Sicut ex piſcatione dicitur quis piſcator, ex ſcriptione ſcriba, &c. Sic ex continuo exercitio tentandi appellatur ipſe. *Tentator.* Quia nil aliud agit, nec curat. Et vbi maiorem inuenit reſiſtentiam, eo crebriora, ac duriora iacula mittit ad fortiſsimum Iob ſic crebriora mittebat, vt vnum quaſi contingeret aliud. Vno ſe alcançaua con el otro. Nondum alter nuntius legationem compleuerat, & alter iam proponere incipiebat alteram. Et alius duriora nuntiaturus in ianuis aderat, & alius ad ianua accedere feſtinabat. Vnde compulſus eſt exclamare ad Deum. *Nec caro mea ænea eſt, nec fortitudo lapidum fortitudo mea.* Son de bronce mis coſtillas ſeñor, o de pederral? Ad talia enim iacula perferenda fortitudo ænea videtur neceſſaria. Ideo ſponſus de ſponſa dicebat, ꝙ eſſet. *Sicut turris Dauid cum propugnaculis, & mille clipei pendent ex ea.* Non ſufficiet ei ꝙ turris ſit, & ꝙ lapidea: minime, ſed quod & propugnacula habeat. Et inſuper ꝙ mille clypei pendeant ærei, id eſt infinitis muniatur. Ad tot enim fa-

Iob.1. Iob.1. Iob.6 Mat.4. Cant.4.

giſtas perferendas id totũ videtur neceſſarium. Sic
Apo. 3. Apoc. 3. *Qui vicerit, faciã eum columnam in templo meo.* Si iam vicit, ad quid columna fiet? quia eo ipſo ꝙ ſemel vicit, tot duriora iacula mittentur ſuper illum, vt oporteat eum columnam æneã eſſe, ne ſubcumbat. Cõtra ipſum met Chriſtum ſemel victorem iterum atq. iterum inſurrexit diabolus. Ideo ad Ioãnem, vnum, atq alterum,
Mat. 4 & aliud iaculum mittere non erubeſcit. *Chriſtus es tu? non. Helias es tu? non. Propheta es? non. Quid ergo baptizas?*

E*Go baptizo vos aqua*, Differentiam aſsignat Ioannes inter baptiſmum ſuum, & baptiſmum Chriſti, quia baptiſmus Ioannis in aqua tantum erat, & nõ in ſpiritu ſancto, Vnde nec ſacramentum erat, nec cõferebat gratiam, nec ſuffi-ciens erat ad vitam æternam. Sed baptiſmus Chriſti eſt in ſpiritu ſanto. Quaſi dicat, ſecundum diuum Thom. Ego baptizo vos
aqua ſolum, ideſt ego corpora tantum lauo, quod quidem non ſufficit ad verum baptiſma. Sed baptiſmus meſsiæ corpus [lauabit, & corda in ſuper ſantificabit, & animas. Ideo de illo dixit Mathei. S.Tho.
3. *Ipſe baptizabit vos in ſpiritu ſancto & igni.* Mat. 3.
Quia gratia, & igne cæleſti inflamabit animas, & corda ſanctificabit. *Tres ſunt (enim) qui teſtimoniũ dãt in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, dicebat Ioa*, 1. Ioa. 5. Ego aquam ſolummodo
do vobis, nõ ſpiritum, nec 1. Ioa, 5.
ſanguinem meum. Sed verus meſsias hæc omnia dabit vobis, ſpiritum, aquam & ſanguinem, quia baptizans vos aqua, ſpiritum dabit vobis per virtutem ſanguinis ſui pro vobis effuſſi. Vnde percuſſo latere. *Statim exiuit ſanguis & aqua*. Ioa. 19. Vt innueret Ioa. 19.
ꝙ aqua virtutem haberet

ad

ad effundendum ſpiritum ex effuſſo ſanguine ſuo. Et Pau. Rom. 6. *Quicunq. baptizati ſumus in Chriſto Ieſu. In morte ipſius baptizati ſumus.* Quia per virtutem mortis, & ſanguinis eius datur nobis ſpiritus ſanctus in aqua baptiſmi, & Apoc. 1. *Dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* In baptiſmo aqua lauamur, non ſanguine, quomodo tu dicis. *Lauit nos a peccatis in ſanguine ſuo?* Quia aqua efficatiam illam lauãdi peccata, & infundendi ſpiritum ſanctum, habet ex ſanguine Chriſti. Ioannes ergo aqua ſola lauabat corpora exterius. Sed Chriſtus, aqua ipſa virtute ſanguinis ſui corda, & animas lauat, & gratia ſpiritus ſancti replet. Ideo baptizati baptiſmo Ioannis, poſtea baptiſmo Chriſti rebaptizati ſunt, vt teſtatur Hieronimus ſuper Ioelem, & Ambro. lib de ſpiritu ſancto. Et Act. 19. Dicitur, ꝙ baptizati baptiſmo Ioannis iterum baptizati fuerunt baptiſmo Chriſti vt acciperent ſpiritum ſanctũ Quanta ergo differentia eſt, inter abluere corpora exterius, & interius animas ſanctificare, tanta eſt inter baptiſmum Chriſti, & baptiſmũ Ioannis. Ideo. *Ego baptizo vos aqua.*

Rom. 6.

Apoc. 1

Hiero.

Act. 19.

S*Ed ſi.* Baptiſma hoc Ioãnis nec gratiam preſtabat, nec advitam æternam ſufficiebat, ad quid Ioannes baptizabat? dico breuiter cum patre meo Auguſtino ſuper Ioan. ꝙ hoc fuit, vt ſignaret baptiſmum Chriſti. Vel dico cum Gregorio, ꝙ fuit vt baptiſmus Ioannis aſſueſceret ad baptiſmum Chriſti. Vel cum Chriſoſtomo reſpondeo hoc fuiſſe vt ex nomine baptizandi plures conuenirent ad Ioannem, quibus anuntiaret meſsiam penitentiam, gratiam, & gloriã. &c.

Aug.

Grego.

Chriſoſ.

D O-

# DOMINICAE QVARTAE ADVENTUS.

## SERMO PRIMVS.

### *Anno 15. Imperij Tiberij Ceſſaris.*

### *Lucæ. cap. 1.*

CAElum ipſum contendere videtur cũ terra ſuper Ioannem altius extollendum. Parece que andan a porfia el cielo, y la tierra por authorizar a S. Iuã. Dominica elapſa omnes principes Hieruſalem ſęculares, & eccleſiaſtici, miſſerunt ad illum, offerentes ei ſupprema dignitatem Meſsiæ. Hodie cęlum ipſum mittit ad illum, offerens ei dignitatem prę curſoris, ac prædicatoris verbi, qui eum mundo manifeſtaret. *Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem & venit in omnem regionem, &c.* De hoc agendum eſt nobis hodie.

Aue Maria.

ANno 15. In multis hãc legem nouam a veteri diſtinctam videbimus, ſi attentius ſcripturas ſacras legerimus. Et ad hoc attẽdere videbatur paulus, cũ dixit ad Heb. 11. *Vmbram habet lex futurorum bonorum.* Quaſi dicat, o magna differentia inter veterem legem, & nouam. Quia illa vmbra ſolum erat, & figura eorũ bonorum, quæ lex noſtra noua iam poſsidet, & amplexatur, tanta ergo diferentia eſt inter vtramq. quamtũ inter vmbram, & rem adumbratam & inter figuram & rem figuratã. Illa lex vmbra erat omnium bonorum, ideſt beatitudinis quæ aggregatio eſt omnium bonorum. *Heb. 11.*

Sed

Sed lex noua beatitudinē. ipſam cōtinet. Vnde Aug. 10. de ciuit. ca. 20. dixit, ꝙ ſi ſacrifitia illius legis placita erant Deo, non per ſe ipſa acceptabantur, ſed quia ſacrifitium agni immaculati figurabant, in quo pater ſibi complacuit. Mat. 3. Ideo q. Ioannes dixit cap. 1. *Lex per Moiſem data eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Christum facta eſt.* Quaſi dicat, illa lex Moſaica non erat ipſa veritas, ſed figura veritatis, & vmbra illius, lex vero noua ipſam veritatē ipſamq. gratiā cōtinet, & cōfert cuſtodientibus eā. Si enim lex illa gratiam haberet, & eam conferre poſſet, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, argumentum eſt Pauli ad Gal. 2. Quaſi dicat, ſine neceſsitate certe ſanguinē ſuum fudit, atq. tot, tantaq. tormēta pertulit. Quod ne concedamus, cogimur fateri cum Paulo ad Heb. 7. *Nihil ad perfectū adduxit lex.* Nec de rigore iuſtitiæ reddebat. Sed in ſolo Chriſto complacuit pater, quia eius ſatisfactio fuit infiniti valoris, & de rigore iuſtitiæ in totum ſatisfaciebat, ideo in ipſo, & non in ſacrifitiis legis beneplacitum eſt patri. Item lex illa iugū erat *Quod nec nos, nec patres noſtri portare potuimus.* Act. 15. Hæc autem noua lex iugū ſuaue eſt, & onus ſatis leue, ꝙ a paruulo quolibet portari poteſt Mat. 11. Tertio. Quia illa erat lex timoris, hęc autē amoris & dilectionis. Illa deniq. lex a lōge ſperabat ꝙ hęc noua noſtra iam poſsidet, iam preſens habet, & digito demōſtrat. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Si ergo vetuſta illa lex tantū ab hac noſtra excellētiſsima diſtans, tāto ſtrepitu, ſonitu, clāgore, fumo, atq. fulmine promulgata eſt, & recepta, hęc noua noſtra excelētiſsima ſubmiſſe, & ſine ſonitu, & ſtrepitu, ac quaſi furtiue danda erat? minime immo

Marginal notes: *Aug.* — *Mat. 3.* — *Ioa. 1.* — *Gal. 2.* — *Heb. 7.* — *Act. 15* — *Mat. 11* — *Ioa. 1.*

immo maxima authoritate, ac maieſtate introducēda. Ideo eleuatis vocibus reſonet per orbem, quo anno, quo menſe, quo die, ſub quibus q. pontificibus, regibus, ac gubernatoribus, tetrarchis, & pręſidentibus promulgari cæperit. Hoc continet euangelium Anno 15. Imperii Tiberii Ceſſaris.

A*Nno.* 15. Primum hic mihi occurrit conſiderandum, quare per tot ſceleratiſsimos viros perfectiſsimæ, ac ſanctiſsimæ legi nouæ principium dederit Deus, tota enim philoſophia nouit, ꝙ paruulus ad huc error in principio fiat maximus in fine. Sed innuit certe optimus Deus, ꝙ noua hęc lex noſtra vim atq. robur habeat, ad ſceleratiſsimos quoſq. viros in culmem perfectionis erigendos, in tantum vt capita etiam perfectionis euangelicæ eſſe, & vocari poſſint, ſi eam amplexati fuerint Cant. 4. *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcendunt de mōte galaad* Capræ peccatores denotant, ſecundum Theodoretum. Galaad mons eſt, reſina, ac medicamine plenus. Sic Hierem. 8. *Nunquid reſina non eſt in Galaad.* Peccatores ergo hāc medicinam amantes, & ea prudenter, ac auide vtentes, erunt capilli ſponſi, collocabuntur ſuper caput eius. In loco eminentiori eccleſiæ extollentur. Vnde Ioannes ipſe huius legis introductor clamabat ad quoſdam de perditos homines. Math. 3. *Corroboramini fratres, facite fructus dignos penitētię.* Que mereſcan eſſe nombre de penitentia (que ay penitencia que no merece llamarſe aſsi) ſcientes quia. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis.* Cordium veſtrorum *Suſcitare filios Abrahæ.* Qui ſunt filii Abrahæ? Quos Matheus recenſuit in capite ſuæ euangelicæ hiſ-

Cant. 4.

Hier. 8.

Mat. 3.

hiſtoriæ. *Abraham autem*
Mat.1. *genuit Iſac, Iſac autem ge*
*nuit Iacob. &c.* Qui qui-
dem filii Abrahæ in capite
totius legis euangelicæ po
nuntur. Immo & totius ge
nealogiæ Chriſti domini.
Corroboramini ergo pec
catores. Alentaos. Et talẽ
pęnitentiam appræhendi-
te, quia ea mediante potẽs
eſt Deus de lapidibus cor-
dium veſtrorum tales eri-
gere ſanctos, qui merito
flos ſanctitatis, & capita
perfectionis poſsint aſsig-
nari. Ecce miſterium qua-
Luc.8. re diuinus ille ſeminator
non dubitauit partem ſe-
minis ſpargere ſuper lapi-
des ipſos, ſeminis enim
ſui virtutem & eficatiam
calluerat, quæ ex lapidibus
ipſis filios etiã Abrahę ſuſ-
citare poterat, & capita
1.Pa.20 perfectionis efficere. Et. 1.
Paral. 20. Expugnata ciui-
tate Rabba, intrauid Dauid
in templum, & tulit coro-
nam Melcõ de capite eius
(erat autem Melchom ido
lũ filiorum Ammon) quã
mille gemmæ pretioſiſsi-
mę ornabant, fecitq. ſibi
diadema, & poſuit ſuper
caput ſuum. Ecce ex coro
na Melchon, ex præcipuis
in quã idolatrarũ, gẽmas fa
cere nouerat verus Dauid
Deus, quibus ipſum caput
ſuum ornaret. Et quæ ſu-
per caput met ſoũ primũ
locum occuparent, Et ite-
rũ miſsit Deus prophetam
Zachariã in domum Ioſię
filii Honiæ, qui venerunt Zach.6
de Babilone. *Et ſumes (in-*
*quit) aurum, & argentum*
*quod inde ſecũ aſportaue-*
*runt, & facies coronas, &*
*pones in capite Ieſu fili Io*
*ſedec ſacerdotis magni.* O
domine Deus, ſi magnũ ſa
cerdotem tuũ Ieſum coro
nare deſideras, copiã cer-
te gemmarũ, auri, & argẽ-
ti inuenies in terra ſua *Iſ-*
*rael*, ad quid ea, quę de Ba
bilone adducta ſunt, deſi-
deras, & petis ad coronã ei
cõficiendam? quia certe ex
celeratiſsimis viris idola-
tris Babiloniæ gẽmas pre-
tioſiſsimas novit facere

 Deus,

Deus, quibus corona ſui Chriſti conficiatur, ideſt perfectio tota eccleſiæ, & caput eius, Ecce etiam miſteriũ quare cætera animalia in porticu templi ſacrificabantur, vel in atrio eius ſed capra præcipiebatur immolari iuxta ſancta ſan-
Leuit. 3. ctorũ interius. *Si capra fuerit eius oblatio, immolabit eam in introitu tabernaculi teſtimonii*. Capra animal eſt ſuper cætera inquietũ, & ſaxa montiũ tranſiliens, & prata percurrens quaſi dicens. *Non ſit pratũ quod nõ pertranſeat luxu-*
Sap. 2. *ria noſtra*. Sap 2. Quę in hoc animali viget, vt naturales fatẽtur. Si ergo hoc peſsimum animal offeratur, ſit in ipſo tabernaculo, iuxta ſancta ſanctorum. Figura vtiq. ꝙ in hac lege noua ex ſimilibus peccatoribus ſancti efficiendi erát excellentiſsimi, qui capita eccleſiæ & perfectionis eſ-
Cant. 4. ſe deberent. Et Cant 4. ad ſponſam. *Veni coron aberis de capite Amana, de vertice ſanir, & hermon, de montibus leonum, de cubilibus pardorum*. His enim floribus abundant tres mõtes cõmemorati, vrſis, pardis, & leonibus, veni ergo ſpõſa mea, & coronam ex his floribus contextam imponam capiti tuo. O nouũ genus coronę. Nouũ certe, ſed miſterio plenum. Quia ſceleratiſsimos viros per illa animalia figuratos ad tantam vitæ perfectionem eleuabo per pęnitentiã, ꝙ ſint perfectiores gẽmę coronæ tuæ, & fragrantiores flores eccleſię. Ideo per hos viros initiũ datur legiæuangelicæ. Anno. 15.

F*Actum eſt verbum domini ſuper Ioãnem*. Notabilis eſt modus iſte dicẽdi *Verbum factum*. Verbum enim dictum, non factũ, deci ſolet. Impropria ergo loqutio videtur. *Im*mo propriiſsima eſt, quid, quid enim ſit de cæteris verbis, de verbo autẽ domini aptius dicitur. *Verbum factum*. Por q̃ es para

hecho

hecho, q̃ para dicho. Hinc Malach. 1. *Factum eſt verbum domini in manu Malachiæ.* Factum dicit, non dictum, & in manu, non in lingua, vel in aure, & Agei. 1. *Factũ eſt verbum domini in manu Agei prophetæ.* Quę omnia innuunt mãdatũ domini potius opere cõplẽdum, quã ore proferendum, vel auribus audiẽdũ. Et clarius operibus magis prædicet, quã verbis, qui audientium corda contere re deſiderat, licet enim *Sermo Dei eficaciſsimus ſit, et penetrabilior omni gladio ancipiti.* Ad. Heb. 4. Vnde Ezechiel ad oſſa arida dicebat. *Audite verbũ domini, & eo prophetante ecce ſonitus & commotio, et acceſſerunt oſſa ad oſſa & ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus grãdis nimis valde.* Et Ierem. 5. *Ecce dedi verba mea in ore tuo tanquam ignem, & populum iſtum tanquã ligno.* Quaſi dicat ꝙ nullus ignis eficatius accendit ligna, ſicut

Mala. 1.

Agei.

Heb. 4.

Eze. 37.

Ierem. 5

verba Dei corda hominũ, quantũcumq. ſaxea, & obſtinata. Nihilominus vita prędicatoris maxime facit ad hanc eficatiã, & ad hũc finem conſequendũ. Apo. 14. Vidit Ioannes Angelũ portantem euangelium in manu (non lingua) vt prædicaret illud reſidẽtibus ſuper terram. Et dicebat voce magna. *Timete Deum, quia venit hora iuditii eius* Et alius Angelus ſequtus eſt poſt eum dicens. *Cecidit, cecidit Babilõ illa magna, quæ vino irę fornicationis ſuæ potauit omnes gẽtes.* Per Babilonem regnũ peccati intelligitur, quia ſi prædicator euãgelii fuerit Angelus in vita, & manu potius, atque operibus prædicet, quam lingua, ſine dubio menia babilonis corruent, & regnum peccati erradicabitur. Hinc contigit, ꝙ clangentibus tubis muri iericho corruerunt, quos nullę belli machinæ proſternere valuerant. Quia tuba

Apo. 14

Ioſuę. 6.

ore, & manu ſimul clangitur. Nec reſiſtentia aliqua valet contra eos, qui opere exercent, quod verbis prędicant ad populũ. Aliter tamẽ fruſtra forte conflabit conflator. Quia vt dixit Gregor. lib. 19. Mor. c. 5. Loquẽdi authoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur. Ideo dicitur hodie. *Factum eſt verbum domini ſuper Ioannẽ.* Gregor.

*E T venit in omnem regionem Iordanis.* Statim vocatus obediuit, & ęremum, atq. tranquilitatem contemplationis deſerens, venit in omnem regionẽ Iordanis prædicans baptiſmum pęnitentię, hoc autem ſic cito compleuit, quia dicitur. *Factum eſt verbum domini.* Non dicit Dei, ſed domini. Et qui cõtra in obedientes ſeruos ſęuius exardeſcere ſolet. Ideo audita voce eius exclamauit Paulus. *Domine quid me vis facere.* Act. 9. Non dixit Deus quid me vis facere. Sed domine, quaſi dicat, niſi tanquã ſeruus tibi domino meo citi᷒ obediero, plagis vapulabo multis, ideo. *Domine quid me vis facere?* Et ideo animalia Ezechielis. *Cum fieret vox, ſubmittebant alas ſuas.* Se ponian tamañitos de miedo Et Math. 8. Admirati ſunt nautæ cum viderent ferocitatẽ ventorũ elationem maris, & tumẽtium fluctuum ſuperbiam vno ſolo verbo domini ſedari. Et ſtupefacti dicebãt. *Quis eſt hic, quia ventus, & mare obediunt ei?* Hinc etiam dicebat Centurio. *Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Quaſi dicat cognoſco quam celeriter omnes creaturæ obediant voci tuæ, præcipe febri, & ſanabitur puer meus. Quia eſt vox domini, & obediet i. firmitas fugiens & ſalus adueniens. Quia. *Vox domini confringentis cedros,*

Act. 9. Ezech. 1. Mat. 8. Mat. 8.

*Vox domini intercidentis flãmam ignis, vox domini concutientis deſertum, cõmouebit dominus deſertũ cades.* Todo lo traſtorna y rebuelue con ſu voz. Quia vox domini eſt. Qua quondam ſic homines terrebantur, vt dicerẽt ad Moiſem. Exod. 20 *Loqueretu nobis, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.* Quis enim vocem domini ſuſtinere poterit? Pſ. 110. Et Dauid. *Sãctum ac terribile nomen eius.* Ideſt ſolo nomine huius domini audito ipſi demones terrore ſoluuntur. Et quod nos etiam non diſſoluamur, mirabatur ipſe Mala. 1 dicens, *Si ego dominus, vbi timor?* Como ſe burlan cõmigo no obedeciendome? ideo Ieoannes audita voce *Venit in omnem, &c.*

P*Rædicans baptiſmum pænitentiæ.* Nota ꝙ innocentiam Ioannis miſerit Deus ad prædicandam pænitentiam. Non ne melius dauidem miſiſset, vel Petrum qui experientia eam, & effectus eius cognouerant? ſed hoc fecit ob duo. Primum vt innuat, ꝙ non tantum peccator indigeat pænitentia, ſed etiã iuſtus ipſe, tum quia, ſi iuſtus ſit, ignorat. Ideo de Auguſtino ſcribit Poſsidonius. Aug. Solebat autem dicere neminem, & ſi nullius ſceleris ſibi met conſcius eſſet, committere debere, vt ſine digna, & competenti pænitentia ex hac vita migraret. Et hoc quia adhuc tunc ignorat ſe iuſtũ, et ſine crimine eſſe. Forte enim oculto aliquo crimine maculatus eſt, quod ipſe nõ videt in ſe, ſed Deũ nõ latet. Ideo dicebat Pau. 1. Cor. 4 1. Cor. 4 *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Et ratiõẽ addit. *Qui enim iudicat me, dominus eſt.* Cuius oculos nil latere poteſt. Qua propter ad pęnitentiæ ſacrarium recurro. 1. Cor. 9. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Mas açotes le doy que aun

negro, y le hago dormir en tierra, como eſclauo, y andar deſnudo, y comer pan negro, &c. Tum quia per pœnitentiam non ſolum ſatisfacimus pro culpis præteritis, ſed inſuper & maceratur caro, frænanturq. paſſiones ne in poſterũ incidamus in alias. Ne ergo caro inſurgat aduerſus ſpiritũ neceſſaria eſt pęnitentia etiam iuſtis. Ideo fere ſemper hęc duo coniunguntur in ſacra ſcriptura, iuſtus, & timor. De Simeone dicitur *Quod eſſet vir iuſtus, & timoratus*. De Iob quod eſſet. *Vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum*. De Cornelio. *Quod erat iuſtus & timens Deum*. Et Paulus raptus ad 3. Cælum, ad huc dicebat. *Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo.* Quare? *Quia ſentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*. Para quitarle los brios. Ideo præcepit pater meus Auguſtinus in regula. Carnem veſtram domate ieiuniis & abſtinentia eſcæ & potus, quantum valetudo permittit, ideſt non qualicunq. ſed quanta ſine detrimento ſalutis vti potueritis, quia tanta eſt neceſſaria ad domandam carnem ne inſurgat aduerſus animam. Et Hieronimus epiſto. ad Nepotianum. Tantum tibi ieiuniorum impone modum, quantum ferre potes. Ideſt quantum ſuſtinere valeas ſine extinctione vitæ, vel ſalutis. Haſta quitarle los brios. Quia vt dixit Ber. In quodam ſerm. Equum in domitum flagella domant, animam immitem contritio ſpiritus, & aſsiduitas lachrimarum. Et Gregor. lib. Moral. Solus in illicitis non cadit, qui ſe aliquando a licitis caute reſtringit. Ideo Dauid poſt peccatum luxuriæ tanta abſtinentia domare voluit carnem ſuam, ne iterum inſurgeret, vt diceret. *Genua mea infirmata ſunt a ieiunio*. Pſal. 108. Ia no ſe podia

Luc. 2. Iob. 1. Act. 10. 1. Cor. 9. Rom. 7. Aug. Hiero. Bernar. Grego. Pſ. 108.

podia ſuſtentar ſobre ſus piernas de pura flaqueza. Sic domanda, & ſubiicienda eſt caro ſuperba. Quia vt Auguſ. dicit in ſerm. de ieiun. ieiunium concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, & carnem ſpiritui ſubiicit, ſanitatem auget, & gratiam conſeruat. Ideo prædicatio pænitentiæ cõmittitur innocentiæ Ioannis. Et venit. *Prædicans baptiſmum pænitentiæ.*

Aug.

SEcundo. Ioanni innocenti imponitur prædicatio pænitentiæ, & Petro peccatori traduntur claues regni cælorum, vt nullus quantumcunq. ſceleribus implicatus diffidat de ingreſſu, ſi pænitentiam te nuerit. Sed ſperet ad perfectionem etiam Ioannis per illam ſe perueni re poſſe, quam per peccatum amiſerat. Hinc promiſsit Deus per Ezechie. *In quacunq. hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt.* Quaſi dicat, ſic obliuiſcar delictorum eius, quaſi ſi ea minime admiſiſſet, ſed innocens fuiſſet. Ideo ipſe *Ioannes* pænitentiam appellat hodie baptiſmum. *Prædicans baptiſmum pænitentiæ.* Quia ſicut baptiſmus radicitus lauat maculas criminum & baptizatos ad innocentiam reſtituit, ſic prorſus & vera etiam pænitentia id efficit. Sic Athanaſ. lib de virginitate. Magna vis eſt lachrimæ magnaq. peccata lachrimis abolentur. Et Dauid Pſ. 89. Dicebat. *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo.* Et Pſal. 55. *Poſuiſti lachrimas meas in cõſpectu tuo.* Duos libros habet Deus, in vno ſcribuntur iniquitates noſtræ, in altero lachrimę noſtræ effuſſæ pro illis. Et poſiturus Deus rationem cũ hominibus, vtrumq. librũ ante ſe collocat apertum, & lachrimis vnius delict

Eze, 18.

Atha.

Pſ. 89.

Pſ. 55.

alterius delet,& radit. Tiene Dios libro de cargo, y deſcargo. El deſcargo ſon las lagrimas, cõ que ſe borran las partidas del cargo. Ad quod tantam vim habet lachrimę, ꝙ dixerit Caſiodorus ſuper Pſal. Dominus neſcit differre, quem cõtrito corde ſenſerit ſupplicare. Et Ambro. lib. 9. ſuper Luc. Lachrimæ veniam nõ poſtulant, ſed merentur. & de Petro flenti pro peccato ſuo dicit ipſe Ambro. in ſer. ad vincula. Fidelior factus eſt Petrus poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, adq. ideo maiorem gratiã reperit, quã amiſsit. Et Hiero. in epiſt. O lachrima humilis, tua eſt potentia, tuum regnum magis crucias diabolum, quam pæna infernalis, vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filiũ virginis. Et Aug. lib. de penit. pænitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, & cæcis reſtituit viſum. Et Zip. de lau. penit. Poſt multa addit. O pænitentia quid de te noui referam? omnia ligata tu ſoluis, omnia clauſa tu reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita tu ſanas, & omnia deſperata tu animas. Et Ber. ſuper cant. Dicit, de lachrimis. In illis vitæ odor eſt, ſapor gratiæ, indulgentiæ guſtus, & ſanitas redeuntis innocentiæ. Ideo dictum fuit Ezechiæ. 4. Reg. 20. *Vidi lachrimam tuam, & ſanaui te.* Ecce lachrima vna ſola ſufficiens fuit ad ſententiam mortis delendam, & ad delictorum veniam impetrandam.

*Caſiodo.* *Amb.* *Hiero.* *Aug.* *Zipria.* *Bernar.* *4. Re. 20*

E*T hoc*, inſuper habet diuinus baptiſmus iſte pęnitentiæ, ꝙ eo lauari poſſumus quoties maculari contingat delictis. Quod ſingulare ſolatium eſt eis, qui præ fragilitate ſæpius reincidunt in peccata. Baptiſmo aquæ ſemel tantum lauari conceditur, quia non eſt iterabile. Ad piiſsima er

go viſcera diuina expecta bat de alio iterabili proui- dere fragilitati noſtrę, quo lauari poſſemus, quoties maculari cõtingat. Hic eſt baptiſmus lachrimarum, & veræ pænitentiæ. Petiit Petrus a Chriſto. Quoties lauabo peccatores? *Septies?* Et loquebatur de iſto *Mat.* 18 baptiſmo pænitentiæ. Et reſpondit Chriſtus. *Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.* Infinitas vezes Toties quoties. Pro. 24. *Septies enim cadet iuſtus, & reſurget.* Ideſt pluries cadet, & pluries reſurget per pęnitentiam. Vnde mirabatur Hieremias, ꝙ ſtante iſto facilliſimo lauachro aliquis ad huc remaneret in mundo immundus, & infirmus. *Nunquid reſina non eſt in Galaad, aut me-* *Ierem.* 8 *dicus non eſt ibi? quare ergo, nõ eſt obducta cicatrix tua.* Cicatrix dicit. Quaſi dicat. Yo me admiro que aun ſeñal de herida aia que dado en voſotros, auiendo medicina tan eficaz como lagrimas, que ſanã de raiz. Et Dauid. Pſal. 118. *Memor fui iudiciorum tuorũ a ſæculo domine.* Quæ fe- *Pſ.* 118. ciſti cum peccatoribus parcens eis. *Et cõſolatus ſum.* Quia pro grauitate ſcelerum grauiter afflictus erã. Et in ſuper, defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam Quaſi dicat, videns ꝙ ad huc peccatores perſeuerant, habentes tantum, ac tan facile remedium ad veniam conſequendam. Hoc ergo potenti, ac facili baptiſmo paſsim lauemur omnes, vt veniam delictorũ, gratiam, & gloriam conſeqi valeamus. &c.

DO-

# DOMINICAE QVARTAE ADVENTUS.

## SERMO SECVNDVS.

*Anno 15. Imperij Tiberij Ceſſaris.*
*Luca. cap. 3.*

MIRO quidem ordine, atq. diuino, has diuinas dominicas aduentus diſpoſuit mater eccleſia, nã in duabus elapſis vitam, perfectionem, & pęnitentiam Ioannis baptiſtæ ponderauit, quaſi ſi ad præconia eius extolenda ſolummodo inſtituta fuiſſent. Hodie de mirabili doctrina eius, & eficaci prædicatione agit. Innuit certe ꝙ per vitam & doctrinam prædicatoris natus Deus introducendus iſt in corda hominum. Nec vacat ꝙ de vita eius in duabus dominicis agatur, de doctrina vero in vna tantum. Sed vt innuat, ꝙ ad duplum prædicare debemus vita, quam doctrina, & plus operibus quam verbis, pluſq. manibus quam lingua, fortius enim mouent opera prædicantis quam verba. Ideo Ioannes dicebat. *Ego ſum vox.* Non dixit, ego vocifero, ſed ſum vox ipſa, quia vita mea vox eſt, quæ corda excitat ad pęnitentiam, de hoc agemus.

Aue Maria.

ANno. 15. Exod. 3. Dicitur, ꝙ cum populus Dei ſub duro imperio Pharaonis oppreſus clamaret ad Deum, commotus Deus ge- *Exod.*

gemitibus ſuis, decreuit illos e duriſsimo illo iugo liberare. Ad quod nemi nem ex aulis regiis vocauit in ducem, ſed ad deſerta loca ſe contulit, & humilem paſtorē Moiſem gregem minantem vocauit, cui tantum munus impoſuit, licet nulla ſapientia, & eloquentia humana floExod. 4 reret. Immo impeditioris, ac tardioris linguæ erat. Exod. 4. *Veni (inquit) mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum Iſrael de Aegipto.* Venit deniq. ruſticus ad Pharaonem, cui mira audatia dicebat. *Dimitte populum* Exod. 5. *in deſertum, vt ſacrificet Deo ſuo.* Exod. 5. Sed miratus, immo & confuſſus Pharao, & indignatus, q̄ ad rem ſic arduam non exercitus magnus, non currus, non equites, non bellica inſtrumenta multa mitterentur a Deo, ſed ruſticus, ac balbutiens paſtor Exod. 5 dixit. *Quis eſt dominus vt audiam vocem eius?* Exo. 5. Sed certe hoc totum aperta figura eſt hodierni miſterii noſtri. Vbi volens Deus populum ſuum educere de iugo infernalis Pharaonis, a quo duris calamitatibus præmebatur, non ad curias profectus eſt, non ad aulas regum, vt inde aliquem ex principibus vocaret in ducem, ſed ad æremum ſe contulit, & eremitam quendam, qui a tenera ætate antra deſerti more ferarum occupauerat, inde eduxit, nomine Ioannem Bap. Cui tantum munus impoſuit, dicens. veni mittam te ad educendum populum meum de manu principis tenebrarum. Et hoc eſt q̄ dicit euangelium. *Anno. 15. imperii Tiberii, factum eſt verbum domini, &c.*

*Anno. Decimo quinto.* Hic docemur, quo tēpore cæperit pænitentia prædicari in remiſsionem peccatorum, quando ſcilicet, maximum pecca-

peccatores dominabantur ac tota reſpublica eorum ſceleribus implicata erat. Tunc pænitentia in remiſſionem peccatorum prędicatur immo & aduẽtus ipſius Dei. Haze mucho al caſo para encarecer la merced, la circunſtancia del tiẽpo en que ſe haze. Sic Mathei. 2. *Cum natus eſſet Ieſus in Betleem iudæ in diebus Herodis regis.* Magnũ beneficium eſt Deũ naſci, & hominẽ fieri. Vnde Auguſt. in rebus per tẽpus ortis nihil maius quã Deũ fieri hominẽ. Pero mas lo encarece el tiẽpo en que nace, quãdo el mũdo mas perdido. Quando Ieroboam Cum decem tribus colebant vitulos aureos, tunc miſsit Deus exceltentiſsimos duos prophetas Heliã & Heliſeum. Et in ipſa die qua magnus hæreſiarcha Arrius natus eſt, lumen eccleſię Auguſtinus ortus eſt etiã, qui errores illius dextrueret, & ſua luce nebulas hęreſum fugaret. Sic nunc mittitur Ioãnes. Anno. 15. &c. Viene Dios al tiempo dela maior neceſsidad. Ad Gal. 4. *Vbi venit plenitudo temporis, miſsit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.* Sed quæ plenitudo erat hæc? Plenitudo certe culparum, & criminum, quaſi dicat, expectauit Deus, vt mundus nefandis abundaret criminibus, & ſceleribus repleretur, vt veniret ad illum redimendũ factus homo. Quod iam dixerat, per Oſſeam. 6. *Et veniet nobis tanquam imber ſerotinus terrę.* Como quãdo al verano deſpues de alguna grande ſeca, que eſta la tierra mas neceſsitada, le viene el rocio, aſsi acude Dios ala maior neceſsidad Vnde hunc ſibi iam vindicauit titulum. *Adiutor in opportunitatib⁹.* Pſ. 9. Acude a la maior neceſsidad. Et Pau. Rom. 5. *Vbi abundauit delictum, ſuper abũdauit & gratia.* Illud vbi

Gal. 4.

Oſſes. 6.

Pſ. 9.

Rom. 5.

ad-

ad verbium loci ſit a quibuſdam, quaſi dicat, in ligno vbi abundauit iniquitas, in eo etiam ſuper abundauit gratia. Sed nos ad verbiũ temporis facimus. *Ideſt, quando abundauit delictum.* Et hoc met tempus ſignare videtur, de quo euangeliſta noſter loquitur. Quod ex alio loco ipſius Pauli vbi ſupra comprobari poteſt. *Lex ſub intrauit vt abundaret delictum.* Rom. 5. Dicens ergo nunc. *Vbi abundauit delictum.* Ad hoc tempus veteris legis alludere videtur. Nunc ergo venit, vt abundaret & gratia, ac remiſsio peccatorũ per ſanguinem eius. Et ſic Iſa. 40. clamabat *Conſolamini, conſolamini popule meus dicit Deus veſter.* Illa repetitio plenitudinem conſolationis adnotat. Quare ergo tanta lętitia conſolar debent? *Quoniam completa eſt malitia eius.* Ideſt quia iam malitia illorum ad vltimum complementum, & ad plenitudinem deuenerũt. Immo ob hoc oſſa eorum areſcere deberent prę triſtitia, quia completa iam malitia eorum, in ianuis erit dura vltio, & vindicta? minime. Quim potius lętẽtur valde. *Quia dimiſſa eſt (inquit) iniquitas illius, ſuſcepit de manu domini duplitia pro omnibus peccatis ſuis.* Et qua via id fiet? *Vox clamantis in deſerto parate viam domini.* Ideſt mittetur Ioannes ad prædicandam pęnitentiam in remiſsionem peccatorum. Et Pau. Rom. 11. *Concluſsit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur.* Ideſt ſimilem occaſsionem expectauit, quando omnia ſub peccato clauderentur, vt miſericordiam ſuam in parcendo manifeſtaret. Et. 1. Corin 11. *In qua nocte tradebatur.* Quando merecian ſer deſtruidos. *Accepit panem, & calicem, hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur in re-*

*Rom* 5.
*Iſa.* 40
*Rom.* 11
1. *Cor.* 11.

*miſsionem peccatorũ*. Sic nunc quando populum ob ſcelera inundantia ſubuertere deberet, aduentus eius prædicatur in remiſsioné peccatorum. *Anno, 15. Imperii Tiberij.*

ANno 15. Secundo hanc etiam temporis occaſionem expectauit Deus, vt veniret, quia tunc mundus maiori trãquilitate ac pace lætabatur. Et Iſaias. 11. Prædixerat Chriſtum

*Iſa. 11.* venturum eo tẽpore, quo habitaret lupus cum agno, leo cum ouibus, & pardus cum hædis. Et capite. 1. De illo felici tempore aduen-

*Iſa. 1.* tus meſiæ dixit. *Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, non leuabit gens cõtra gentem gladium.* Quod

*Mich. 4.* idem dixit Micheas. cap. 4 tanta ergo pace lætabatur mundus tempore aduentus Chriſti. Sed valde mirum eſt mihi, ꝙ tantis tũc criminibus inundantibus tanta pax eſſe poſſet in mũdo. Quia pax & peccatum repugnare videntur inter ſe. *Non eſt pax impijs.* Di- *Iſa. 57.*

xit Deus per Iſa. 57. Et Dauid de ſe ipſo fatebatur *Non eſt pax oſsibus meis a facie peccatorum meorum.* *Pſ. 37.*

Pſ. 37. Et nondum homicidium cõpleuerat Caim, & inducias pacis iam cum omnibus creaturis fregiſſe cognouit. Vnde dixit Deo *Gen. 4.*

*Omnis qui viderit me, interficiet me.* Quia certe pax proprium eſt conſciẽtiæ integrę, & perfecte, ſic *Iſa. 48.*

Iſa. 48. *Vtinam attendiſſes ad mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua.* Ideſt ſi mandata mea ſeruaſſes, flumine pacis gauderes. Et ad Gal. 5. *Fructus* *Gal. 5.*

*autem ſpiritus charitas, gaudium pax.* Sicut opera carnis, & peccatorum. *Irę rixæ, diſſenſiones, & homicidia.* Qualiter ergo inter tot ſcelera pax tanta quieſcebat? Sed a tali pace libera nos domine. Ad id enim ſolum pax illa deſeruit, vt iniquitas abſq. re

præ-

præhenſore licentius perpetretur. Quomodo enim peccator corrigere curabit peccatorem? ideo tunc temporis maxima inſurgere vitia neceſſariũ eſt. *Venite fruamur bonis. Et non ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra.* (Sap. 2.) Venite, inquit. Vamos todos a vna. Vt hac pace. *Nõ ſit pratum* ꝙ *non pertranſeat luxuria noſtra.* Dum nullus eſt qui reprimat. O mala pax. O impia pax omni bello durior. Omnes homines debemus amare, fateor, ſed vitia eorum odire tenemur. Fatearis & hoc tu. *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum.* (Pſ. 118) Nihilominus. *Legem tuam dilexi.* Quia lex homines præcipit amare, nõ vitia illorum. bonorum diſcretionis eſt non odire perſonam, ſed culpam. Iſidorus. lib. 2. ſent. c. 3. Et Seneca in Prouerbiis. (Seneca.) Pacem cum omnibus hominibus habeto, bellum cum vitiis. Et Aug in regula. (Aug.) Cum dilectione hominum, & odio vitiorum. Hi autem cũ vitiis pacem habebant. *Anno.* 15.

F*Actum eſt verbum domini*, Super Ioannem in deſerto multa occurrunt notanda ſuper hæc verba. Primum quot ætatis annos habebat Ioannes quando petiit æremum. Secundo quot annos haberet ætatis quando e deſerto reuocatur ad prædicandum. Tertio quam ob cauſam in æremum ſe contulit. Quarto quam occupationem haberet in deſerto, & Quinto, quare ſolitudinem, atq. contemplationem deſeruit, & iterum reuerſus eſt ad occeanum mundi huius, cum veritas ipſa dixerit. Luc. 9 *Nemo mittens manũ ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Ex quibus omnibus ſalutaria documenta educere poterimus.

Pro

Pro primo dico ꝙ trium annorum ætatis creditur a multis Ioannes, quando an tra deſerti cępit inhabitare. Sic volunt Hieronimus Chriſoſtomus, & Origi. & dicit Hiero. ex ſecreto cubili vteri matris ad ſecreta ſolitudinis loca ſe contulit. En naciendo ſe fue alde ſierto. Sed aliis placet, ꝙ quinq annorum eſſet tunc Ioannes, ſic Maironis cenſet. & qui largius hoc extendunt, ad ſeptimum annum protrahunt, ſic putat Landulfus Cartuxanus, ex ſacra tamen pagina id ſolū conſtat, ꝙ a tenera ætate ſpræto mundo cæpit eſſe ęremita. Sic Lucas. 1. *Puer erat in deſertis locis, vſq ad diem oſtenſionis ſuæ.* Sed prochdolor, ꝙiam non pudeat homines ſcoriam, ac fecem annorum ſuorū offerre Deo, quos mundus ipſe acceptare contemnit. Sic conqueritur per Malachi. 1. *Deſpexiſtis nomen meum, & dixiſtis, in quo deſpeximus nomen tuum?*

*Hiero.*

*Luc. 1.*

*Mala. 1.*

Ego dicam vobis. *Offertis ſuper altare meum panem polutum.* Los afrechos y ſaluados que deciamos. *Si offeratis cæcum ad immolandum non ne malum eſt: offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam.* Quaſi dicat ꝙ homines contemnerent, hoc offertis mihi, nec erubeſcitis. Et finem faciens propheta dicit. *Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile domino.* Ideo reprobatum fuit ſacrifitium Caim, & ſacrificium Abel acceptum Deo. Quod oſtendit Deus igne de cælo ſuper illud emiſſo, vt dicit Hieronimus de quæſ. Heb. in Geneſ. ſuper hoc. Vnde (inquit) ſcire poterat Caim, ꝙ fratris eius munera ſuſcepiſſet Deus, & ſua repudiaſſet, niſi illa interpetatio vera eſſet, quam Theodocio poſuit. *Inflāmauit Deus ſuper Abel, & ſuper munera eius, ſuper Caim*

*Gen. 4.*

*Hiero.*

ca-

*autem, & ſuper ſacrifitiū eius non inflamauit*. Ignē autem ſolitum venire de cælo ad ſacrifitium deuorandum & indedicatione templi ſub Salomone legimus, & quando Helias in Carmelo conſtruxit altare. Sed quare vnum reprobatur, & alterū ſuſcipitur? Quia ille debiliores fructus terrę offerebat Deo. *Iſte vero de primo genitis gregis ſui, & de adipibus eorum obtulit*. Semper meliora ſibi petebat Deus. Et a te quid petet? Fulfura ætatis? ſaluiata dierum? fęces annorū? minime. Sed adipem farinæ, teneram ætatē, atq. annos iuuentutis tuę. Non quia ſi aliud non habueris offerendum hęc minuta deſpiciet, & ſenectutem tuam repellet.
*Leui.* 12 Ideo ab eis, qui agnū emere non poterant ad offerēdum, parturturū, aut duos pulos columbarum acceptabat.
*Num.* 28 Et num. 28. Petebat Deus duos ſibi quotidie offerri agnos in holocauſtū, vnum offeretis mane, & alterū ad veſperū. Quia hoc ſacrifitiū, licet veſpertinū, & ad vltimum ætatis accedat, etiam acceptabitur a Deo. Sed tamē ſacrifitium matutinū ſuper omnia gratiſsimū eſt ei. Ideo. Eccli. *Eccli. vlt*
vltim. *Conuertere ad dominū Deum tuū in diebus iuuentutis*. Et Iob. 8. dicebat. *Iob. 8.*
*Si diluculo ſurrexeris ad eum, ſtatim euigilabit ad te, & paccatum reddet habitaculū iuſtitiæ tuæ*. Semper inuenies eū paratū ad te recipiendum, ſed maxime ſi diluculo ætatis tuæ, acceſſeris ad eum. De hoc ipſe Iob gloriabatur. c. 31. *Iob 31.*
*Ab infantia creuit mecū miſeratio*. Quia a tenera ætate cæpi miſereri pauperum. Ideo Dauid dicebat. *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua*. Ideo *Pſal. 118*
*Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam domine*. Quia gratiſsima eſt tibi vox clamantium ad te intenera ætate. Ideo

oannes a tenera ætate ſe obtulit Deo, & ſeceſsit. *In deſertum.*

PRo ſecũdo dico. Quod triginta annorum erat Ioannes quando vocatus eſt de deſerto ad prædicandum. Nec minoris ætatis eligendus eſt ad hoc offitium prędicationis. Gregor. hom. 2. ſuper Ezech. *Grego.* Nequaquam debent homines in ætate infirma prædicare, quia ſermo doctrinę non ſuppetit, niſi in perfecta ætate. Et addit Greg. Chriſtus cęli conditor, & angelorum doctor ante tricenale tẽpus in terra noluit fieri magiſter hominũ. Et Lucas tradit cap. 2. ꝙ *Luc. 2.* cum duodecim annorum eſſet tantum, in templo inuentus eſt inter doctores non docens, ſed audiens, non docens, ſed interrogans. Sed poſt triginta annos iam inuẽtus eſt ſedens inter diſcipulos, aperiens *Mat. 5.* os ſuum, & docens illos. Et licet Ioannes dilectus erat inter diſcipulos, in abſentia tamen magiſtri cathedra non commendatur Ioanni, ſed Petro. Et dicit Hieroni. lib. 1. contra Iouenianũ, quia pene puer erat *Hierõ.* Por ſu mucha moçedad. Quia ſuper cathedram ſenectus pulchrior apparet. Sic Prouer. 16. *Corona dignitatis ſenectus.* Ideo Ziprianus, & Anſelmus, mag *Pro. 16.* *Anſel.* no pere hoc commendauerunt, ꝙ predicatores, & cõfeſſores, triginta annorum ad minus eligantur. Vnde notanter dicitur Gen. 41. *Gen. 41.* ꝙ Ioſeph triginta annorũ eſſet quando in conſpectu pharaonis apparuit ſomnia interprętans, & occulta miſteria pandens, & de Ezechiele dicitur c. 1. ꝙ triginta etiam annorum eſſet quando offitium prędicandi ſuſcepit. *Et factũ eſt in tricesſimo anno, etc.* Quod *Ezech. 1* ad notauit Hieronimus in *Hiero.* præfatio ſuper ipſum Ezechielem dicens. Triceſsimo autem ętatis ſuę anno exorſſus eſt ad cõcaptiuos loqui. Quia certę ante hãc



æta-

ætatem nullus promouendus eſt ad munus prædicationis ideo Ioãnes intriceſimo anno ętatis ſuę educitur ad prędicãdũ ĩ deſerto.

SEd peto. Non ne tu domine dixiſti Eccle. 10.
Eccle. 10. *Væ terræ cuius princeps puer eſt.* Cuyo prelado es moço? Quare ergo Ioannẽ in tanta iuuentute mittis ad prædicandum? enla ſagrad. ſcrip. Viejos, y canas, no ſe entienden en la edad, y enlos cabellos, ſino en el mucho ſeſo, y prudẽtia. Quẽ admodum puer dicitur imprudens, quantũ cũq. plenus ſit dierũ, & an
Iſa. 6. norũ. Sic. Iſa 6. *Puer centũ annorum moriatur.* Pues ay mochachos de ciẽ años? ſi. Non in ætate ſed in ſenſu. Sic prorſus pueri inueniuntur, qui in ſenſu, prudẽtia, & virtute centum iam annorum videntur. Vnde
Sap. 4. dicitur. Sap. 4 *Senectus venerabilis eſt non diuturna nec annorũ numero cõputata, cani autẽ ſunt ſenſus hominis, et ætas ſenectutis vita immaculata.* Los juicios an de ſer los canos, no los cabellos. La ſenectud digna de honrra, no es tanto la delas canas, como la dela vida ſancta. Et de his pueris ſenibus addit. *Conſumatus in breui expleuit tẽpora multa.* Quia nullam prætermiſsit occaſionẽ bene operandi, vnde in paucioribus annis, tot tantaq. merita cumulauit, quaſi ſi pluribus vixiſſet Sic Amb. Amb.
dicit. l. 2. de Abrahã. c. 9. ille ergo bene ſeneſcit, qui bene ſenſerit. Aquellas ſon buenas canas, q̃ tienen buẽ ſeſo, y buena vida. Et num.
11. Dixit Deus Moiſi. *Cõgrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael.* Et addit. *Quos tu noſti, ꝙ ſenes ſint.* Nõ ne ex capiliorũ albedine facile cognoſcũtur ſenes? vtiq. ſed de alia certe ſenectute loqui oſtẽditur, cũ dicit *Quos tu noſti ꝙ ſenes ſint.* Pidele viejos conocidos por cuerdos, y de maduro ſeſo. Sic Gre.l. Gregor.
19. Mor. cap. 13. Iuuenes dici ſolent, qui nulla con-

 ſilii

filii grauitate fulciuntur, ſenes vero non eos ſacra ſcriptura vocare cõſueuit, qui ſola quantitate temporum, ſed morum grandeuitate maturi ſunt. Et Amb. ſerm. de paſcha dicit. Senectus morum inuenitur in pueris, innocentia infantum inuentur in ſenibus. Eſſa es buena juuentud, y eſſa es buena vejez. Et Baſil in Iſai. 3. Ea vero ſenectus prudentiæ, ac ſenſuum laudem prometetur maiorẽ. Hæc vero floruit in iuuene Ioanne Bap. Ideo iuuenis educitur, ad prædicandum de deſerto.

Amb.

Baſil.

PRo tertio dico, ꝙ a tenera ſic ætate ſpreto mundo in æremum ſe contulit, ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet, vt canit eccleſia. Aun con vna palabra ocioſa. Inter turbas enim manere, & nõ maculari, difficile valde eſt ne dicã impoſsibile. Quia vt dicitur. Eccli. 3. *Qui tãgit picem, coinquinabitur ab ea, & qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam* Picem enim tangere & nõ coinquinari, vel cum ſuperbo agens nõ ſuperbire, pluſquã difficile apparet. Seneca teſtabatur de ſe ipſo. Ambitioſior, auarior, luxurioſior, & crudelior redeo, quia inter homines fui. Et Chriſoſtomus dicit. rerum enim natura ſic fere habet, vt quoties bonus malo iungitur, non ex bono malus melior, ſed ex malo bonus fiat aliquando deterior. Et alibi aptiſsima ſimilitudine id ponderauit ipſe Chriſoſtomus. Sicut impoſsibile eſt, arborem iuxta viam poſitã fructus ſuos aprætereuntibus defendere, & illos vſq ad perfectionem conſeruare, ſic nec virtutes, qui hominũ conſortia non fugiunt. Manus Moiſi in pectore incluſſa, munda erat, ſed foras in publico extracta apparuit leproſa. Quia puritatem vitæ extra clauſuram, & in medio tu-

Eccli. 3.

Seneca.

Chriſoſt.

Exod. 4.

tumultu retinere dificillimum quipe eſt. Ideo Pau. 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus*. Nota illud. *implicat ſe*, Se enlaça, enreda, y enmaraña en ellos. Et bene quidem. Quia nullis retibus, catenis, aut cōpedibus fortius ligamur ne ad Deum properemus, quam negotiis ſęcularibus. Ideo Hierem. 51. *Fugite de medio Babilonis, & ſaluet vnusquiſq. animam ſuam*. Non poterit ſaluare illam in medio Babilonis? Mal. Quia multa ſunt pericula in illa, & fragilitas noſtra maxima eſt. Ideo qui deſiderat ſaluare animam ſuam, fugiat de medio Babilonis. Ouid. lib. 2. de rem. Amoris. Vt pene extinctum cinerem ſi ſulphure tangas viuet, & ex minimo maximus ignis erit, ſic niſi vitaris quicquid reuocabit amorem, flamma redardeſcet, quomodo nulla fuit. Et Philo iudæus lib. reſipuit Noe, dicit. Quem admodum vis ignis dum materia caret, quieſcit, qua accedente incenditur, ſic quę ſunt in anima potentię extinguntur deſtitutę opportunitatibus, occaſsionibus autem excandeſcunt. Et *Iſidorus* lib. 2. ſoliloqui. iuxta ſerpentem poſitus non eris diu illeſus, & anteignem conſiſtens, & ſi terreus ſis aliquando diſſolueris. Fugite ergo de medio Babilonis, ideo *Ioſeph* relinquens pallium in manu dominæ ſuæ fugit. De vna muger huis,o que gran valentia es huir occaſiones. Sic Dauid. *Elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*, quare. *Quia vidi iniquitatem, & contradictionē in ciuitate*. Quia inquam, nullum eſt genus iniquitatis, quod in ciuitate non inueniatur. Ideo ſancti fugiebant ciuitates, vt dixit Pau. Heb. 11. *in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cauernis terrę*. Fugientes cōſortia

Marginal notes: 2. Tim. 2. — Hier. 15 — Gen. 39 — Iſido. — Pſ. 54. — Heb. 11.

tia hominum. Et Seneca proprio periculo edoctus dicebat ad amicum ſuum, quid tibi præcipue vitandum quęris? turbam. Ecce nil maiori cura fugiendum iudicauit philoſophus iſte, ideo *Ioannes* vt nitorem vitæ conſeruaret a tenera ætate fugiens turbam, coluit deſertum. &c.

*Seneca.*

PRo quarto dico, ꝙ in deſerto manſit, vt mirabilem pænitentiam ageret, & tanto rigore corpus ſuum caſtigaret, vt mira cognomina accipiat a ſanctis. A Griſologo appellatur, totus pęnitentia formatus. Vn terron de pænitentia. Hieronimus vocat eũ magiſtrum pænitẽtiæ. Et Ambroſius magiſtrum abſtinẽtiæ. Et Baſil. lib. 1. de ieiunio dicit. Ioannis vita vnicum & perpetuum ieiuniũ fuit. Et a Nazianzeno vocatur nullius cibi homo. *Hõ*bre de ninguna comida. Quod dixit Chriſtus per Matheum. 11. *Venit Ioannes non mãducans, neq. bibens.* Et eccleſia cãtat de eo ꝙ mel ſilueſtre, ac locuſtas manducaret. Per locuſtas intelligit Athanaſ. Herbas, & legumina. Sed Euthimius ſuper math. 3. Exiſtimat cortices, aut radices arborũ eſſe. Sed Hier. Ambro. & Chriſoſt. Et Orig. dicunt, locuſtas animalia volantia eſſe. Quę in orientalibus lybiæ partibus comedi ſolent ab hominibus. Sic teſtatur. Hiero. Et. Pli. l. 11. c. 4. Qua de cauſa Moiſes Leuit. 11. Inter munda animalia quibus veſci licebat, numerauit locuſtas. *Quic quid autem ambulat ſuper quattuor pedes, ſed habet lõgiora retro crura, per quę ſalit ſuper terram, comedere debetis.* Sed quę animalia ſunt iſta? *Bruchus in genere ſuo Atthacus, Ophimacus, atq. locuſta.* Ecce locuſtas inter volantia animalia comeſtibilia enumerat. Et veſtis eius ſacus erat, lectus terra, & domus ſpelunca. Vnde Ori-

*Griſolo.* *Hiero.* *Nazian* *Mat. 11* *Atha.* *Hiero.*

Origenes hom. 25. In Lucam dicit. Nec ſaltem vile tugurium habebat, vbi nocte ab iniuriis cæleſtibus defenderetur. Et Ber. ſer. de excellenti a Ioannis receſſus montium, ſiluarum anfractus, & vallium ſubteriacens vaſtitas puero patriarchę, quãdo nox coegerat, domicilium præbuerunt. Los apartamientos de los montes. Las quebradas delas ſeluas, y las honduras delos valles eran ſus apoſentos. Ne te iã virum terreat pænitentia. Deut. 20. Præcepit Deus. *Siquis eſt homo qui edificat domum, & non dedicauit eã, vadat, & reuertatur in domum ſuam, & ſiquis eſt homo qui deſpondit vxorẽ &c.* Tria ſunt genera hominum quę reiicit Deus a bello ſuo. Per ędificantes domũ intelligit auaros, qui tota anima in domibus ędificandis occupantur. Per deſponſatos intelligit deditos libidini, & illecebris carnis. Per cæteros intelligit timidos, & formidoloſos. Bellum hoc pænitentia eſt ad quam nil prorſus valet timidus, aut formidoloſus Ad exemplum ergo pueruli Ioannis omnem deponamus timorem, certiq; victores euademus nos viri ſiquidem paruulus iſte aſperrimam ſic pęnitentiam non timuit agredi. Ecce quid puerulus Ioannes faciebat. *In deſerto.*

Orig. Bernar. Deu. 20

SEd quare tantam. Pænitentiam elegit, qui mortale peccatuũ nunquam fecerat? Quia maximis peccatoribus prædicare debebat pænitentiam Et nequalicunq. cõtenti eſſent, qui grauiſsimis ſceleribus fędati erant. Hinc Paulus vocatus in prædicatorẽ ſub vngulis equi proſternitur, & excæcatur, ne deinceps oculos ad exteriora dirigat, & tribus inſuper diebus recluditur ſine potu, & ſine cibo. Act. 9. & miſſurus Christus diſcipulos ad prædicandum præcepit eis. *Nolite portare peram*

Act. 9. Luc. 10

*neq. ſaculum, neq. duas tunicas, neq. calceamenta,* Hier. 27
Deſnudos, deſcalços, y hambrientos. Et Hieremiam catenis ferreis circundatũ miſsit ad prædicandum. 2. Tim. 4
Et Paulus ad Timotheum prædicatorem dicebat. *In omnibus labora.* Grecus textus legit. *Ob dura in afflictionibus.* Endureçete, curtete, haz callos en los trabajos, y penitencias. Para que tan curtido en ellas? Quia. *Opus fac euãgeliſtæ.* Ideſt prædicatoris. Quod omnes prædicatores ſeruare debebant, vt fructus dignos producerent in audiẽtibus. Licet enim eis dicat Chriſoſ. ſuper illud Math. *Quæ cumq. dixerint vobis facite, & ſecundum opera eorum nolite facere.* Si bene dixerint, eorum eſt lucrum, ſi bene docuerint, Chriſoſt. veſtrũ, accipite ergo quod veſtrum eſt, & nolite diſcutere quod alienum eſt, Terra vilis pretioſum aurum producit, nunquid propter vilem terram pretioſum aurum contemnitur? ſicut igitur aurum eligitur, & terra relinquitur, ſic & vos doctrinam accipite, & mores relinquite. Nihilominus Amb. de offic. Id dificile iudicat dicens. Quomodo potes eũ iudicare conſilio ſuperiorem, quem videas inferiorem moribus? ſupra me debet eſſe, cui me committere paro. Et Ber. lib. de conſider. Monſtruoſa res eſt, gradus ſummus, & animus infimus, ſedes prima & vita ima, ſtatus ſuppremus, & greſſus minimus. Ideo ſanctus ſit prædicator ſi ſanctos eficere deſiderat. Ezechieli dictum eſt. *Comede librum.* Et poſtea, vadead prædicandum. Comedat prius librum prædicator, vt in ſe conuertat eum, vt ſic cæteris poſtea tradat illum. Nutrix prius conuertit cibum in lac, & poſtea tradit infanti. Sic Pau. *Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis dedi potum.* Quia hanc doctrinam, quam vobis

Amb. Bernar. Ezech. 2 Simile. 1. Cor. 3.

bis nunc trado, prius comedi ego. Et digeſtam ac in lac conuerſam reddo vobis. Ideo doctrina dicitur lac. Quia prius digerenda eſt a prædicatore, aliter eo nomine indigna eſt. Nec enim guſtū lactis, nec dulcedinem, nec nutritionem habet. Cum ergo peccatori per pænitentiam & contritionem veram, tota ſemper culpa dimittatur, non tamen tota pæna debita ſemper remittitur. Et hæc lachrimis & afflictionibus compenſanda eſt. Et cum ſatisfactionis quantitas quantitati delictorum, & debitorum correſpondere debeat, & hæc ſoli Deo cognita ſit, ſemper iudicat verus pænitens, nunquam in integrum ſatis feciſſe, vnde nunquam a lachrimis, ac pænitentiis deſiſtit. Deut. 25. *Iuſta menſuram delicti debet eſſe plagarum & modus.* Illa incerta eſt pœnitētibus, ideo hic nunquam eos ſecures reddit. Vnde magis ac magis continuo dolent. Iſidorus. Licet per pænitentiam propitiatio peccatorum ſit, ſine metu tamen homo eſſe non debet, quia pœnitentiæ ſatisfactio diuino tantum compenſatur iuditio, non humano. Et Auguſtinus de vera pœnit. Continuo dolendum eſt de peccato. Quod declarat ipſa dictionis virtus, quia pænitere eſt pœnitentiam tenere, & ille pænitentiam tenet, qui ſemper punit, quod commiſsit. Et Baſil. Magna peccata magna lamenta deſiderant, vnde attende tibi, vt pro ratione, ac proportione peccati a medicina accipias auxilium. Magnum eſt peccatum? multa tibi confeſsione eſt opus, amaris lachrimis, intentis vigiliis, & aſſiduo ieiunio. Et Hugo. quādo Deus in contritione abſoluit hominem a peccato, ligat eum vinculo perpetuæ deteſtationis. Hinc eſt, ꝙ licet Dauid audiuit. *Tranſtulit quoq. dominus*

Deu. 25

Iſidorus

Aug.

Baſil.

Hugo.

*aūs peccatum tuum.* 2.Re-
2.Re.12 gum.12.Et licet Magdale-
na audiuit. *Vade in pace,*
*remittuntur tibi peccata*
Luc.7. *tua.* Luc.7. Ille nihilomi-
nus confitetur. *Exitus a-*
*quarum deduxerunt ocu-*
*li mei, quia non custodie-*
Pſ.118. *runt legem tuam.* Et de iſ-
ta dicitur. *Et lachrimis cæ-*
*pit rigare pedes eius.* Luc.
7. Et per ſpatium triginta
annorum manſit in deſer-
to ſine cibo, ſine potu, &
ſine lectu, quia dormiens
in terra, radicibus herba-
rum, & aqua ſola vteba-
tur. Ad hanc ergo tantam
ſuadendam, tantam effi-
cere debet prędicator, &
ſic oues deducet ad paſ-
cua æterna gloriæ,
ad quam,
&c.

DO

# DOMINICAE QVARTÆ ADVENTVS.

## SERMO TERTIVS.

*Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem. Luca. cap. 3.*

IN tantum præclarum eſt hoc munus prędicationis, tãto eſt huius dignitatis excelẽtia vt animã ab omni macula pur- Pſ. 49. gatã exigat, cui inhæreat. *Peccatori autẽ dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas. & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum.* Pſal. 49. Ideo prius vas electionis efficitur Paulus, vt tantam dignitatem ſuſcipere mereretur. Et de omni- Rom. 1 bus apoſtolis dixit ipſe Pau. Rom. 1. *Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum.* Prius acceperunt gratiam, poſtea apoſtolatum, & munus prædicationis. Et antequam Iſaias mittatur ad prædicandum, labia eius igne cæleſti purificata ſunt. Ideo Ioãnes in vtero adhuc ſanctificatus, in deſerto am- Iſa. 6. plius perficitur per pænitentiam, viginti annorum, vt tantum munus prædicãdi digne ſuſciperet. Qui his omnibus caret, quaaliter prædicabit, ad ſit gratia. Aue Maria.

F*Actum eſt verbum domini, &c. Ex* lib. 1. Regum. 17. Conſtat tanto 1. Re. 17 robore præditum fuiſſe Dauid in iuuentute ſua, vt leones, ac vrſos venientes ad gregem aggrediretur, non hæſitaret & captam prædam de ore eorum eriperet; ac denique eos manibus dilaceraret.

Sed

ſed ad ſenectã peruenieus iuuenis iſte, ſic hanc virtutem virilem, ac fortitudinem amiſit. *Vt cum operiretur veſtibus non calefieret.* Vt dicitur 3. Reg.
3. Re. 1. 1. Timẽtes ergo ſerui eius ne præ frigore deficeret, vltimum hoc remedium inuenerunt, quæramus ei adoleſcentulam virginem, quę in ſinu eius dormiat, & ſuo calore foueat, & calefaciat eum, & aduxerunt Abiſach Sunamitidẽ quæ ſola frigidiſsima membra regis calefacere valuit. Ecce mirabilem figuram miſterii noſtri hodierni. Ecce vetuſta lex, quę in iuuentute ſua tanto charitatis igne ardebat, tantaq. tantorum ducum fortitudine, ac iudicum rectitudine, & patriarcharum perfectione, & ſanctitate florebat, vt totus orbis eorum fortitudinem pertimeſceret. Ad ſenectam autem hæc lex perueniens, totam hãc eius virtutem, fidem, charitatem, ac fortitudinem ſic amiſsit, vt. *Cum operiretur veſtibus, nõ calefieret.* Vnde vnum regem adebant ei ſuper alterum. Et vni põtifici alterum pontificem, & vni iudici alios plures addebant, vnum tiberium alterum Herodem, alium Pilatum, inſuper et Annam & Caipham, Sed laborem & operã perdebant. Quia cum. *Operiretur veſtibus, non calefiebat.* Vnde ad vltimum remedium deuenerunt. Quæratur adoleſcentula pulchrior, quę in ſinu eius dormiat, & illa ſola poterit eam calefacere. Et ad inuenerunt legem nouam. Quæ lex ignita eſt Immo ignis ipſe. Sic Chriſtus. Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram.* Ideſt legem nouam. *Et quid volo niſi vt ardeat.* Ideſt vt niuea corda inflammet, & accendat? ſeruus ergo cui commiſſum eſt eam adducere, Ioannes Baptiſta eſt. Ad cuius prædicationem frigida corda obſtinatorum iam ardebant, & ardẽ Luc. 12.

tia

tia clamabant *Quid faciemus?* Ad hanc ergo adoleſcentulam adducendam reuocatur Ioannes e deſerto *Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem, &c.*

F*Actum eſt verbum domini.* Chriſoſt. Chriſoſtomus interpraetatur, factũ eſt verbum, ideſt mãdatum. Verbum hic inquit, mãdatum eſſe dicitur, quia nõ a ſe venit Zachariæ filius, ſed Deo ipſum mittente. Gloſa. Et interlinealis dicit. Factum eſt verbum iſtud, vade, & prædica baptiſmum pænitentię. Lyra. Et Lyra, factum eſt verbũ domini ſuper Ioannẽ, per reuelationem diuinã, per quam habuit mandatum de prædicatione exequenda. non vltro ſe intromittere quis debet ad prædicationem. Ioa. 1. Ioa 1. *Fuit homo miſſus a Deo.* Non vltro venit Ioannes, ſed miſſus. Inuidi diſcipuli Ioannis, Quia Chriſtus baptizaret, acceſſerunt magiſtro dicentes. Qui erat tecũ trans Iordanem baptizat, & omnes veniunt ad eum. Quibus Ioannes dixit. *Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum a cælo.* Dignamente ninguno puede recebir officio, ni dignidad, ſino le es dado del cielo. Ad Moiſem didixit Deus. *Veni mittam te ad pharaonem.* Exod. 3. Exo. 3. Et Iſaias dicebat Deo. *Ecce ego mitte me.* Iſa. 6. Nec enim ibo ad prædicandum, ante quã tu mittas me. Sic præcepit Deus populo Deu. 17. Deu. 17 *Cum ingreſſus fueris terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi, & dixeris, conſtituam ſuper me regem, eum conſtitues, quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrũ tuorum.* Non alium. Ideo Eccle. 7. Eccle. 7. *Noli quærere ab homine ducatum, neq. a rege cathedram honoris.* Pues quien a de dar eſſo ſino el rey? ellos an de repartir eſſas dignidades, pero Dios las ha de dar. Sic Pau. Ad Gal, 1. Gal. 1. *Notũ vobis facio fra-*

*fratres euangelium, quod euangelizatum eſt a me, quia non eſt ſecundum hominem, neq. enim ego ab homine accepi illud*. Scilicet, ab aliis apoſtolis, qui cum Chriſto corporaliter fuerunt adiſcendo. *Sed per reuelationem Ieſu Christi* Pues a de hazer Dios milagros, ſi io me eſtoy callãdo en mi rincon? biẽ ſabe Dios ſacar de vn deſierto a vn Moyſes, y a vn Dauid y a vn Baptiſta. *Ideo conſuluit per Eccleſiaſticũ. 11.* Eccli. 11 *Confide in Deo, & mane in loco tuo, facile enim eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem*. Et de antris extrahere eum ad culmen dignitatis. Sed tamen dum ille non extrahat, ne tu extrahi elabores, ſed mane in loco tuo. Qui enim præueniunt Deum, parum, aut nullum fructum facient per prædicationẽ ſuam. Sic. Hier. 23 *Nõ mittebam prophetas, & ipſi currebant*. Hier. 23. Sed quem fructum fecerunt? *Prędicantes mendatium, & ſeductionem cordium*. Quia iſti fere ſemper non animarũ lucrum, ſed vtilitatem propriam querunt, ad Philip. 2. Conquęrebatur Paulus. *Neminem habeo qui ſincera affectione pro vobis ſolicitus ſit, omnes enim quærunt quæ ſua ſunt non quę Ieſu Christi*. Philip. 2 Idem plangebat Malach. 1. *Quis eſt in uobis qui claudat oſtia, aut incendat altari meo gratuito*. Malac. 1 Nec enim hæc ſic minima aliquis agreditur ſine ſpe præmii, & vtilitatis ſuę ſed miſsi a Deo, ſui prorſus obliti, ſalutem animarum ſitiunt, & ad bonum ſpirituale proximorũ totis viribus diu ac noctu inuehũtur, vnde fit vt vberes fructus producant, & Deo lucrentur q̃ plures. Dauid. Pſ. 126. *Sicut ſagitte in manu potentis, ita filii excuſſorum*. Pſ. 126. Alia litera dicit. *Ita filii excuſsionum*. De los ſacudimientos. Qui enim ab omni alio lucro alieni præ dicant ſunt certe. *Sicut ſagit-*

*gitiæ in manibus brachii potentis.* Quæ corda audiē tium transfigunt, & igne cęleſti ardere faciunt. Ideo que Ioannes corda militū, & ſceleratorum ſua prædicatione conterebat, quia fuerat miſſus a Deo. *Factū eſt verbum domini ſuper Ioannem, &c.*

ET *venit in omnem.* Regionem Iordanis, tranquilitatem deſerti, & contemplationis præcipitur Ioannes derelinquere, & ad pelagum, vnde exierat, regredi cogitur, o optime Deus, non netu meliorem prædicaſti vitam contemplatiuam quam actiuā & tibi gratiorem? tu dixiſti. *Maria optimam partē elegit.* Luc. 10. Quia contemplatiuam elegerat, & Martha actiuam. Super ꝙ Aug. ſer. 27. de verbis domini. Maria optimam partem elegit. Non tu malam ſed iſta meliorem. Quare ergo a meliori, & perfectiori reuocas Ioannem ad imperfectiorem? ad hoc dico. Primo ꝙ triplex eſt actus vitæ noſtræ, actiuus, contemplatiuus, & mixtus ex vtroq. & primus, bonus eſt. Secundus melior. Tertius optimus, hęc doctrina eſt diui patris mei Auguſtini, quam etiā amplexatur diuus Thomas. Et hæc vita eſt quam vocamus Apoſtolicam. Quamq. Chriſtus dominus, & omnes Apoſtoli, atq. diſcipuli ſequti ſunt. *Si dormiatis inter medios cleros, penne columbę deargentatæ in pallore auri.* Pſalmo. 67. Hieronimus legit ex Hebreo. *Si dormiatis inter duas ſortes.* Per quas duas ſortes intelligit Titelmanus duas has vitas. Inter quas qui dormierit. Ideſt qui permanſerit. *Pennæ columbę de argentate in pallore auri.* Quaſi dicat Sera añadir reſplandor de oro, al reſplandor de plata. Sera añadir hermoſura a hermoſura, y perfection a perfection,

*Luc. 10.* *Aug.* *D. Tho.* *Pſ. 67.* *Hiero.*

quę

quæ Paulus raptus ad tertium cælum viderat, arden ter appetebat, & dicebat, cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, vt tantis bonis fruar. Nihilominus dicebat. *Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis* Rom 9. Et explicat Gregor. ꝙ optabat, a dulcedine illa Dei, quam viderat, vſq. in vltimnm diem ſeparari, & priuari, ob ſalutem fratrum ſuorum, quos prę dicatione ſua ſanabat. Sic & ad Phelip. 1. *Coarctor e duob⁹, deſideriũ habens diſ olui, & eſſe cũ Chrſto mul to magis melius, permanere autem in carne neceſſarium propter vos* Quaſi dicat, illud lõge melius eſſet mihi. Quia in mundo multis malis affligor. Sed hoc melius vobis, & ad multũ profectum animarum veſtrarum, & ob hoc diferã vſq. in diem iuditii tãtum bonum recipere. Ad eundem modum dico maius facinus feciſſe Moiſem, cũ dixit aut dele me de libro vitæ, aut dimitte eis hanc noxã, quam negaſſe ſe filiũ eſſe filiæ pharaonis. Et Petro dixit Chriſtus. *Petre diligis me?* Etiam domine. *Et plus his omnibus?* Etiam domine. *Paſce oues meas.* Moſtradlo en eſſo, no en arebataros en contemplacion ſolamente. Et animalia Ezechie. *Ibant, et reuertebantur in ſimilitudinem fulguris corruſcantis.* Ibãt ad contemplationem, ſed reuertebantur ad vtilitatem proximorum, in ſimilitudinem fulguris. Como vnos rayos. Ad ſponſam etiam dicebat ſponſus. *Surge, propera amica mea in foraminibus petrę, in cauerna maceriæ.* Ideſt tu quæ in foraminibus plagarum clauſa remanes, ſurge & propera ad ſalutem fratrũ quærendam. Nec tota in contemplatione detinearis, ſed partem temporis in docendo, prædicando, & conſulẽdo cõſumas. Hinc & Chriſtus orationem ter interrupit in horto, vt ad diſ-

Margin notes: Rom. 9. — Gregor. — Phelip. 1. — Exo. 32. — Ioa. 21. — Eze. 1. — Cant. 2.

diſcipulos excitandos properaret. Ideo Ioannes mittitur e deſerto ad prędicandum. &c.

V*Enit in omnem regionem.* Secundo, relicta ſolitudine in pelagum regreſſus eſt. Quia. *Factum eſt verbum domini.* Ideſt mandatum ſuper eũ. Porque ſo lo mandaron en virtud de ſancta obediencia. Et tanta fuit neceſaria vis ad illum educendum de tranquilitate cõtemplationis. Cum primum enim anima cæpit dulcedinem Dei deguſtare, ſic eam tenet, & apprehendit, vt vix ab ipſo Deo poſſe repelli & ſeparari videatur, ad Moiſem fruentẽ dulcedine Dei in monte, dicebat ipſe Deus. *Vade peccauit populus tuus.* Et excuſabatur dicens. O bone Deus, faciem tuam ardenti animo deſideratam nũc conceſſiſti, & ſic cito repellis me ab illa? non ibo. Et iterum Deus. *Vade, peccauit populus tuus.* Et ipſe. Quinimo. *Vocem cantantium ego audio.* Ideſt hominum in iucunditate & lætitia exiſtentium, ne ergo me ab iſta tua ſeparari præcipias, & iterum Deus. *Vade peccauit populus.* Vna y otra, y otra vez ſe lo manda, y con enojo, y parece que no lo puede apartar de ſi. Quando Maria ſedebat ad pedes Chriſti dulcedine conuerſationis eius repleta, laſſata Martha e miniſterio dixit Chriſto. *Domine dic illi vt me adiuuet.* O Martha, tu maior natu es, pręcipe tu, & illa obediet tibi, & ſurget & adiuuabit te minime. Sed tu ipſe domine præcipias ei vt ſurgat, & adiuuet me, & tu ipſe vix id obtinere valebis, quia, En afferrandoſe vn alma de Dios, el miſmo Dios parece que no la puede apartar de ſi. Vix angelus luctans cum Iacob (qui Deus ipſe creditur a multis) potuit eum a ſe repellere in

Exo, 32.

Luc. 10

Gen. 32.

tota nocte. Tan afferrado lo tenia Iacob. Et ad maiores preces reſpondebat, *Non dimittam te.* Nõ hoc præcipias mihi, quia non faciam. Quod videns angelus. *Tetigit fæmur eius, & emarcuit.* Diole vna puñada que le quebro vna pierna. *Dimitte me*. Et ipſe. *Non dimittam te.* Aunque me quebreys eſotra y todo el cuerpo. Ecce Deus ipſe non valebat eum, a ſe repellere. Et cum Chriſtus diceret diſcipulis. *Vultis & vos abire?* Reſponderunt. *Quo ibimus, quoniã verba vitæ habes.* Ideſt, qualiter a dulcedine conuerſationis tuæ ſeparari poterimus, in qua totam dulcedinem, ſalutem, & vitam ſugit anima noſtra? quod ſi tu tantam dulcedinem, Dei non percipis, inde certe prouenit, quod eam experiri non curas. Dicebat Dauid *Guſtate, & videte quam ſuauis eſt dominus.* Probad, y vereys ſer tanta ſu dulçura, que nadie os podra apartar de ella. Eam iam guſtare cæperat Ioannes in deſerto, Ideo vis præcepti ſola potuit illum ab ea ſeparare. *Factũ eſt verbum domini ſuper Ioannem, &c.*

Ioan. 6.

Pſal. 33.

ET *venit in omnem regionem.* Antequã mitteretur ad animas lucrandas, per ſpatium 25. Annorum dulcedine ac ſuauitate Dei nutritur, & repletur in deſerto. Quia qui tanta charitate & dilectione Dei non æſtuat, parum dolebit, & minus curabit, ne Deus amittat animas, quas tanto labore ſuo comparauit. Si autem Deum tenerrime dilexerit, millies mortem duriſsimam ſubibit, ne vna ſola, tanto pretio ſibi empta pereat. Ideo antequã has oues ſuas traderet Deus Petro, quanta eum delectionis vi proſequæretur examinauit. *Diligis me plus his?* Et audiens. *Etiam domine.* Adiecit. *Paſce ergo oues meas*. Meas dicit.

Ioã. 21.

Qua-

Quaſi dicat, ſi tanto amore mei flagras, videns ꝙ meæ ſint, & tanto prætio emptæ, mortem prius ſubibis, ne vnam tantum amittam. Et miſſurus Deus Ezechielem ad animas cõuertendas, cibauit illum volumine quodam. Vade nunc & loquere filiis
Ezech. 3 Iſrael. *Et comedi illum* (inquit) *& factum eſt in ore meo ſicut mel dulce.* Vn panal de miel, vn almibar. *Et viſcera tua replebuntur volumine iſto.* Niſi enim tanta dulcedine, ac dilectione Dei repleta fuerit anima prædicatoris, animarum ſalutem non ſitiet. Hinc præcepit Chri-
Act. 1. ſtus apoſtolis, ne ab hieroſolimis diſcederent ad prędicandum, antequam reciperent ſpiritum ſanctum, quem denique miſſit eis in ſpetie linguarum ignitarum. Linguarũ, quia erant ad prædicandum. Et ignitarum, vt viſcera eorum igne cæleſtis dilectionis inflamarent, aliter enim fruſtra forte præ dicaſent, & ſine fructu. Sed poſtea dicebat Pau. 1. Cor. 12
*Ego autem libenter impendam, & ſuper impendar pro animabus veſtris.* Ideſt non bona mea tantum, ſed vitam meam, & me ipſum impendam Act. 20
pro vna anima Deo lucranda, & Act. 20. *Scio ꝙ vincula, & tribulationes Hieroſolimis me manent, ſed nihil horum vereor, nec facio animã meã prętioſiorẽ me, dũ cõſumẽ curſum meũ, & miniſteriũ verbi ꝙ accepi.* Ob predicandum, & ob animas Chriſto lucrandas, nec vincula timeo, nec carceres nec mortem ipſam. Ideo Ioannes hoc igne inflammatur indeſerto, antequã ad animas quærendas mittatur. Poſtea. *Venit in omnem regionem Iordanis, prędicans baptiſmum pęnitentæ,*

P*Rædicans baptiſmum pænitentiæ.* Nil aliud

clamabat Ioannes, quam. *Pænitentiam agite, appropinquauit enim, regnũ cælorum.* Et vtinam nil aliud prædicaremus nos omnes forſitam ad ardentiora opera excitarentur corda peccatorũ. *Si ſe paraueris præctioſum a vili, quaſi os meũ eris. Hier.* 15. Prętioſum vocat animas. Nil enim prætioſius in occulis Dei. *A vili.* Ideſt a peccato, ꝙ vilitas ipſa eſt. *Sine ipſo factum eſt nihil.* Ideſt peccatum. Tunc. *Quaſi os meũ eris.* Ideſt, tunc prędicator meus eris, & quaſi per os meum, & ſecundũ voluntatem meam loquutum fuiſſe credas. Si ſeparaueris prætioſum a vili, Ideſt animas a peccato. Prędicator os Dei dicitur, 2. Cor. 5. *Pro Chriſto legatione fũgimur.* Somos embiados a hablar por Chriſto, & hoc. *Tanquam Deo exhortante per nos.* Ideſt loquimur non adlibitum, nec ex nobis, ſed tanquam os ipſius Dei, verba eius proferimus. Et quid dicitis: *Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo.* Ideſt per paſsionem Chriſti, & per viſcera eius obſecramus, vt vitia deſerentes diligatis Deum, & illi adhæreatis. Quando hoc ſolum clamat prędicator, ſignum certe eſt, ꝙ legatione fungatur pro Chriſto, & quaſi os eius loquatur. Et ad Philip. 1. *Hoc oro, vt charitas veſtra magis, ac magis abũdet.* Ideſt vt creſcat quotidie magis. Sed in quo eos quotidie augeri oras? *In ſcientia.* (Vt cognoſcant, & ament veritates fidei.) *Et in omni ſenſu.* Quã tum ad res exteriores, in quibus cum omni prudentia, & ſine errore procedamus. *Vt probetis potiora.* (vt malum reprobãtes, eligatis bonum. *Viſitis ſinceri* In interiori conſcientia. *Sine offenſa.* Quantum ad proximum. *In die Chriſti.* Ideſt vſq. ad diem vltimum. Ecce quid prædicare debet verus legatus

Chri-

Hier. 15.

Ioa. 1.

2. Cor. 5.

Philip. 1

Chriſti non fabulas, aut curioſitates infructuoſas. Prouer.16. *Qui ſapiens eſt*
Pro. 16. *corde, appellabitur prudens, & qui dulcis eſt eloquio, maiora recipiet.* Super
Hiero. per ꝙ Hieronimus, qui in anima ſua doctrinam Chriſti tota obſeruatione retinet, iſte ſolus debet iudicari prudens. Qui autem poſtea tradit eam cæteris per prædicationem maiora recipiet. Quia prædicare, & animas quærere, & conuertere maioris premii dignum eſt, quam vita contemplatiua, & dicitur hic prædicator. *Dulcis eloquio.* Non quia dulces flores prædicet, ſed quia ad captum cuiusq. audientium loquitur. Habla al gu
Oſea. 2. ſto de cada vno. Oſſeas. 2. *Ducam eam in ſolitudinẽ. & loquar ad cor eius.* Loqui ad cor, eſt loqui ad deſiderium cuiuſuis. Aloque mas guſta. Vt ſic eum facilius trahat ad ſe, & ad Deũ. Exod. 3.
Hoc ſolum curare debet prędicator Chriſti videns Deus quanta auiditate minaſſet Moiſes gregem ad interiora deſerti, & ad intimiora ſolitudinis & pænitentię, vocauit eum inducem populi ſui. Quaſi dicat, tu bonus paſtor eris populo meo. Hoc enim bonus paſtor elaborare debet, vt gregem ad interiora deſerti, & pænitentię ducat. Et hoc ſolum prædicabat Ioannes. Prędicans baptiſmum pænitentię.

&c.

# DOMINICAE QVARTÆ ADVENTVS.

## SERMO QVARTVS.

*Anno. 15. Imperij Tiberij Ceſſaris, &c. Lucæ. cap. 3.*

ARdenter exoptat Deus, q̃ animæ ad ſponſum in carne venientem ſuſcipiendum debite præparentur, ne forte dormitantes inuentæ a nuptiis repellantur ſicut virgines fatuæ. Et quia aduẽtus eius ſam adeſſe properat, Præcurſor mittitur Ioannes, qui qualiter præparari debeamus, doceat. *Parate viam domini, rectas facite ſemitas eius, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri.* Et vt tanto teſti fidem integram pręſtare non recuſemus, in his dominicis aduentus, vitam, virtutem ſanctitatem, perfectionem ac pænitentiam eius extulit eccleſia. Es teſtigo ſin excepcion. Sed ſi tanta gratia repletur Ioãnes, vt hãc prædicaret veritatem, quãto maiori ratione, id ego poſtulabo per intercesſionem virginis. Aue Maria.

Ma. 25

ANno 15. Loquens Paulus de aduentu Dei in carne humana dixit. Ad Gal. 4. *Vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filiũ ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, & adoptionem filiorũ reciperemus.* Et quando hæc plenitudo temporis eſſet, explicare videtur Dauid Pſalmo. 118. *Tempus faciendi domine, diſsipauerunt legem tuam.* Quaſi dicat, iam certe peruenit tem-

Gal. 4.

Pſ. 118.

tempus vt oſtendas potentiam brachii tui infaciendo. Vt inquam, in carne deſcendas homo factus. Ibi enim. *Fecit potentiam in* Luc. 1. *brachio ſuo.* Tempus ergo faciendi, ideſt ſumendi carnem humanam. Sed quare nunc plenitudo tẽporis ad faciendum? *Diſsipauerũt legem tuam.* Qui? omnes. Pſ. 13. Sic dixit ipſe Pſal. 13. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum.* Quaſi dicat, quid amplius expectabis ad faciendum bone Deus? ecce plenitudo ſcelerum. Ecce ruina virtutum, ecce diſsipatio legis. Ecce conculcatio mandatorũ nunc præualent. Tempus ergo faciendi acceſsit, fac ergo Domine Deus. Sed quid facies? Ruinam peccatis debitam? minime. Sed incarnationem verbi. *Tunc miſsit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.* Vidit Daniel ſtatuam eſtatura ſublimen, caput eius ex auro puriſsimo erat, pectus & brachia de argento, vẽter & fęmora ex ęre, tibię autem ferreæ, pedum vero, quædã pars erat ferrea, & quedam fictilis, & lutea. Et Danie. 2 abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit eſtatuam in pedibus, & comminuit eam. Magnũ miſterium, ꝙ non percuſſerit eam in capite, vel in pectore, nec in tibiis, ſed in pedibus fictilibus. Quia eſtatua illa ſtatum reipublicę Hebreę figurabat. Et lapis ille abſciſſus de monte ſine manibus verbum Dei de cælo in carne deſcenſurum denotabat, Et quia venire decreuerat, non quando ſtatus iſte aureus eſſet, vel argenteus, quando ſcilicet, tantorum principum, Patriarcharum, ac Prophetarum authoritate, & grauitate lætabatur. Sed quando ex ferro & luto commixtus erat ideſt ex gentilibus ſcelera-

leratis in ſtatu ſæculari, & expeſsimis pōtificibus He breis in ſtatu eccleſiaſtico, ex quo totum regnum ma ximis criminibus fœdatum erat. Ideo in pedibus percuſsit eam. Quia pedes extremitates corporis ſunt, Quaſi dicat, tunc deſcendam factus homo ad rempublicam reformandam, quando illa ad extremum malorum venerit. Ideo nunc deſcendit, quia hodie hoc extremum acceſſerat ſub his principiqus. *Anno. 15. &c.*

P*Rocurante pontio Pilato iudęam. I*ſte procura tor, ac rector ciuitatis alie ni gena erat gētilis. Et hinc tota reſpublica tot malis abundabat, quia ab alieni genis gubernabatur. Quādo enim a iudicibus cōterraneis iudicabatur, & opibus, & virtutibus florebat. Vnde pro ſingulari beneficio promiſerat eis Deus. *Dabo eis vinitores ex eodē loco.* Oſſe. 2. Et explicat Hieronimus. *Ex eadem gente.* Et ſuppremum beneſitium hominibus collatum illud fuit. *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi dominus*, Deut. 18. Vbi verbum ſuū in carne promiſſit, qui illos gubernaret. Sicut pro maximo ſupplitio minatus eſt, Deut. 28. *Aduena qui tecum verſatur in terra, erit ſuper te, ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.* Quaſi dicat, quando aduena regnet ſuper te tu eris in caudam, & in opprobrium. Quia aliē genæ nil aliud curant, quam pro priā vtilitatē cū diſpendio gregis, Iſa. 1. *regionē veſtrā alieni deuorant coram vobis.* Omnia bona veſtra ſine conſideratione diſsipāt quia alieni ſunt. Ideo amator populi ſui Deus præce pit ei *Non poteris alterius gentis hominem facere regem, qui non ſit frater tuus* Deut. 17. Quia alieni genam leniter & vtiliter gubernare impoſsibile videtur, niſi a valida Dei manu di-

Oſſe. 2. — Oſſe. 2. — Deu. 18 — Deu. 28 — Iſa. 1. — Deu. 17

dirigatur. Ideo notavit ſacra ſcriptura de Cyro alienigena. Iſa. 45. *Quod apprehendiſſet Deus dexteram eius, vt ſuauiter & vtiliter gubernaret iudæos* Et hodie videmus quot mala inundarent in Hieruſalem, quia ab alienigenis gubernabatur *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris?* Iſa. 33 Ad literam loquitur contra ſenacherib, qui in populo Dei prædabatur. Nōne & tibi aliquē Deus mittet deprædando? Et ſic contigit ei, quando angelo percutiente tot milites exercitus ſui, acceſsit Ezechias cum exercitu valido, & deprędatus eſt omnia ſpolia eius, vt refertur. 4. Reg. 19. Et fugiens ipſe e prælio in patriam ſuam, a multis ibi irriſſus eſt, & veluti in opprobrium habitus a populo, & deniq. a proprio filio fuit occiſſus. Ecce qui prædabatur depredatus eſt, qui contemnebat contemptus, & qui plures occidebat iuſpiter eſt occiſſus. Sic etiam de principibus Iſrrael dicebat Deus per Iſa. 1. *Principes tui infideles, ſotii furum, pupillo non iudicant, &c.* Aſsi que tales ſoys? *Propter hoc vindicabo de inimicis meis.* Con o? en la miſma moneda. Dandole juezes que hagan lo miſmo con ellos. Tales eran los q̄ oy tenian, alienigenas, tyranos, y crueles. *Procurante Pontio Pilato &c.*

Iſa. 45. · Iſa. 33. · 4. Re. 19. · Iſa. 1.

*SVb principibus Anna et Caipha.* Notate diuerſum modum loquendi de principibus, quo vtitur ſacra ſcriptura. Quia loquens de principibus ſęcularibus euangeliſta dixit. *Procurāte Pontio Pilato iudæam.* Sed de dominio principū eccleſiaſticorum agens dixit. *Sub principibus Anna & Caipha.* Eodem modo loquendi vſſa eſt loquens de aduentu magorum ad præſepium. *In diebus Herodis*

Mat. 2.

*radis regis ecce magi vene runt ab oriente.* Non dixit ſub *Herode* rege. Sed in diebus eius, non dicit, ſub imperio eius, ſed in diebus imperiis eius. Vt innuit ſuperexcelentiam dignitatis pontificiæ ſuper regalẽ, & ſęcularẽ, & ꝙ maior reuerẽtia ſubiectionis ei debeatur. Sed de hoc ſatis iã diximus inſer De cõceptione virginis. Ad alia tranſeamus.

S*Vb principibus Anne & Caipha*. Llorad al pueblo que tuuiere tales cabeças. Quia tota fere reſpublica eiſdem criminibus maculabitur. *Qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea*. Eccle. 10. & Iſa. 1. *Omne caput lãguidum*. Et quid inde? *A plãta pedis vſq. ad verticem capitis, non eſt ſanitas in eo*. Quia certe cum caput dolet, cætera membra dolent. Ruinam ciuitatis deplorans Iſa. dicebat. *Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ?* Et reſpondet. Scio vnde tãta mala euenerint. *Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera*. Quod ſi ipſi infideles, adulteri & latrones ſunt, quomodo ſimilia peccata corrigent? ecce quare reſpublica tota meretrix facta eſt, quæ antea fideliſsima erat. Et 3. Reg, 12. Raptus eſt Ieroboam Rex poſt vitulos aureos, & decẽ tribus ita poſt ſe rapuit, vt *Solus Thobias fugeret cõſortia omnium, & pergeret in Hieruſalem ad tẽplũ* Et. 1. Re. 31. Arripuit Saul gladium ſuum & irruit ſuper eum. Selo entro por el cuerpo, ꝙ videns armiger eius licet res ſic Horrẽda eſſet, irruit etiã ſuper gladiũ ſuum, & mortuus eſt cum eo. Et quia princeps Sichẽ circunciſſus eſt, omnes etiam ſichimitæ paſsi ſunt circuncidi, licet præ dolore animam reddere cogerentur. Ideo dixit Tertul. lib

Eccli. 10
Iſa. 1.
Iſa. 1.
3. Re. 12.
Thob. 1.
1. Re. 31.
Tertul.

lib. 3. de legibus, loquens de principibus. Quæcũq. vitia ipſi cõcipiunt, ea in ciuitates infundunt, pluſque exemplo, quã peccato nocent. Hinc etiam Sap. 6. dicitur. *Potentes potẽter tormenta patientur.* Sed quare? quia pro peccato ſuo, & illorum, qui exẽplo ſuo in plura incurrerunt, pœnas luent. Ideo hæc reſpublica ſceleribus abundabat quia. *Sub principibus erat Anna & Caipha, &c.*

Sap. 6.

*FActum eſt verbum domini ſuper Ioannem.* Qui mittebat Ioannem ad prædicandum, prius dedit ei verbum quod predicaturus erat. Quod ſemper ſeruauit Deus erga illos quos ipſe mittit. Dicebat Iethro Moiſi. *Stulto labore conſumeris, vltra vires tuas eſt negotiũ, non poteris ſolus ſuſtinere illud.* Num 11. Y como ſentido, y agrauiado Dios, ꝙ barbarus iſte eum improuidum cẽſuiſſet dixit Moiſi. *Auferã de ſpiritu tuo, & tradã ſeptuaginta viris, vt ſuſtenẽtſtecũ onus populi.* Quaſi dicat, noſcat hinc barbarus, ꝙ ſi totũ onus tibi ſoli impoſui, totũ etiam ſpiritũ neceſſariũ prius dedi ad illud ſuſtinẽdum. Ad Gal. 1. Id fatetur Paulus ſibi eueniſſe. *Notum vobis facio fratres euangelium, ꝙ euangelizatum eſt a me, ꝙ non eſt ſecundum hominem, nec ab homine accepi illud, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Et Moiſi ſe excuſanti quia ad tantum munus impeditioris, & tardioris linguæ eſſet, reſpondit Deus. *Dabo tibi os eloquens, ego ero in ore tuo, docebo q; te quid loquaris.* Et ad Hieremiam dicentem. *A, a, a, Domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum.* Reſpondit. noli dicere, quia puer ego ſum, quia ad omnia quæ mittam te ibis, & quæcumq. dixero tibi loqueris, quia ego tecũ ſum. Et miſit dominus ma-

Num. 11

Gal. 1.

Exod. 4

Hier. 1

manum ſuam, & tetigit os meam, & dixit mihi. *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Et miſſurus Ezechielē ad prædicandum, ad gentem dura ceruice, & in domabili corde, volumine quodam cibauit illum, in quo quicquid prædicare debebat, continebatur. Et diſcipulis ſuis dicebat Christus *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Hinc Paulus dicebat. 2. Cor. 3. *Sufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* Id eſt ſimul prædicatores euangelii nos cōſtituit, & idoneitatem ad tantū munus cōceſsit. Hinc. S. Tho. 3 par. q. 27 ar. 4. Eos, quos Deus ad aliquod munus eligit, ita præparat, & diſponit, vt ad id, ad quod eligūtur, inueniātur idonei. Sic diſpoſuit Moiſem, Heliā, & Hieremiam ad ſua miniſteria, & apoſtoli primitias ſpiritus acceperunt ad ſua perficienda, vt dicitur Rom. 8. & 1. Reg. 10. Notatur de Saule, ꝙ cum primum electus fuit Rex Iſrael. *Immutauit Deus ei cor aliud,* Cor in quam virile, robaſtum, latum, & quale ad tātum munus exigebatur. Sic nunc miſſurus Deus Ioannem ad prædicandum, verba ſuum præmiſsit ei. *Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem, &c.*

Eze. 2.

Mat 10

Cor 3

S. Tho.

Rom. 8.

1. Re. 10

IN deſerto. Vbi inueniendã erat anima, cui verba & miſteria diuina cōmunicarentur, niſi in deſerto? ab omni prorſus exteriori cura, & ſęculari ſolicitudine remota debet eſſe Aug. in ſer. 1. Conuerſionis S. Pauli dicit. Cæcus ſane factus eſt, vt interna luce fulgeret cor eius, & tamen in eo tempore, quo cętera nō videbat, Ieſum videbat, creatura cætera viliſcat, vt creator in corde dulceſcat Hec Aug. Oſeas. 2. *Ducā eam in ſolitudinem.* Ad quid

Aug.

Oſſe. 2.

quid *Ecce ego lactabo eam* Lactare, es ſacar de ſerti- do. Sic. Prouer. 1 *Fili mi,*
Pro. 1. *ſi te lactauerint peccato- res, ne acquieſcas eis.* Si pretendieren turbarte la cabeça para atraerte a ſus
Pro. 16. vicios. Et Prouer. 16. *Vir iniquus lactat amicum ſuũ.* Sic. *Lactabo eam.* Ideſt dulcedine mea ſic inebria bo, vt in extaſsim rapia- tur. Et ad tantã mei dulce- dinem communicandam. *Ducam eam in ſolitudi- nem.* Cuiuſuis alterius dul cedinis humanæ. Et addit. *Ibi loquar ad cor eius*, quid
Iſa. 40. eſt loqui ad cor alicuius? Iſaias declarauit. cap. 40. *Conſolamini, conſolamini popule meus, loquimini ad cor Hieruſalem.* Ideſt, lo- qui ad cor Hieruſalem eſt dicere illi verba tantæ con ſolationis. Vnas palabras tan de ſu coraçon y guſto, que la derriten toda. Sic
Gen. 34. Geneſ. 34. Vbi vulgata di- cit. *Triſtem q. deliniuit blanditiis. H*abet textus He breus. Locutus eſt ad cor adoleſcentulæ *Ibi ergo lo- quar ad cor eius.* Lo q̃ ella mas guſta. Sus regalos y dulçuras. Sed ad hęc ver- ba ſuſcipienda oportet de ſerere tumultum populi, & fugere ad ſolitudinem. Quia non vociferat Deus, ſed quaſi ad aures cordis ſubmiſſe loquitur. Iſa. 42. *Non clamabit, nec audie- tur vox eius foras.* No ſera vocinglero. Et Iob. 33. di- Iob. 33
cit. *Semel loquitur Deus, & ſecundo, id non repetit per ſomnium in viſione no cturna, quando irruit ſom- nus ſuper homines, tunc aperit aures virorum, & inſtruit eos diſciplina.* Les habla vna voz como en- treſueños, y que es mene- ſter aduertentia para no perderla. Sic Gregor. lib. 3 Grego.
Mor. cap. 2. dicit, q̃ Moi- ſes dum commorabatur in ægypto, non audiuit vo- cem Dei, ſed cum ſolitu- dinem colere cępit. Tunc diuinas quotidie conſola- tiones recipiebat, & collo- quio diuino paſsim delec-

taba-

tabatur. Et Iob. 28. Interrogat *Sapientia vero vbi inuenitur?* Et reſpondit. *Neſcit homo prætium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.* Ideſt in dulcedine, & ſuauitate rerum ſęcularium. Sed ab eis certe inuenitur, qui longe ab illis ſeparati ſunt. Et Pſal. 49. *Audi popule meus, & loquar.* Quaſi dicat, ſi enim aures attentas porrexeris, loquar, aliter minime. Hinc Bernardus dicebat experto crede plus innenies in ſiluis, quam in libris, ligna, & lapides te docebunt, quod a magiſtris audire non poteris. Et 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt.* Quis eſt animalis homo? duos homines diſtinxit Paulus in vno quoq. homine. Nouum, & veterem, Exteriorem, & interiorem. Hunc ſpiritualem vocat. Illum animalem. Vnde per animalem hominem intelligit exteriorem, qui ex ſenſibus conſtat. Iſte non percipit quæ Dei ſunt, ſed ille. Ideo iſte animalis mori debet, vt ille viuat. Claudantur ſenſus ab omni re exteriori, vt interior & ſpiritualis homo omni ſpiritu ac dulcedine repleatur a Deo. Ideo Ioannes ea repletur, *In deſerto.*

Iob. 28.

Pſal. 49.

Bernar.

1. Cor. 2.

2. Cor. 4.

Et *venit in omnem regionem Iordanis.* Prædicans baptiſmum pænitentię, in remiſsionem peccatorum. O eficaciſsima medicina ad maculas criminum abſtergendas pænitentia. Ideo Auguſtinus ſuper pſal. *De nullius peccatoris ſalute deſperandum eſt, dum viuit in hoc mundo.* Quare? quia *In quacumq. hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius iniquitatum eius.* Et Iſaias. *Lauamini* (*ſcilicet, lauachro iſto lachrimarum, & pænitentiæ*) *Et ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Hinc

Aug.

Ezec. 18

Iſa. 1.

Hinc eſt ꝙ Dauid iam cibum, iam potum appellet lachrimas ſuas. *Fuerunt*
*Pſ. 41.* *mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte*. Et alibi. *Et*
*Pſ. 101.* *potum meum cum fletu miſcebam*. Vt innuat ꝙ in lachrimis totum bonum animæ conſiſtat, tota ſu-
*Greg.* ſtentatio ac gaudium eius. Sic Gregori. lib. 5. Mor. cap. 14. luctu ſuo animus
*Iſido.* paſcitur. Et Iſidorus lib. 2. de offi. Eccleſi. cap. 24. triplex aſsignat baptiſma. Vnum (inquit) quo regeneramur ex aquæ lauacro aliud quo conſecramur in ſanguine, eſt & tertium baptiſma lachrimarū. Lachriimæ enim pænitentium pro baptiſmate reputantur. Et rationem reddit. Quia ſicut in baptiſmate omnes iniquitates remitti credimus, ita pænitentiæ cōpunctione fructoſa vniuerſa fatemur deleri peccata. Et Climacus delectu.
*Clima.* cap. 7. dicit. Maior, atq. prǽſtātior baptiſmate poſt baptiſma (& ſi audax dictu id videatur) fons lachrimarum eſt. *Id*eſt baptiſmus lachrimarum excellentior eſt primo baptiſmate aquæ licet audacter dixiſſe videar. Non dubium quin illud aquę excellentius ſit, quia ſacramentum eſt. Sed in hoc ſuperemi-net baptiſmus lachrimarū, inquit, quia illud omnes ab infantia acceptum inquinauimus, per hoc autem lachrimarum & illud repurgamus. Es baptiſmo del baptiſmo. Limpia el baptiſmo de agua ia manchado por nueſtras culpas en noſotros. *Iſte* omnia quæ amiſſerat, reſtituit ei, effectus illius reſuſcitat, & gratiam ibi collatam ſepius auget. *Ideo* Dauid.
*Alleuat dominus omnes* Pſ. 144.
*qui corruunt, & erigit omnes elliſos*. Ergo nullus peccator condemnatur? non certe, quantum eſt ex parte Dei, & medicinę, quę ſufficientiſsima eſt ad omnes elliſſos erigendos. Ad paraliticum, qui 33. annis per-

permanſit in lecto, dixit, Chriſtus. *Vis ſanus fieri?* Quaſi dicat, per te ſtat cer te ꝙ ſanitatem iam diu nõ acceperis, quia lauachro piſcinæ non vſus es. Sufficiens enim eſt piſcina ad infirmitates etiam 38. annorum erradicandas. O diuina piſcina pænitentia. O fons lachrimarum omni virtute & robore plena. O baptiſma excellentiſsimum quo qui lauantur, niue nitidiores redduntur, & gratiam, atq. gloriam conſequentur, ad quam nos perducat.

Ioa. 5.

# DOMINICAE QVARTÆ ADVENTVS.

## SERMO QVINTVS.

### *Anno. 15. Imperij Tiberij Ceſſaris Luc. cap. 3.*

DVo nobis ſimul prædicat hodie Ioãnes baptiſta vndiq. mirabilia, natiuitatem Dei in carne humana, & peccatorũ remiſsionem per veram pænitentiam. Ideo vtrum q clamabat *Pænitentiam agite, appropinquat regnum cælorum. Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* O noua vox, o prædicatio noua, o noua generatio Dei, & noua peccatorum regeneratio, ad tot nouitates nouus nuntius mittendus erat. Ad hoc ergo educitur de deſerto Ioannes. *Quo maior non ſurrexit inter natos mulierum.* *Aue Maria.*

Aue

ANno. 15. Prouerbium commune eſt. Quien en ruin monte haze leña q̃ la lleue a cueſtas. Voluit Deus hominem debilem ac fragilem creare, & diligere debet & illius onera tolerare. Vnde videns illũ inobedientem, & infidelem dicebat. *Ego feci, ego*
Iſa. 46. *feram.* Pues yo lo hize, yo lo lleuare acueſtas, & Prouer. 26. *Sicut qui mittit la*
Pro. 26
*pidem in acerbum Mercurii, ſic qui tribuit inſipienti honorem,* Erat tunc in introitu viarum ſtatua Mercurii, ſicut nunc crux Chriſti poni ſolet, & omnes prętereuntes lapidem vnum adhibebant ei, ad eam firmãdam, ne rueret. Sic certe facere debet qui inſipiẽtem, & indignum in dignitate collocat. Siempre lo a de eſtar apuntalando ſiempre lo ha de traer ſobre ſus hombros. *Ego feci, ego fe-*
Gen 6. *ram.* Vnde quando. *Omnis caro corruperat viam ſuã.* Eo que illam dextruere vellet Deus, vnum tamen Noe in tota iuſtitia & ſantitate ſeruauit, per quẽ ſemẽ hominum conſeruaretur dicens. *Ego feci, ego feram* Et multiplicati iterũ homines ſuper terram, in tantã proteruiam deuenerũt, vt eorum Rex Ieroboã vitulos aureos erigeret, quos vt veros Deos adorarent 3. Re. 12
omnes, ſed tunc ne deleret eos, duos inſignes prophetas excitauit, Heliã, & Heliſeũ, qui eficatia ſua in prædicando illos ad cultũ veri Dei reuocarẽt, dicens. *Ego feci, ego feram.* Et vt vno verbo omnia dicam, ad quid Deus ipſe factus eſt homo? ad quid duriſsima flagella, & tormẽta pertulit? Ad quid totũ ſanguinem ſuum fudit? ne perderet quos condidit. A todo eſſo ſe obligo quien en tã ruin monte hizo leña. *Ego feci, ego feram.* Sed aliam ſubtiliorem rationem incarnationis aſignabo. Incarnatus eſt enim Deus, vt ibi naturam humanam ſibi inſeparabilitér coniungeret

ret. Fue como querer aſegurar el hombre. Fue dezir, quando todos ſe pierdan, alomenos eſte que es Chriſto no ſe me perdera para ſiempre. *Ego feci, ego feram.* Sic & nunc, quando totus orbis ſub his principibus omni genere criminum abundabat, hominem vnum in deſerto ſervauit per ſpatium 25. annorum omni integritate, pænitentia, ac virtute plenum, quem mitteret ad illos in rectam viam reducendos. Iſte eſt Ioannes baptiſta. Hodie ab æremo reuocatur. *Anno,* 15.

I*N deſerto.* Ille eligitur ad pænitētiā prędicādā qui 25. annos eā exercuerat in deſerto non manducans, non bibens, non dormiens nō veſtibus vtens. Nullus enim bonus magiſter erit ad aliquam ſcientiam aliis tradendam, ſi in illa ſatis verſatus non fuerit. Et maxime in hac ſcientia, quæ carni & ſanguini odibilis eſt. Hieronimus in epiſto. Delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre diſputat de ieiuniis, & Dauid Pſal. 91. *Bene patientes erunt vt anunnient.* Niſi enim incudes in patientia fiant, cęteros patientiam & tollerantiam docere non poterunt, vel ſaltim ſuadere, & Prouer. 19. *Doctrina viri per patientiam noſcitur.* Ideſt ſua met patientia patientiam doceat magiſter bonus, & ſic recipietur doctrina ſua Ideo de Chriſto mirabilem doctrinam prædicante dicebant. *In tormentis interrogemus eum, & probemus ſi ſermones illius veri ſunt.* Quaſi dicat, nil aliud nobis prędicat iſte niſi famem, nuditatem, abiectionem & pænitetiam, pręmamus eum afflictionibus, & ex patientia eius cognoſcemus, ſi hæc doctrina eius vera ſit, Bene ergo Dauid. *Bene patientes erunt vt annuntient.* Non dixit, bene loquentes, ſed. *Bene patientes*

Simile. Hiero. Pſ. 91. Pro. 19. Sap. 2.

*tes*. Hinc Paulus per totũ primum caput inſtruit Titum, quartis virtutibus oporteat epiſcopum ditari. *Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe, non ſuperbum non iracundum.* Et in ſecũdo capite docet eum, qualiter cæteros inſtruat. *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. Senes vt ſobrii ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, &c.* Prius enim virtutibus imbuatur qui alios imbuere elaborat. *Quam pulchri pedes, annuntiantis, & prędicantis pacem* Non laudat linguæ eloquentiam in prædicatoribus, vel ingenii ſubtilitatem, licet hæc laude digna ſint, ſed pulchritudinem pedum, & greſſuum eorum, ideſt bona opera eorum laudat. Hac lingua plus docet, ac mouet prædicator. Ideo Ioannes pænitentiam adiſcit. 25. annis in deſerto, vt eam cæteris perſuadeat. *In deſerto.*

Ad Ti. 1

Ad Tit. 2

Iſa. 52.

¶ *In deſerto* Quando mũdus totus delictis abundabat, tunc Ioannes in deſerto omni virtute plenus latebat. Tanta enim eſt cõſtantia iuſtorum, quã tãtorũ vitiorũ fluctus ſubuertere non valeat. Hinc Chriſoſtomus perpendens virtutem magni Patriarchæ Noæ dicit. homilia 23. in Geneſ. Factus eſt tempeſtate potentior. Tanta enim res eſt virtus tanque inuicta, & nullis cædens huius vitæ varietatibus, ſed ſuper Malatię retia volitans, omnia humana deſpicit, nihil, quod aliis moleſtum eſt, ſentit. Et homilia pręcedenti dixerat, hic oro animo expendite miram iuſti Noę ſapientiam qui in tanta malorum conſpiratione, malitiam efugere valuit, & nihil inde mali ſenſit, ſed quaſi ex aliena natura conſtitutus, malam eorum conſpirationem effugit. Pulchre dixit, quaſi ex aliena natura conſtitutus. Talis

Chriſoſt.

enim apparet iuſtus in mediis fluctibus ſcelerum. Non enim humanus, ſed æreus iudicatur. Tantum enim roboris habet communis vitæ decurſu (el ver que todos hazẽ vna coſa) ꝙ niſi iuſtus quaſi ex aliena natura inueniretur conſtitutus, eandem etiam viam aggredi cogeretur. Hac fortiſsima ratio ne ſuadere nitebatur Michææ nuntius regis Achab, vt iuxta regis deſiderium prophetaret. *Ecce inquit, ſermones prophetarũ vno ore regi bona prædicant, ſit ergo, & ſermo tuus ſimilis eorum.* Quæ ſuadendi ratio tantam vim habet, vt quemquam ex aliena natura non conſtitutum rapiat, & conuincat. Sic dicebat Iſa 8. *In manu forti erudiuit me dominus, ne irem in via populi huius.* Quaſi dicat. Niſi ab omni potenti brachio Dei corroborarer, minime detineri poſsem, quim viam ſcelerum populi huius currerem. Et 1. Reg 8. Inſtabat populus. Omnes mundi nationes habent regem, & nos etiam habebimus regem. *Conſtitue ergo nobis regem ſicut vniuerſæ, habent nationes.* Et dominus ad Samuelem. *Conteſtare eos, & prædic eis ius regis, agros veſtros, & vineas, & olueta optima tollet, greges veſtros adecimabit, & vos eritis eius ſerui, &c.* Cõ todo eſſo. *Da nobis regẽ ſicut vniuerſę habent nationes.* Et certe ab hoc communi vſu non rapi miraculoſum iudicatur. Vnde num. 26. Pro maximo miraculo prædicatur, ꝙ filii chore non ſequerentur ambitionem patris. *Factum eſt miraculum grande, ꝙ Core pereunte filii eius non perierunt.* Et ſic merito ponderatur conſtantia Thobiæ, quia cum omnes irent ad vitulos, quos erexerat Ieroboam. *Ipſe ſolus fugie-*

3. Re. 22
Iſa. 8.
1. Reg. 8
Num. 26
Thob. 1.

Iob. 1. *fugiebat conſortia omniū, & pergebat in Hieruſalē ad templum.* Et ſponſa laudatur, ꝙ *Aquę multę non* Cant. 8. *potuerunt extinguere charitatem.* Sic nec Ioannem tot ſcelera rapuerunt, ſed. *Erat in deſerto, &c.*

Hilari. ET *venit in omnē regionem.* In deſerto expectauit inquit Hilarius, vt vocaretur a Deo. Non enim venit ad prædicandum niſi miſſus. Docemur neminem ſibi ſtatum vitæ, aut rationem viuendi eligere debere, ſed id a Deo imponendum expectet. Ideo nunquam forte ſua ſorte quis contentus viuit, quia ipſe ſibi eligit eam. Et plangendus certe mos, qui nūc viget, quando antequam pueri verba formare nouerint, iam iſte ad nuptias, ille ad cænobium, alius ad hanc, & alius ad illam, vel illam viuendi normam eliguntur. Ideo nec hic in cænobio, nec ille in nuptiis contentus manet. Non enim dixerunt cum Dauid. *In manibus tuis ſortes meę* Pſ. 30. Pſal. 30. Sed in manibus noſtris ſortes noſtræ. Sed & Paulus dicebat. *Paulus* 1. Cor. 1. *apoſtulus per voluntatem Dei.* 1. Cor. 1 Non ſua voluntate elegit apoſtolatū, Sed Dei, & 1. Cor. 15. *Gra*- 1. Cor. 15 *tia Dei ſum id ꝙ ſum* ideſt electione & voluntate Dei ſum Chriſti apoſtolus, & prędicator gentiū. Vnde. *Gratia eius in me vacua non fuit, ſed ſemper in* 2. Tim. 4 *me manet.* Immo &. *Bonū certamen certaui, curſum conſumaui, & repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi iuſtus iudex.* Et totum hoc, quia voluntate Dei ſtatum elegit, nō ſua. Nec enim quia ſtatus religionis eſt perfectior in ſe, ideo tibi melior erit. Sed quia ad illum vocatus es a Deo. Aliter enim melius tibi fuiſſet per māſiſſe in ſęculo. Moleſte rogabat Chriſtum quidam homo quem a demone liberauerat, vt reciperet eum in col-

collegio ſuo. Sed prohibuit eum Chriſtus dicens, vt redderet in domum ſuam, & narraret quanta ei feciſ-
Luc. 8. ſet Deus. Luc. 8. Sed e contra Ionam elegerat Deus in prędicatorem, ſed ipſe nautã eſſe pręeligebat, & ſua potius, quã Dei voluntate duci cępit. Quid tamẽ lucri inde ſumpſerit, omnibus notum exiſtimo. Ideo Dauid dicebat. *Domini eſt*
Pſ. 88. *aſſumptio noſtra.* Pſal. 88. Vnde orationibus potius & lachrimis petere debemus a Deo, vt ad illum nos ſtatũ reducat, in quo rectius vita noſtra in ſeruitio ſuo dirigatur. Hoc Ioannes expectabat a Deo in deſerto, ideo niſi vocatus, non venit. *In omnem regionem. &c.*

P*Arate viã domini.* Pro
Ma. 3. miſerat Deus per Malach. 3. *Ecce ego mitto angelum meum, qui pręparabit viam ante faciem meã.* Præparare viam. Es allanar el camino por donde a de paſſar alguna perſona, y limpiarlo bien. Sic Iſa. 57. Iſa. 57.
*Viam facite, declinate de ſemita, auferte offendicula de via populi mei.* Hebreus textus habet pro illo, viam facite. *Sternite, ſternite.* Allanad eſſos caminos. *Auferte offendicula.* Quitad eſtropieços, piedras, y hoyos, &c. Et hoc totum dicitur ſub his verbis. *Parate viam domini.* Quia vt dicitur Prouer. 3. *Vię eius pulchræ.* Amb. & Orig. per Amb.
vias preparãdas corda hominũ intelligũt. Et ſic. *Erunt praua.* Scilicet corda. In *directa, et aſpera in vias planas.* Et Hilari. ſuper Pſ. Hila.
67. dicit, ꝙ parare viam vt deſcendat Deus ad corda noſtra, eſt præterita peccata deſerere. & doctiſsimus leo de caſtro ſuper Iſa. 40. dicit, ꝙ pro illo. *Viã domini.* Dicit Hebre. *Parate vos ad excipiendũ Deũ.* Ideſt parate corda & animas veſtras, vt deſcendat ad eas Deus. Vitia inquam deſerite, & virtutum floribus ornate

nate domum cordis, & in habitabit Deus in vobis. Quia. *In maleuolam animam non introibit ſapientia.* Ideſt filius Dei. Ad hũc ergo finẽ totus labor prædicatoris dirigi debet, vt corda praua in recta conuertantur, & ad excipiendum venientem Deũ præparentur. Ioel. 2. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Hoc prædicabat Ioel, Et hoc nos omnes etiam, prædicare deberemus. Hoc etiam clamabat Iſai. 45. *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniqui cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominũ & miſerebitur eius.* Et ca. 46. Clamabat. *Redite præuaricatores ad cor.* Reddite, inquam, ad præparandum cor, ad purgandum illud a vitiis, atq. ad virtutibus replendum. Sed dices, quæ melior, ac rectior via cordium? hoc docuit Pau. 2. Theſal. 3. *dominus dirigat corda & corpora noſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti.* Quaſi dicat, dirigat corda in charitate Chriſti, & corpora in patientia eius. Ecce charitas, & patientia Chriſti ſemitæ ſunt, ac viæ quas docere debet prædicator. Multas vias oſtenderat ipſe Pau. 1. Cor. 12. *Quoſdã quidem poſuit Deus in Eccleſia primum quidem apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores. De inde virtutes, ac inde gratia curationis, &c.* Sed adiecit. *Aliam adhuc excellentiorẽ viã vobis demonſtro.* Quã? Charitatis. *Si linguis hominum loquar, & angelorũ charitatẽ antẽ nõ habuero nihil ſum. Et ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeat, & diſtribuero omnem ſubſtantiã meã incibos pauperum, charitatem autem nõ habeã, nihil prodeſt.* Quaſi dicat, tãti valoris eſt charitas, vt ab illa omnes virtutes prętium ſuum ſumãt & ſine qua heroicę etiã virtutes nihil ſint. Vnde ipſe Paulus charitatẽ appellat

Sap. 1. — Ioel. 2. — Iſa. 45. — Iſa. 46. — 2. Thes. 3 — 1. Cor. 12 — 1. Cor. 13.

vinculum perfectionis. Ad
C. llos. 3. Col. 3. quia nullo perfectio
nis vinculo clauditur opus
bonum, quod alienum eſt
a charitate. Sine charitate
ergo omnes viæ non rectę
ſed obliquæ ſunt, & in dire
ctæ, ideo. *Dominus diri-
gat corda noſtra in chari-
tate Dei*. Et etiam. *Corpo-
ra in patientia Chriſti. In-
tollerantia*, & in manſuetu
dine eius. *In* his enim dua-
bus virtutibus cæterę om
nes fundantur, & inde om
nis perfectio earum dima-
1. Cor. 13 nat. Vnde Pau. 1. Cor. 13.
*Charitas benigna eſt, pa-
tiens eſt, non ęmulatur, nõ
agit perperam, non infla-
tur, non eſt ambitioſa, non
cogitat malum, non gau-
det ſuper iniquitate. Om-
nia ſuffert, omnia credit
omnia ſperat*. Ecce quot
virtutum charitas mater
eſt. optima ergo, & recta
via charitas. Et quid etiam
de patientia ipſe Paulus di
Heb. 10. cat, audiamus. *Patientia
vobis neceſſaria eſt, vt re-
portetis promiſſiones*. He-
breo. 10. & 2. Cor. 6 *In
omnibus exhibeamus nos* 2, Cor. 6.
*ſicut Dei miniſtros*. Quo-
modo? *In multa patientia
in tribulationibus, in ne-
ceſsitatibus, in anguſtiis,
in plagis, incarceribus, in
ieiuniis, in vigiliis, in caſti-
tate, &c*. Ecce quot etiã
bonorum patientia funda-
mentum, & mater eſt. Be-
ne ergo Paulus orat. *Domi
nus autem dirigat corda,
& corpora noſtra in cha-
ritate Dei, & patientia
Chriſti*. Has ergo duas vias
præcipue parare debemus
vt venientem Deum dig-
ne recipere mereamur.
Et hoc prædicabat Ioan-
nes, parate viam domi-
ni, &c.

R*Ectas facite ſemitas
eius*. Poſt vias iam prę
paratas ſemitas etiam præ
parare docemur. Per vias
mandata, & per ſemitas cõ
ſilia pro nunc intelliga-
mus. Et congrue quidem
via appellantur mandata,
quia faciliora ſunt. Via in-

quam, læta, & per quā omnes valent incedere. Et per ſtrictiorem ſemitā conſilia quæ deficiliora ſunt, & duriora notantur, quia pauci has ſemitas frequentant. Paupertatem enim, obediētiam, nuditatē, clauſuram, & caſtitatem colere, non omnibus datur. Ideo hæc non præcipiuntur, ſed cōſuluntur. Interrogatus a quodam iuuene Chriſtus.
Mat. 19 *Magiſter quid faciam, vt habeam vitam æternam?* Reſpondit. *Serua mandata.* Omnia hęc (inquit adoleſcens) ſeruaui a iuuentute mea. Cui adiecit Chriſtus. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende quæ habes, & da pauperibus.* Quod audiens iuuenis abiit triſtis *Erat enim habens multas poſſeſsiones.* Ecce omnia mandata quaſi viam facilimam ſemper cucurrerat. Sed conſilium hoc viribus ſuis valde inpar iudicauit. Cum vxore viuere via eſt quā multi amant, ſed perpetuam caſtitatem colere, ſemita eſt, quam pauci ſequntur. Non furari via eſt, ſed propria diſtribuere, cōſilium eſt & ſemita durior, &c. Sed quo latior via, eo periculoſior eſſe poteſt, & quo ſtrictiores ſemitæ, eo tutiores, & rectiores. Tribus Rubem, & Gad pergentes cum cæteris ad terram promiſſam, videntes quandam ciuitatem Madianitarum vbertate florentiſsimam, dixerunt Moiſi. *Terra hæc regionis vberrimæ eſt, præcamurte, vt des nobis eam in poſſeſsionē, nec facias nos tranſire Iordanem.* Ecce quo latior via, periculoſior eſt, & qua quaſi compedibus ligamur, ne curramus ad terram promiſſam. *Ideo rectas facitę ſemitas eius.* Num. 32

OMnis mons humiliabitur. Ecce optimam diſpoſitionem ad Deum venientem excipiendum in cordibus noſtris. Humilietur mons elatus, verticē demittat ſuperbus, & hu-

milis fiat. 2. Reg. 2. Voluit Dauid reducere arcā Dei de domo Obededon in domum ſuam. Et pręibat rex nudus, & diſcoopertus capite ludens ante archā per totam viam, ita vt contemneret eum regina dicens. *Quā glorioſus fuit hodie rex Iſrrael diſcooperiens ſe quaſi vnus de ſcurris.* Adquam rex. *Ante dominū qui elegit me, & ludā, & vilior fiam pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis.* 2. Reg. 6. Ecce nullam viam meliorem inuenit ad recipiendum Deū in domo ſua, quam humiliari. Et qua alia præparatur virgo ad verbū in vtero ſuſcipiendum? *Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecūdum verbum tuum.* Hinc Auguſtinus, o quam excelſus es domine, & humiles ſpiritu ſunt domus tuæ, & Dauid. Pſ. 137. *Excelſus dominus, & humilia reſpicit & alta a longe cognoſcit.* Ideo Genſ. 18. Notatur ꝙ apparuit Deus Abrahæ, dū eſſet in conualle Mambre. Ecce in humili loco ſuſcepit Deum Abrahā. Vnde Bernar. Sine humilitate, audeo dicere, ꝙ nec virginitas Mariæ Deo placuiſſet. Scilicet ad in habitandū in ea. Ad hoc enim potius. *Reſpexit dominus ad humilitatem eius, quā ad virginitatem ipſius.* Vt ipſa cæcinit. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes,* & Iſa. 66. *Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, ac trementem ſermonem meum.* Humiliemur ergo, vt gratiam & gloriam conſequamur.

2. Reg. 6
Luc. 1.
Aug.
Gen. 18.
Bernar.
Luc. 1.
Iſa. 66.

# DOMINICAE QVARTÆ ADVENTVS.

## SERMO SEXTVS.

*Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem.* *Luc. cap. 3.*

Diuino iuditio diſpoſitum eſt, vt ſimul cum aduẽntu domini, pænitentia in remiſsionẽ peccatorum prędicaretur. Vt hanc veritatem cognoſcamus, ꝙ ex aduentu, morte, & ſanguine Chriſti vim habeat pænitentia ad quælibet crimina remittenda. Sine illo enim. *Omnes iuſtitiæ noſtræ tanquam pannus menſtruatæ ſunt.* Iſa. 64. Sed. *Ipſe lauit nos a peccatis noſtris ſanguine ſuo.* Apoc. 1. Ideo vtrumq. prædicat precurſor Chriſti, ac ad vtrumq. nos præparari inuitat, ſed ſine gratia nullum eorum vos ad implere, aut ego explicare valebo. Aue Mar.

*Iſa. 64.* *Apoc. 1*

FActum eſt verbum. Tota vita hominis attẽtius conſiderata, in illam celebrem ſententiam prorrupit Iob. 5. *Homo naſcitur ad laborem.* Hinc poeta, naſcitur omnis homo durum portare laborẽ. Sed aliqui corpore tantum laborant, & hoc tolerabile eſt. Alii vero corpore ſimul & mente, & hoc duriſsimum iudicatur. Quia vt dixit Seneca lib. de clementia. Qui corpore tantum laborat, interdiu laborat, noctu vero requieſcit, qui vero mente, & corpore laborat, noctu, diuq. ſine aliqua requie laborat. vnde illud tolerabile quidẽ hoc

*Iob. 5.* *Seneca*

hocvero grauiſsimum eſt.
Eccli. 2. Et Eccli.2. *Cuncti dies eius laboribus, et ęrumnis plēni ſunt, nec per noctem mente quieſcit.* O magnus labor a quo nec per noctem abſolui poſſumus. Et hoc in prędicatoribus maxime tenet verum. Vnde Eccleſ 6. *Omnis labor hominis in ore eius.* Omnis, dicit, quia
Eccle. 6. totus labor mundi iſte eſt. Hinc Paulus ad Timot. *In omnibus labora.* Quomo-
2. Tim. 4 do? *Opus fac euangeliſtæ.* Prædicatoris. Quia euangelizare, & prædicare, eſt in omni genere laborum detineri. Ideo in ſacra ſcriptura verbum Dei dicitur.
Ma. 1. *Onus.* Malachiæ. *Onus verbi domini ad Iſrrael*, & Zacha. 12. *Onus verbi domini ſuper Iſrrael.* Nec ipſe mons Ethna tanti ponderis fuit, ſuper humeros gi-
Hiſtoria gantis magni Encelado, nec ſuper humeros Teſei tota inſula Iſclæ, quanti verbum Dei iudicatur ſuper humeros prędicatoris. Vnde cum dixiſſet Deus Hieremiæ. *Ecce dedi verbā mea in ore tuo.* Statim etiā Ierem. 1
ęreum pectus, dorſumq. ferreum ſimul conceſsit ei. *Ecce ego dedi te hodie in columnā ferream, & in murum ęreum ſuper omnem terram.* Ideoq. prius per pænitentiam. 25. annorum induratur Ioannes in deſerto vt durior euadat, ad tantum onus ſuper ſe ſuſcipiendum, & tunc. *Factū eſt verbum domini ſuper Ioannem.*

*IN deſerto.* Quos Deus ſibi elegit ſociandos in æternum, ab omni humana conſolatione ſeparat in deſerto. Solent matres ab- Simile.
ſinthio reſpergere vbera ſua, vt pueros ab vberum dulcedine retrahant. Immixta enim lacti amaritudo ipſam lactis dulcedinē odibilem & exoſam reddit illis. Sic Deus vt a dulcedine vberum humanorum filios ſuos ablactet, tanta abſinthii amaritudine reſpergit ea, vt abhorreant

illa & toto odio repellant. *Iſidor.* Iſidorus lib 2. ſent. cap. 6. Iſte vult Deo vacare, ſed ſæculo impeditur. Ille negotiis implicari cupit, nec proficit. Succedale todo mal, paraquelo aborrezca. *Seneca.* Ideo Seneca li. de prouid. dixit Deum non amare filios ſuos affectu materno, ſed paterno, quia plus attẽdit ad profectum eorum, quam ad deſiderium illorum. Ideo petit Iſaias. 28. *Iſa. 28.* *Quem docebit ſcientiam? quem intelligere faciet auditum.* Et reſpondit ipſe. *Ablactos a lacte, auulſos ab vberibus.* Alos arrancados delos pechos del mundo, y de ſus dulçuras. Sic *Oſſe. 2.* per Oſſeam. 2. Ad quandã ſponſam infidelem dicentem. *Vadam poſt amatores meos, quidant mihi linum, & lanam meã, &c* Dixit Deus. *Sepiam vias tuas ſpinis.* Quaſi dicat, tantam tibi in via hac delitiarum tuarum immiſcebo amaritudinem, vt has vias odiendo cogaris dicere *Reuertar ad virũ meũ priorem, quia melior erat mihi tunc magis quã nunc* Sic etiam & prodigũ poſt vias illas currentem, tanta *Luc. 15.* fame, nuditate, ac innominia oppreſsit. Vt cogeretur appetere regredi in domum patris ſui, nunquam iterum diſceſſurus ab ea. Et hunc ablactandi modũ expertus eſt in ſe Auguſti. *Aug.* cum ad huc in ſeculi volup tatibus implicatus inueniretur, & dixit. Tu domine sẽper aderas mihi miſericorditer ſæuiens, & amantiſsimis offenſsionibus aſpergens omnes meas illicitas voluntates, vt ita quærerẽ ſine offenſione delectari. Silicet, in te ſolo vero, Deo, veraq. dulcedine animarum, cæterę enim omnes delectationes retrahere ſolent, & ſeparare a dulcedine Dei. Hinc Bernar. *Bernar.* tres grauiſsimas perſequtiones eccleſiæ enumerat. Primam tyrannorum. Secundã Hęrreticorum, tertiam voluptatũ, & primã

dicit

dicit grauẽ fuiſſe, ſecũdam grauiorẽ, tertiã vero grauiſsimam. Et merito quidẽ quia nulla alia via plures filios amittit eccleſia meo iuditio, quam per voluptates & delicias ſæculi. Ideo amaritudinem maximam immiſcet eis Deus, vt filii adeas deteſtentur. Ideo ad quoſdam filios ſuos, qui eo relicto abierunt poſt Baalim, & poſt prauitatem cordis ſuis, dicebat Deus.
Iere. 9. *Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio, & potũ dabo eis aquam fellis.* Vt delitias cordis ſui execrentur. Ideo ſeparat Ioannem adelitiis ſęculi, vt ſua dulcedine repleat, *In deſerto, &c.*

*ET venit in omnem.* Regionem Iordanis prædicans baptiſmum pænitentiæ. Moiſes primus prędicator legis ſcriptæ pænitentiã docuit, Noe primus prædicator legis naturæ pænitentiam prædicauit. Primus etiam prædicator legis nouæ a prima vocẽ pęnitentiam clamat. Quo docemur, nullam eficatiorem viam ad amiſſum Deũ recuperandum, & hoſpitio in corde recipiendum, quam agere pænitentiam. Et lex quę non incipit per pænitentiam nec docet eã non euangelicam, ſed diabolicam iudices, & hęreticam, quæ per vias latas ducit ad perditionem. *Arcta eſt via quæ ducit ad vitam.* Mat. 7. Et inſuper adiecit *Lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem.* Ideo conſulo vobis. *Intrate per anguſtam portam.* Et Marcus. 13. Id altius ponderauit dicens. *Cõtẽdite intrare per anguſtam portam.* A puñadas lo procurad. Et ſponſæ ſuę dicebat ſponſus. *Veni ſponſa mea in foraminibus Petrę.* Can. 2. Por entre penas aueys de paſſar. Por lugar tã eſtrecho q̃ aueys de dejar la piel, como la culebra. Quãdo renouari deſiderat Hoc eficatius medium exco-

Mat. 7.
Luc. 13.
Cant. 2.

cogitauit Iacob, vt patris benedictionem obtineret, & ſic pelliceis veſtibus indutus eam petiit, & impetrauit. Et dixit pater. *Vox*
Gen. 27. *quidem vox Iacob eſt, manus vero Eſau.* Quaſi dicat nil refert q; vox peccatoris ſit, ſi iam pelliceas manus Eſſau oſtenderit, & pœnitentiam aſperam amplexatus fuerit, ſine dubio enim benedictionem tunc recipiet. Et iudęi antequã accederẽt ad dulcedinem agni deguſtãdam, lactucis amariſsimis reficiebantur
Exod. 12 a Deo. Exod. 12 quia ad comedendum agnum Dei, introducendum q. hoſpitio in domum noſtrã nulla aptior via, quã pœnitentia. Ideo Ioannes hanc præparationem docebat, vt venturum agnum reciperent homines. *Et venit prædicans baptiſmum pœnitẽtię.*

E*Runt praua in directa* Et aſpera in vias planas. Ecce fructus aduentus Chriſti id mundũ. Ad explanandas enim vias dificiles venit, vt ſine vlla offenſione, immo maxima cum celeritate curramus per illas. Quod promiſſerat per Baruch. 5. *Conſtituit domi* Baruc. 5
*nus humiliare omnẽ montem excelſum, & rupes perennes & conualles reple re in æqualitate terræ, vt ambulet Iſrael diligenter in honorem Dei.* Hoc per aduentum filii Dei coplẽdum erat. De quo loquens Iſai ca 40. dixit *Omnis val*
*lis exaltabitur, & omnis* Iſa. 40.
*mons, & collis humiliabitur.* Todo ſe allanara *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* Quaſi dicat, quãdo ſalutare Dei appareat factus homo, tunc omnes vias aſperas, & dificiles in faciles conuertet, & planas. Ideo addidit Iſaias. *Conſolamini conſolamini populę meus.* Quia ante pręduritia, & aſperitate vię oppreſsi erãt. Quam, vt dixit Petrus Actor. 15. *Nec nos, nec pa-* Act. 15
*tres noſtri portare potuimus.* Conſolentur ergo

nunc

nunc, quia infacillimas cõuertit vias ſuas. Ideo Dauid tantam facilitatem earum conſiderans dicebat. *Ma-*
Pſ. 118. *ledicti qui declinant a mãdatis tuis.* Quaſi dicat, ꝙ antea declinaſſent non ſic mirum forte, quia multa, & ardua erant mandata. Sed quod nunc declinent ab eis, quando ad pauciſsima, & leuia reducta ſunt, omni maledictione digni ſunt. ꝙ ſi de illa lege dice-
Deu 31. bat tunc. *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt.* No excede tus fuerças. No tienes que quexarte. Nec ad implere recuſes ea, quia ſi audire nolueris, cito morieris, quãto magis de hac lege dulciſsima & facilima dicere potes. *Iugum meũ*
Mat. 11 *ſuaue eſt, & onus meum leue.* Math. 11. Ac per conſequens a fortiori. *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Et Iſa. 1, Lo-
Iſa. 1. quens de aduentu Chriſti, dixit. *Deſolabit dominus vias maris ægipti, & leuabit manum ſuam ſuper flumen, & percutiet eum in ſeptem riuis ita vt tranſeant per eum calceati.* Quaſi dicat, flumen illud magnum ꝙ tranſuadari vix poteſt, in vias ſic faciles conuertam. Que no ſea meneſter deſcalçarſe para paſarlo. Ad has ergo vias ſic explanandas venturus erat Chriſtus, ideo pręcurſor clamabat. *Erunt praua in directa, & aſpera. &c.*

P*arate viam domini.* Rectas facite ſemitas eius. Tres vias cognouimus omnes. Prima via eſt diaboli. Secunda Adam. Tertia Chriſti domini, hęc via Chriſti a malo in bonum procedit, & a peccato ad gratiam. Via Adam e contra, a gratia in peccatum currit, & a bono in malum deſcendit. Sed via diaboli in circuitu tendit. Ex quo enim rectitudinem amiſsit, rectum iter currere non valet. Sic ipſe dicebat

bat. Iob. 1. *Circuiui terram*
Iob. 1. *& per ambulaui eam*, & 1
Pet. 5. *Fratres ſobriſtote*
1. Pet. 5. *vigilate, quia aduerſarius*
*veſter diabolus circuit quę*
*rens quem deuoret*. Hac er
go circulari via relicta, ne
vertiginem etiam incurra
mus cum diabolo. Et ſecũ
da etiam, quę de bono in
malum procedit, tertiam,
& diuinam amplexemur,
quæ de peccato ducit ad
gratiã. Præcepit Chriſtus
diſcipulis ſuis. *Neminem*
Luc. 10. *per viã ſalutaueritis*. Non
ſalutantur, qui eandem viã
ſequuntur, ſed qui ex aduer
ſa proficiſcentes obuiam
ſibi ipſis occurrunt. Vnde
qui via Adę de bono ad ma
lum veniunt, obuiam eis
occurrunt, qui in via Chri
ſti de malo ad bonum re-
deunt. Et iſtis præcipitur,
ne illos obuiantes ſalutent,
ſed eis in ſalutatis vltra pro
grediantur, ideſt, ne ad viã
illorum attendant, nec ad
delitias illarum viarum aſ
piciant, ſed eis ſpretis viã
Chriſti proſequantur, quæ
ad cæleſtes, & æternas de-
licias dirigit. De his viis di
cebat Dauid. *Vias tuas do*
*mine demonſtra mihi, &*
*ſemitas tuas edoce me*. Pſ. Pſ. 24.
24. Ad quod reſpõdere vi
detur *Iſaias*. 2. *Docebit nos*
*vias ſuas & ambulabimus* Iſa. 2.
*in ſemitis eius*. Quando?
*De Sion exibit lex, & ver*
*bum domini de Hieruſalẽ*.
Ideſt, quando Deus homo
factus deſcendat, docebit
nos has vias ſuas. Quia da-
bit nobis legem in qua eas
oſtendat. Et has prædicat
Ioannes præparandas ad
Deum excipiendum. *Pa-*
*rate viam domini, &c.*

R*Ectas facite ſemitas*
*eius*. Dixerat in ſingu-
lari parate viam domini,
& ne occaſsio errandi tri-
bueretur alicui, addit in
plurali, rectas facite ſemi-
tas eius, quaſi dicat, noli-
te ſeduci exiſtimantes, v-
nam tantum eſſe viam do
mini, quæ ad dominum di
rigit. Sed multæ cęrte ſunt
& quarum quælibet id fa-

cit. Hinc Pau. 1. Cor. 12.
1. Cor. 12 *Nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes apoſtoli, &c.* Quaſi dicat minime. Immo. *Alios dedit apoſtolos, alios doctores, alios prophetas, &c.* Sicut enim
Simile in orologio multæ rotæ ſunt, quæ manum ad ſignũ horæ ducunt. Et quędam velotius, quædam remiſſius, quædam vero e contra mouetur. Hæc que hac via procedit, illa vero per illam, omnes tamen ad horam indicandam procedunt. Sic etiam ſe habent rotæ vitæ humane, quia quędam velotius, quędam remiſsius, & quædam longe tardius mouentur. Quędam, in quam, per viam matrimonii mouentur, quædam per aſperrimam viam religionis. Et omnes ad portum ſalutis
Pro. 3 ducunt Ideo pro. 3. *Viæ eius pulchræ.* Viæ (inquit) in plurali. Quia multæ sũt. Et omnes. *Pulchræ.* Quia omnes ducunt nos ad cæleſtẽ pulchridinem domus Dei, & omnes animam pulchram reddunt. Ideo in plurali nunc addidit. *Rectas facite ſemitas eius, &c*

*ET videbit omnis caro ſalutare Dei.* Ecce quo tendunt omnes ſemitæ iſtę. Salutare Dei titulus eſt verbi incarnati, Simeõ videns eum in vlnas ſuas gaudio plenus exclamauit. *Nunc dimittis ſeruum tuũ domine ſecundum verbum tuum in pace, quia viderũt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum.* Luc. 2. Et Iacob Genes. 49. *Salutare tuum expectabo domine.* Gen. 49. Et Dauid Pſal. 118. & veniat ſuper me miſericordia tua domine, ſalutare Pſ. 118. tuum ſecundum eloquiũ tuum. Et millies id repetit in hoc pſalmo, & dicitur Chriſtus. *Salutare Dei.* Quia per illum decreuit Deus ſalutem hominum erigere. Vt dixit Pau. ad Ephes. 1. *Propoſuit in diſpen-* Ephes. 1

pen-

*penſatione plenitudinis tẽporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cęlis, & quę in terra ſunt.* Parate
Mat. 3. ergo viam domini. *Et videbit omnes caro ſalutare Dei. & pænitentiam agite, appropinquat regnum cælorum.* Quod idem omnino videtur. Quia ipſe Chriſtus regnum cęlorum eſt, & beatitudo ipſa. O felix pænitentia quæ tanto
Exo. 3. bono digna eſt. Ignis in rubo apparuit Moiſi. Et figura fuit incarnationis verbi. Quia certe rubus fieri debet, & vndiq. ſpinis, & doloribus circũdatus, qui incarnatum verbum in ſe recipere debet. Et Helias vidit poſt ignẽ ſpiritũ fortẽ commouentem montes. Et poſt commotionem, &
ignem deuorantem petras 3. Re. 19.
ſibilum aurę tenuis. In quo apparuit ei dominus. Ecce quot aſpera, & dura præceſſerunt, vt venientem dominum videret. Et nihilominus, *Opperuit Helias caput ſuum.* Quaſi dicat, his etiam multis pænitentiis præparatus indignus ſum videre gloriam Dei. Ad quam &c.

# DE NATIVITATE DOMINI.

## SERMO PRIMVS.

*Peperit filium ſuum vnigenitum & pannis eum inuoluit, &c. Lucæ. cap. 2.*

EZechiel cap. 17 dicit. *Aquila grandis magnarum alarũ,* Eze. 17.
*longo membrorum ductu plena plumis & varietate venit ad libanum, & tulit medulam cedri, & tranſportauit eam in terram Chanaã, in vrbe negotiatorũ poſuit illã.* Aguila grande, de alas grãdes, y de grãdes, y formidos miembros. Ter vocat eam grandem. Quia hæc aquila trinitas ipſa ſancta eſt, hæc medulam cædri tulit. El tuetano le ſaco. El coraçon, el medio. Ideſt filium, & in mundum tranſportauit, qui terra negotiatorum eſt, vbi ſalus animarum ſolummodo negotiatur. Extra mundum enim nullibi id negotiari poteſt. Et mediante theſauro iſto e cœlo miſſo negotiatur. Ecce hodie donat nobis lachrimas, pannos, & præſepium ad negotiandum. Aue Maria.

PEperit filium, David.
Pſalmo. 39. *In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt facerem voluntatem tuam.* Pſ. 37.
Quod quidem difficile redditur ob varietatem expoſitionum, ſan. Hieronimus in commẽtariis huius pſalmi. Auguſti ſuper cap. 1. Aug.
Gen. & ſuper hunc pſal. & Origenes ſuper Genes. Intelligunt hoc de primo capite Geneſ. in quo ſcriptũ eſt de me. Alii doctores per

per librũ iſtũ intelligunt prædeſtinationem ęternã. Et de hoc libro dicitur.

Dan.2

Dan.2. *In tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuentus eſt in libro vitæ.* Et ad Philip. 4.

Philip.4

*Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.* In capite ergo huius libri prædeſtinationis ſcriptũ eſt de me, tanquam de primo genito & principio omnium prædeſtinatorum. Sed Theodoretus (& magis ad literam forte) per hunc librũ totam ſacram ſcripturam intelligit, & per caput eius compendium, ſeu recopilationem intelligit, in qua omnia latius contenta colliguntur in ſumma. In hoc ergo capite ſcriptum eſt de me. Quia omnia quæ per Prophetas, ac per Euãgeliſtas ſcripta ſunt, id proclamant, ꝙ verbum patris homo factum deſcendere deberet ad hominum ſalutem propria morte negotiandam. Quaſi dicat tota lex teſtatur de me, ꝙ vẽturus ſum. *Vt faciam voluntatem tuam.* Quæ nil aliud eſt, quam ſalus hominis. *Hæc eſt voluntas Dei, ſantificatio veſtra.* Hodie hoc opere completur. Ecce iam homo factus acceſſit. Statim q. lachrimas, & pannos offert impretium. *Peperit filium, &c.*

Theodo.

1.Theſ.4

PEperit filium. Poſitus in medio tantorum occurrentium miſteriorum quo me vertam neſcio. Et ei ſimilis prorſus videor, qui in aliquo monte ſemitis vndiq. circundatus inuenitur, nec quam eligat deſcernit. Neſcio enim an ad matrem, an ad filium, an ad præſepium oculos conuertam. Sed de quolibet eorum, aliquid dicere decerno. Sed quid de virgine matre cantabo? *Peperit filium ſuum vnigenitũ.* Sufficit. Quid dicis euangeliſta? Virgo peperit filiũ? puerpera eſt, & intacta eſt mater, & integra eſt virgo, & parturiens ? hoc quidem

Similą.

eo mirabilius eſt, quo raries. Immo quo ſingulari°
Bernar. Ber ſer. 3 de natiuit. a ſęculo non eſt auditum ꝙ virgo eſſet quæ peperit, ꝙ mater eſſet quæ virgo permâſit. Nunquam iuxta rerum ordinem virginitas vbi fæcunditas, nec fæcunditas vbi virginitas integra ſeruatur. Sola hęc eſt in qua virginitas, & fæcunditas obuiauerunt ſibi. Ibi factum eſt ſemel, ꝙ nũquam factum eſt, nec fiet in æternum. Hæc Bernar. & Aug.
Aug. ſer. Epiphan. O miracula. O prodigia, naturę iura mutâtur in homine. Deus naſcitur, virgo ſine viro grauidatur. Simul facta eſt mater & virgo, virgo habens filium, ſemper clauſa, ſed
Bernar nõ infæcunda. Et Bernar. ſer. 10. de natiuit. tres mixturas fecit omipotens in aſſumptione carnis, ita mirabiliter ſingulares, & ſingulariter mirabiles, vt tales nec factæ ſunt, nec faciendæ ſuper terram. Coniuncta ſunt ſimul Deus & homo. Mater & virgo. Fides & cor humanum. Merito ergo clamauit Hiere. 31. *Nouum fecit dominus ſuper terram*. Quia nec Hier. 31
primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. Ecce gaudiũ matris cum gloria virginitatis. Sed Dauid Pſ. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius*. Ideſt in do- Pſ. 111
mo Dei, quæ eſt virgo ſanctiſsima, hęc duo inueniun- Simile
tur, gloria virginitatis, & diuitiæ fæcũditatis. In aliis mulieribus, ſicut & in arboribus, naſcente fructu cadit flos virginitatis. Sed non ſic in virgine, quia. *Fructus eius fructus honoris, & honeſtatis*. Honoris, ideſt fęcũditatis mater- Eccli. 24
nalis, quæ apud Hebreos maximi honoris erat. *Et honeſtatis*. Virginalis, pariens enim filium remanſit virgo. Dificile apparet, fateor & ego, ſed veriſsimum eſt. Sic Auguſtinus de incarnat. Dicat mihi iudęus incredulus quemadmodum arida virga floruit

fuit,& fronduit, & nuces protulit, & ego dicam illi qnomodo virgo concepit & peperit. Sed certe nec iudæus virgæ poterit explicare conceptum, nec Simile. ego virginis partum. Si terra ſine ſemine ſola influentia cæleſtii ſolet producere plantas, quare ergo hoc non concedamus in virgine? vetuſta & ſterilis Sarra cum ſe iam puer perā cognoſceret, præ gaudio exclamauit. *Riſſum fecit mihi dominus, quicum q. audierit, corri debit mihi.* Gen. 1. Et ſterilis Eliſabet tota gaudio repleta eſt, quia filium in ſenectute cōcepit Luc. 1. & illa peperit Patriarchā iſta præcurſorem, quanto maiori gaudio & gloria replebuntur viſcera virginis hodie, quæ non in ſenectute, ſed in pueritia adhuc genuit, & peperit, & quid? non patriarcham, nō præcurſorem verbi. Sed ipſum verbum æternum, ipſum met filium Dei. *Peperit filium.*

PEperit filium ſuum primogenitum. Ecce quē peperit virgo, nunc ergo natū cōſideremus, cōſideratione enim dignus eſt. *Peperit, inquit, primogenitū.* Suum ſcilicet, & Dei. Verbum Dei, ſubſtantiam patris, ſpeculum bonitatis, & gloriæ, & maieſtatis eius. Peperit ergo primogenitū Collos. 1 ſuum, a Paulo vocatur. *Primogenitus omnis creaturę* Et hoc non ſolū quia prior eſt, & antiquior omni creatura in natiuitate, qua procedit a patre per æternam generationem, ſed quia ab æterno eſt idolum, & idea omnium creaturarū, quæ poſtea ad extra productæ ſunt in tempore, & producendæ. Et qui etiam eis omnibus & vitam, & eſſe, & omnia bona recepta communicat. Ideo non dixit Ioannes. *Sic Deus dilexit hominem, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. 3 Sed. *Sic Deus dilexit mundum*. Quia non ſolum primogenitus

eſt hominũ, ſed & omniũ creaturarum. Vnde nec ſolum ad bonum hominis cõceſſus eſt a patre, ſed ad bonum commune omnium creaturarum. Ideo ad Hebre. 1. vocauit eum Paulus

Heb. 1. *Heredẽ vniuerſorũ.* Quia cum primogenitus ſit, & hęres omnium debet eſſe. Et ſicut omnia ad imaginẽ & ideam eius facta ſunt, ſic & omnia per mortem, & ſanguinem eius inſtau-

Ephes. 1. rantur. *Siue quæ in cælis, ſiue quę in terra ſunt.* Quod factum eſt (nunc ad extra, vel ſiet poſtea.) *In ip-*

Ioa. 1. *ſo vita erat.* Quia in idea eius viuebat, ergo ipſe iam erat ante omnia creata, & creanda, bene ergo appellatur primogenitus. Ecce quem virgo peperit. Ecce

Aug. vnde tota gloria parientis Auguſ. ſuper Ioan. Nobilitas fuit Chriſti naſcentis in virginitate parientis, & nobilitas parientis in diuinitate naſcentis. Ecce quẽ

Ioa. 1 peperit virgo. *In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Et deniq. *Verbũ caro factum eſt.* Sed quomodo? incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine. *Et homo factus eſt.* Sed tempus iam, & locum natiuitatis eius contemplemur.

SI *de tempore loquamur.* Fuit quidem quãdo Octauianus Ceſſar regnabat. Hiſto. Qui ſecundum Seutonium regnauit 56. annis, & anno 42. imperii eius natus eſt Chriſtus dominus, Sic volunt Epiphã. Beda, & Tertulianus. & Auguſtinus. 4. Aug. de trinitate dicit. Natus fuit Chriſtus in ſexta mundi ætate. Prima fuit ab Adã vſq. ad Noe. Secunda a Noe vſq. ad Abrahã. Tertia, ab Abrahã vſq. ad Dauid. Quarta, a Dauid vſq. ad tranſmigrationem Babilonis. Quinta, hinc vſq. ad partum virginis, & Sexta eſt ab eo vſq. in finem mũdi. Vnde natiuitas Chriſti fuit initium ſextæ ætatis

&

& vltimæ mundi, ideo ſæpius dicitur in ſcriptura, Chriſtum natum fuiſſe in fine ſæculorum, & Auguſ. dicit Chriſtum veniſſe tẽpore mundi inueterati. Et bene quidem, quia ad om-
Ephes. 1 nia innouanda veniebat. Et in ſexto etiam annorum millenario natus eſt ab origine mundi. Et anno. 50. illius millenarii, qui annus
Leui. 25 iubilei dicebatur Leuit. 25 Et pulchre quidẽ quia ad plenariã indulgentiã, & remiſsionem peccatorũ concedendam veniebat. Et ſe-
Aug. cundum Auguſtinum fuit in anno. 13. ætatis matris ſuæ.

SI de menſe loquamur in quo natus eſt Chriſtus dico ꝙ in menſe decimo ſecundum computationẽ iudęorũ. Qui annũ numerare ſolebant a mẽſe Mar-
Exod. 12 tio. De quo dicitur Exod. 12. menſis iſte vobis principium menſiũ, primus erit in menſibus anni. Sed ſecũdum computationem latinorum, natus eſt in menſe duodecimo. Quia apud eos primus menſis anni ianuarius eſt, & vltimus eſt december.

ET ſi de die huius interroges, dico Chriſtum natum fuiſſe die. 25. decẽbris. Quia Athanaſius. Au- Aug.
guſtinus, & Chriſtoſt. affirmant cõceptum fuiſſe die vigeſsima quinta menſis Martii, ex quo infert Aug. ſer. 18. de Natiuit, ꝙ Natiuitas eius fuit die. 25. Decẽbris. Tunc enim tempus nouem mẽſium impletur. Per quod communiter in vtero detinentur concepti Ac ideo ex tempore apoſtolorũ (vt tradit Clemẽs
Alexan.) ſemper eccleſia Clemens
fæſtũ hoc celebrauit in hac vigeſsima quinta die decembris.

SI vero de die hebdommadæ petas, nihil omnino tradere poſſum certum. Sed Auguſtinus affir- Aug.
mat. 4. de trin. ꝙ in die dominica ortus fuerit mũdo ſol iſte iuſtitiæ. Quod mul-

ti etiam alii doctores grauiſsimi ſequuntur, nec ſine fundamento. Multa enim magnalia fecerat Deus in hac die dominica. In ea enim Angelos ſub nomine lucis creauit, vt tradit Iſidorus. *Fiat lux, & facta eſt lux.* Ideſt Angelica natura. Vt exponit Auguſ. in hac etiam Die reſurrexit. In ea miſsit ſpiritum ſanctum. In ea ſubmerſsit Deus ægyptios ſubfluctibus maris, vt populus eius liberaretur. Quia ſecundũ Gregor. ſer. 6. Exierant de ægypto, & Sabbato trã ſierũt mare. Ideoq. in hac die naſci dignatus eſt ſol iſte iuſtitię qui mudum liberaturus veniebat.

*Iſido.*

*Gregor.*

SI deniq. de hora natiuitatis loquamur, licet multi multa dixerint, certum tamen eſt, ꝙ in media noctæ, vel circiter natus eſt. Sic dicitur. Luc. 2. ꝙ *Paſtores erant vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis.* Et conſonat horæ conceptionis eius, quæ media nocte creditur facta. Sic Sap. 18. *Cum mediũ ſilentiũ teneret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus domine de regalibus ſedibus venit.* Et ſic qua hora virgo receperat filiũ, ea dẽ nobis protulit illum Sed ſi Angelus ad paſtores dicit. *Natus eſt vobis hodie ſaluator mundi.* Hoc eſt, quia ſecundum Hilaretum hom. 33. de Natali domini in hora natiuitatis quædã nubes ſic lucida apparuit in cęlo, vt terrã totam illuminaret, ſicut fieri ſolet in meridie, tuncq. adimpletum fuit illud. Pſ. 137. *Et nox ſicut dies illuminabitur.* Et d. Tho. 3. p. q. 36. ar. 3. ad 3 dicit ꝙ tres tunc ſoles apparuerũt in cęlo, qui ſimul conuenerunt in vnum, indicantes miſteriũ verbi incarnati, & nati, in quo tria ſimul cõuenerunt, corpus, anima, & diuinitas. Et ſicut in media nocte ſecundus aduentus ad iudicãdũ erit,

*Luc. 2.*

*Sap. 18.*

*Pſ. 137*

ſecun

Mat. 25.

ſecũdũ illud Mat. 25. *Ecce media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiã ei* Primus etiá aduentus ad redimendum mundum media nocte fiat.

SI de loco natiuitatis iã loquẽdũ ſit nobis dico, ꝙ quantum ad regnũ, fuit in iudęa. Quo Ioſeph aſcẽderat cum Maria coniuge ſua pregnante de Galilea, vt ibi Chriſtus naſceretur, ne forte alienigena putaretur. Sed quãtum ad ciuitatẽ dico ꝙ natus eſt in Bethleem ciuitate *David. Eo ꝙ eſſet de domo & familia David Luc. 2.* Et paſtores inuitabantur dicentes. *Trãſeamus vſq; in Betleem, & videamus hoc verbũ quod factum eſt.* Et Micheas. 5. *Tu Betleem terra iuda, nequaquã minima es in principibus iuda, ex te enim egredietur, qui ſit dominator in Iſrrael.*

Luc. 2.

Mich. 5

SI domum cõſideremos in qua natus eſt, extra domum certe natus eſt. *Quia non erat ei locus in diuerſorio.* Ei (dicit) quia cæteris omnibus erat locus ei autem minime. Et in agro mortuus eſt. Quia nec ad natiuitatẽ, nec ad mortem domum propriam habuit. Ideo ſponſa ignorans domum eius clamabat. *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodaliũ tuorum.* Ideſt ne compellar tabernacula aliorum paſtorum curſitare quęrens, vbi habitat dilectus meus? quæ eſt domus dilecti mei? Et ſi ſponſa ipſa domum eius ignorabat, euidens teſtimonium eſt, ꝙ domum propriam non habebat. Ideo Hieremias. 14 *Sicut colonus, & ſicut vir vagus futurus eſt in terra.* Et ipſe dixit Pſal. 108. *Excuſſus ſum ſicut locuſta* Es la peſte de las mieſes, que todos la conjuran, y lançan de ſus tierras, nadie las quiere en ellas. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Longe

Cant. I.

Hier. 14.

Pſ. 108.

Ioa. I.

Oſe. 11. gealiter ſolebat ipſe recipere filos Iſrael. *Et ego quaſi nutritius Ephraim portabam eum in brachiis meis.* Et ipſi fatebantur. *Pater* Pſ. 26. *meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem aſſumpſit me.* Ipſi tamen noluerunt recipere eum. Vnde compulſus eſt extra domum naſci. Immo & extra ciuitatem. In antro enim natus eſt in cã- Hiero. po. Hoc antrum dicit Hieronimus ab ipſa natura fuiſſe conſtructum in magno quodam ſaxo, vbi homines præſepium fecerant ad vſum animaliũ. Idem ſentiunt Origenes, & Nicephorus. Et ipſe Hieroni- Hiero. mus in epiſt 18. & Petrus Chriſologus ſer. 13. dicunt hoc antrum extra muros ſitum eſſe in Betleem. Quia in itinere naſci debuit, qui Epiphã. viam cæli eſſe, & oſtendere veniebat, Et Epiphan. hæreſi. 51. Grego. Niz. oratione de Chriſti Natiui. Et Theodoretus, vocant antrum illud Thophaçum ſpecum. Cueua de peña areniſca. Et Ziprianus ſer. Zipaia. de natiuit. Dicit ciuitas parua, domus paupercula, ſuppellex exigua, reclinatorium in ſtabulo, mater in fęno, filius in præſepio. tale elegit fabricator mũdi hoſpitium. Quod ad cõfuſsionem eorum cedat, de quibus dixit Iſa. 5. *Væ vobis* Iſa. 5. *qui coniungitis domum ad domum, & agrũ ad agrũ copulatis.* Et Amos 6. *Væ* Amos. 6 *vobis qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris.* Væ vtiq. vobis. *Quia filius hominis nec habet vbi reclinet caput ſuum.* Diſcite ab illo, qui antro pro domo, & pręſepio pro reclinatorio contentus eſt, vt doceat temporalia deſpicere, & amore cæleſtia. &c.

DE

# DE NATIVITATE DOMINI.

## SERMO SECVNDVS.

*Peperit filium ſuum primogenitum; & pannis, &c. Luc. cap. 2.*

Gen. 5.

GEneſ 5. Dicitur ꝙ Lamech genuit filium in ſenectute ſua, quẽ vocauit Noe. Quo nato dixit Lamech. *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuũ noſtrarũ in terra cui maledixit dominus.* Super quod dicit Hieronimus hanc prophetiam tunc ad impletam eſſe, quando Noe cepit animalibus, & aratro terram colere, quæ antea magno labore manuũ colebatur. Sed nos hoc intelligamus de filio virginis nato, qui venit liberare nos ab iniuriis, & antiquis maledictionibus terræ. Hodie naſcitur, & de eo hodie agendum. Aue Maria.

Hiero.

P*Eperit filium ſuum primogenitum.* Paulus admirans charitatem patris, qua filium ſuum tradidit ad ſalutem ſeruorum dixit ad Eph. 2. *Deus qui Diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, conuiuificauit nos in Chriſto, & cõreſuſcitauit.* In hoc opere plenam oſtenſionem fecit pater amoris, quo diligebat hominẽ. Et dicit. *Propter nimiam.* Por la demaſia de amor. Nimietas, & exceſus vitium etiam eſt, ſicut defectus. Qualiter ergo tu dicis. *Propter nimiã charitatem.* Sed dico nimiam valde fuiſſe reſpectu meritorum noſtrorum. Ideo addit Paulus. *Cum eſſe-*

Ephes. 2.

*eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto.* Nimia ergo charitas dicatur, quæ erga impios inimicos ſic largiter exercetur. Tamen ſi hæc charitas reſpectu infinitæ bonitatis largitatis, & miſericordiæ Dei conſideretur, non ſolũ non dicenda eſt nimia, verum fatẽdũ eſt, opus fuiſſe tantę immẽſitati æquum, & congruum. Muy al talle de ſu immenſidad. *Propter miſeriam inopũ & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus.* Ps. 11.
Tanta bonitas, tanta charitas, tanta immenſitas poſſet non miſereri gemituũ, & afflictionum pauperum & peccatorum? Immo. *Nunc exurgam dicit dominus?* Et ad quid inſurges? vt arma ſumas ad vltionẽ? immo vt deſcendam homo factus ad homines meo proprio ſanguine remedimendos. O nimia charitas Dei erga peccatores. *Nunc ergo exurgam.* Illud nunc hodiernum tempus aſsignat, in quo hoc ad impletum eſt, quando virgo. *Peperit filium.*

P*Eperit filium ſuum*. Et filium Dei. Ecce virgo remanſit mater Dei. O dignitas in compræhenſibilis. Aug. ſer. de aſſump. & de natiuitate virginis. Nec mens cõcipere, nec lingua exprimere valet illã, quia totum id, quod Deus & homo non eſt, ſupergreditur & excedit, & Ber. hom. 1. ſuper miſſus eſt. Non illa quę Deum habet filium, ſuper omnes choros exaltabitur angelorum? cui angelorum dominus ſubditus erat, angeli non ſubiicientur? ꝙ Deus fæmine obtẽperet, humilitas ſine exẽplo eſt, ſed ꝙ fæmina Deo principetur, ſublimitas ſine ſotio eſt. & Hieronimus in ſer. Sicut comparatione Dei nemo bonus, ita etiam in comparatione matris domini nulla inuenitur perfecta, quanuis eximia virtutibus comprobetur

*Aug.* *Bernar.* *Hiero.*

betur. Et in alio ſerm. dicit. Non eſt in mundo locus dignior vtero virginali, in quo Maria Dei filium ſuſcepit, nec in cælis ſolio regali, quo Mariam Dei filius ſublimauit. Et Amb. quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? & omnes fere ſancti tot, tantaq. magnalia prędicauerunt de virgine matre, quę audacter dicta cænſerentur, niſi virgo mater eſſet Dei. Nec ob hanc rem omnia illa excedunt magnitudinem eius. Ad eamq. applicat Bonauentura illud Eccleſ. 1. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat*. Quia omnes perfectiones, & omnia merita aliorum ſanctorum clauduntur in virgine, nec ob hoc redundat, quia ſub nomine matris Dei, omnia illa, & alia longe maiora capiuntur. Et Origin. in quodam ſerm. dixit ꝙ ex hac dignitate virginis inferunt ſancti, ꝙ virgo omnibus priuilegiis, ac gratiis condecorata ſit, quas inter omnes alios ſanctos diſtribuit Deus quia mater Dei eſt. *Peperit filium ſuum primogenitum.*

*Amb.* *Eccle. 1* *Orige.*

E*T reclinauit eũ in pręſepio.* Simile principiũ congruebat ei, qui ad tanta mala patienda deſcendebat. *Iſaias* vocat eum *Virũ dolorum.* cap. 53. *Ideſt* ex doloribus totum compoſitum. Hebreus habet. *Notum infirmitudinis.* El conocido de la enfermedad, cuius domus non ignorabat fames, nuditas, paupertas, & afflictio quælibet. Et addit Iſaias *Quaſi abſconditus vultus eius*. Vertit Hebreus. *Abſconſio facierum ab ipſo*. Quaſi dicat, tot iniuriis opprobriis, ac miſeriis plenus erat, vt quicunq. eum videbat, vel ex cõpaſsione maxima & miſeratione tantorum dolorum, ac miſeriarum, vel ex

*Iſa. 53.*

contemptu faciem auerteret, & abſconderet ab illo. *Et non erat ei aſpectus.* Scilicet hominis. *Vnde nec reputauimus eum.* Sed quaſi vermem deſpeximus. Vnde ipſe dicebat. Pſ. 21. *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Ideoq. *Omnes videntes me deriſſerũt me, loquti ſunt labiis, & mouerunt capita ſua.* Quaſi dicat. Talem viderunt me, vt irridentes, & opprobria multa dicentes in me, abſconderent, & auerterẽt facies ſuas. Hoc eſt enim mouere capita. Boluer la cabeça, para eſconder la cara. Qui ergo in hoc itinere tot, tantaq. paſſurus erat, merito per ignominiã ſtabuli, & præſepii incipit. Ideo. *Reclinauit eum in præſepio.*

Pſ. 21.

*IN præſepio.* Quis reclinatur in pręſepio? Quem vidit Iſa. 6. *Sedentem ſuper ſolium excelſum, & quæ ſub ipſo erant replebant templum.* Lo que le arraſtraua baſtaua allenar de honra, y gloria a todo el mundo. *Quique ambulat ſoper pennas ventorum qui ponit nubem aſcenſum ſuũ, qui facit angelos ſuos ſperitus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, & non inclinabitur ſeculũ ſeculi.* Ad quemq. adorandum proſtrauerunt reges orientis coronas ſuas ſub plantis illius. Quemq. totus orbis Deum, creatorẽ, ac redeptorem vocat, & inuocat. Hunc reclinauit virgo in præſepio. Ideo Auguſ. ſer. 5. de nat. Chriſti, o præſepe ſplendidum, in quo nõ ſolum iacuit fænum animalium, ſed cibus inuentus eſt angelorum. Sic exclamat Hieronimus ad Marcellã. Vbi ſunt latæ porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus labore miſſerorũ veſtita? Ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus eſt, & Ber. ſer. de

Iſa. 6. — Pſ. 103 — Mat. 2. — Hiero. — Bernar.

de Epiphan. Vbi aula regia? vbi thronus? vbi curiæ regalis frequentia. Nunquid aula eſt ſtabulum? thronũ præſepium? & totius curiæ frequentia Ioſeph & Maria? & Chriſoſt. ſuper illud. *Intrantes domum inuenerant puerum cũ Maria.* Dicit. Nunquid inuenerunt palatium marmoribus ſplendidum? Nunquid aulam regiam diuerſis populis perſonantẽ? nunquid haſtas, ſiue Clypeatas militum cateruas? nunquid equos regalibus phaleris inſignes? nunquid currus auro fulgentes? nunquid lecto eburneo recumbentẽ? nunquid puerum purpura & biſſo indutum? non vtique; ſed anguſtum tugurium vile præſepium, puerum vilibus pannis inuolutum, & matrẽ vix tunicam habentem vnam. Et talis venire debebat, qui hominẽ deiectum erigere veniebat. *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Nec potui in altum erigi, quia: *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.* Ideſt non ſuppetunt vires ad me de tentato onere eri gendum, qualiter ergo potero erigi? veniat Deus homo factus, & tollat de me tantũ onus peccati, & transferat ſupra dorſum ſuũ, & ſic ſolutus ab onere velox conſcendam in altum. Venit ergo Chriſtus. *Et poſuit Deus in eo iniquitates omnium noſtrum.* Iſa. 53. Et ſic ipſe Deus ære alieno oppreſſus deſcendit ad infima, & homo ſubleuatus aſcẽdit ad ſuprema. Ideo

Mat. 2.

Chriſoſt.

Pſ. 37.

Pſ. 68.

Iſa. 53

*In præſepio.*

IN *præſepio.* Ecce quibus deliciis ſuſcepit mundus creatorem ſuum ad ſe venientem. Quocunq; oculos vertit, cauſam inuenit lectus, præſepium, ſtabulum, ſtercus, animalia bruta, & ſimilia. Poſtquam Adam eiectus e paradiſo [illegible]

mis excitabatur. Sic nunc ſecundus Adam exiens de paradiſſo vteri virginalis, quicquid videt, valde eũ cruciat. Sed hoc cõgruebat ei, qui deperditũ hominẽ reducere veniebat. Sic Greg. l. 3. Mor. Mediator Dei & hominũ, vt culpas noſtræ transgreſsionis extingueret, venit mortalitatis noſtrę flagella tollerare Quia certe vt nos liberaret ab illis ea ſuper ſe tollere debebat. Sic Petrus Griſol. ſer. 30. venit ſuſcipere infirmitates noſtras, & ſuas nobis conferre virtutes, quaſi dicat, vt ſuas nobis conferret virtutes, decuit vt noſſtras aſſumeret infirmitates. Sic enim et illas in ſuper amabiles redderet nobis. Vnde Auguſtinus, omnia bona terrena contempſit Deus homo factus, vt cõtemnenda monſtraret, & omnia mala ſuſtinuit quæ ſuſtinenda præcepit, vt nec in illis quæreretur fęlicitas, nec in his timeretur infęlicitas. Ideo nec nu-

*Greger.*

*Chriſol*

*Aug.*

ditatem, nec tuguriũ, nec̃ prę́ſepium ab horruit.

**I***N præſepio.* Et ſic ſtricto quidem, ꝙ vix puerum etiã factũ capiebat. Notate obſecro quantũ ſe abreuiauit ipſe Deus. Lo mucho q̃ ſe eſtrecho Dios. Vagit infans inter arcta cõditus prę́ſepia. Infans factus eſt. (Canit eccleſia) nec hac paruitate contẽtus, in artiſsimo ſic præſepio ponitur, vt vix cõprehendatur. Y mas ſe eſtrecha. Membra pannis inuoluta. Totum enim corpus eius pannis ſtringebatur. Manus, pedes, q. crura. Cæterorum infantium ſolum renes & brachia ligantur, huius autem manus, pedes q. crura, & cætera membra. Et non ſolum ſtringuntur pãnis, ſed ſtricta cingit faſcia. Con vna cinta tan corta q̃ ſino es apretando mucho, no alcança. Et totum hoc vt magis minueretur, & humiliaretur Deus, ꝙ contemplans

Pau-

Paulus dixit. *Exinaniuit* Philip. *ſemetipſum.* Ideſt abiectio eius videtur maieſtatẽ & magnitudinem ſuperaſſe. Quia certe ſi altitudo maieſtatis diuinæ in eſtatera vna collocaretur, & in altera abiectio humilitatis eius, hęc longe mirabilior appareret. Nõ quia aliquid ſit, quod altitudinem Dei vincat. Sed quia in hac abiectione multa ſunt, quæ maiorẽ admirationẽ offerunt. Quia altitudo naturalis eſt Deo. Dicit ergo Paulus *Exinaniuit ſemetipſũ.* Ideſt abiectio eius ſuperauit altitudinẽ ſuam. Quã? ipſius Dei. Nec ſuperabat quidem, ſed quia materiã ſubminiſtrat ad maiorem admirationem. Hinc eſt ꝙ quando in eccleſia ſimbolum fidei cantatur, non miratur eccleſia audiens, factorem cæli, & terrę viſibilium omnium & inviſibilium. Sed tamen cum primum audit, *Et verbum* Ezech. 1 *caro factum eſt.* Obmuteſcit, & proſternitur ſuper faciem ſuam præ ſtupore, & admiratione. Animalia Ezechielis, *Cum fieret vox ſubmittebant alas ſuas.* Se ponian tamañitos de aſombro Sed audiebant vocem maieſtatis Dei. Ego autem vocem vagientis audiens in præſepio, alas mẽtis ſubmitto, & præ admiratione defitio. Immo & angeli ab ipſis cælorum verticibus id aſpicientes eundem mentis exceſſum patiuntur. Eia pater ſanctiſsime Aug. qui obſtupe factus dicebas tu ad liberandum ſuſcepturus hominem non horruiſti virginis vterum. Cum nullus locus eo dignior inueniatur in orbe, quid dicis nunc videns eum de illo digniſsimo loco tranſlatum ad præſepium? & tu Apoſtolorum Decus. *Qui raptus ad tertium cęlum vidiſti archana verba quæ non licet homini loqui.* Et quia tanta maieſtas 2. Cor. humanam formam ſuſcepit dixiſti. *Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui*

*accipiens.* Quid nunc dicis
*Iſa. 6.* videns eum vilibus panis
inuolutum, & in præſepio
reclinatum? viderat eum
Iſaias ſedentem inter ſera-
phim ſuper thronum ex-
celſum, & eleuatum, & in-
de oculos conijciens ad ip
ſum eleuatum ſuper thro
nũ præſepij, & crucis, dixit.
*Iſa. 28.* *Vt faceret opus ſuum.* Por
ſalir con la ſuya. *Opus eius
alienum, & peregrinum.*
Iſa. 6. Quid enim magis
alienum a maieſtate Dei,
quàm pro throno præſe-
pium pro aula ſtabulum;
pro committatu bruta ani-
malia? *Opus quidem alie-
num ab eo. homo cum in ho*
*Pſ. 48.* *nore eſſet, non intellexit,
comparatus eſt iumentis
inſipientibus, & ſimilis fa-
ctus eſt illis.* Qui ergo iu-
menta quærere veniebat
abhorrere debebat ſtabu-
lum, & præſepium? mi-
nime.

IN *præſepio.* In quo non-
dũ poſitus lachrimas fu-
dit. Quia ſtatim vidit obie
ctum, quod quærere venie
bat, in duobus brutis repræ
ſentatum, quod videns la-
chrimas reprimere nõ va-
luit. Hæccine ſunt animæ
quas tanta pulchritudine
condecoratas ego creaui?
hæ ſunt, quibus magnalia
cœli, & omnia bona terræ
paraui? ideo præ cõpaſsio
ne in exitus aquarũ prorrũ
pebat. Videntes amici
Iob gloriam priſtinã eius
in tantam miſeriam reda-
ctam, præ dolore per ſpa-
tium 7. dierum non potue
runt loqui ad illum verbum
vllum. Sed ſciſsis veſtibus
ſparſerunt puluerem ſuper
caput ſuũ. *Videbant enim* *Iob. 2*
*dolorem eſſe vehementem.*
Hinc etiam eſt, quod cũ dixiſ
ſet Chriſtus lazarum reſur
recturus. *Tollite lapidẽ.* Sta
tim quod vidit eũ *Collachrima* *Ioa. 11*
*tus eſt.* Nec lachrimas, ac ge
mitus potuit cohibere præ
cõpaſsione, vidit enim eũ
putridũ, fœditũ, & vndique
miſerabilẽ, iſte ne eſt iuue-
nis ille nobilis pulcher di-
ues potens, & amabilis? qua

ſsia in tantam miſeriam de uenire potuit, ſic nunc egreſſus Chriſtus de vtero matris videns homines, quos tanta gloria creauerat reſperſſos, in formam brutorum conuerſos, non potuit non prorumpere in flumina lachrimarũ præ compaſsione maxima & dolore.

IN *præſepio.* Ponitur etiã in præſepio, vt paleas ex contactu carnis ſuę conuerteret in prætioſiſsimas margaritas. Et ſic paleæ operum noſtrorum theſaurus ineſtimabilis eſſent erga patrem æternum. Dixit
*Iſa.64.* Iſa. 64. *Facti ſumus vt immundi omnes, &c. q. pannus menſtruatæ omnes iuſtitię noſtræ* Ideſt non ſolum non acceptione digna erant opera noſtra, ſed cõtemptibilia, & horribilia. Quomodo ergo grata & prætioſa eſſe poterunt? cõ miſceãtur laboribus, & doloribus, & paſsionibus Chriſti & ex illis prętiũ im menſum ſibi cõparabunt, & valorem. Beda dixit, tac *Beda.*
tu ſuæ carnis paleas ipſas non ditabit & pretioſiores faciet? ſi ad tactum Heliſei oſſa frigida, & arida mortui reuixerunt, quare arida, & vilia opera noſtra ad 4. *Re.* 13
tactum diuini Hæliſei non accipiant vitam, & mæritum, & valorem? reclinetur ergo Deus puer ſuper paleas in præſepio, vt paleæ iam aurum ſint ad ſalutem.

E*T pannis eum inuoluit* Nec credas ſericos fuiſſe pannos iſtos, aut biſsinos, vel purpureos, quia. *Qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt.* Mat. 11
non in ſtabulo iumentorũ. Tunicis pelliceis induit dominus Adam poſt peccatum. Cõ ropas de mattas. Gen. 3
Sed filium met ſuum vilibus pannis induit in præſepio, ſic Anſelmus. Tu do Anſel.
minus vniuerſorum, qui nullam habes indigentiã, nõ horruiſti abiectionem

paupertatis degustare, ſed in viliſsimo præſepio panniculis inuolutus poſitus eſt. Ecce opere completum, quod in figura præuiderat Zacharias. 3. *Et oſtendit mihi ieſum ſacerdotem magnum, ſtantem coram angelo domini, & Ieſus erat veſtitus veſtibus ſordidis*. Ideſt vilibus, & nullius momēti. Sic Chriſoſt. Super illud Mat. 2. *Inuenerunt puerum cū Maria matre eius*. Dicit. Nunquid puerum inuenerunt biſſo, & purpura inuolutum? non vtiq. ſed puerum vilibus pannis inuolutum, & matrem vix tunicā habentem vnam, nō ad ornatum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis. Talibus in quā inuolutū pānis, quod merito inſignū dari potuerit, ab angelis, vt paſtores cognoſcerent puerū. *Inuenietis infantem pannis inuolutum*, Luc. 2. Cæteri ne pueri nudi erant? nonne & pannis etiam inuoluti aderant? vtiq. ſed humilibus ſic veſtibus & abiectis nullus certe, niſi ſolus filius pauperrimę virginis. Ideo exclamabat Ber. ſer. 4. de nat. vidæ inquit conſidera & cōſiderādo cōfundere, quibus veſtiatur pānis; qui veſtit lilia agri? qui dixit. *Pulchritudo agri mecum eſt*. Qui. *Induit lumen ſicut veſtimentum*. Et Auguſ. exclamat etiam Abſconde Maria noui ſolis fulgorem, inuolue pānis infantem, nam & ipſi panni diuitiis omnibus prętioſiores ſunt, & omni purpura glorioſiores. Et idem ſer. 5. de natiui. Chriſti, o fælices panni, quibus peccatorum ſordes exterſimus. Iſti ſunt feliciſsimi panni illi, quibus inuolutus Hieremias eductus eſt de lacu, vt dicitur Ierem. 38. *Abdemelech ingreſſus eſt cellarium regis, & tulit inde veteres pannos, & antiqua veſtimenta quæ cōputruerant, & ſubmiſit ea ad Hieremiam in lacum*. Et cum illis vilibus pannis de lacu eductus eſt. Quomodo enim

*Zach. 3* *Chriſoſt* *Luc. 2.* *Ber.* *Aug.* *Hier. 38*

enim humanum genus de lacu miſerię, & deluto fęcis educeretur, niſi infans Dei filius vilibus his pannis indueretur. Iſti ſunt certe pãni illi, quibus facies Moi-
*Exo.34.* ſi cunctis ſplendidior aſtris velata fuit, ne præfulgore eius offuſcaremur omnes. Virgilius Eglo. 5. narrat de rege Clodro, ꝙ cum ab oraculo didiciſſet, in bello illo exercitum illũ victorem futurum cuius Rex occideretur in bello, victoriæ cupidus Clodro
*Hiſto* alienis pannis inuolutus (disfrazado) per medios hoſtes irruit & mortuus eſt

Ecce Rex gloriæ cũ victoriã propria morte ſua obtinere deberet (vt didicit a patre) vilibus pannis circundatus ſe obtulit inimicis occidẽdus. *Si enim cognouiſſent, nunquam dominum glorię crucifixiſſent.* *1.Cor.2.*
Et victoriam nos non obtineremus. Sed ſic ignotus per veſtem alienam & peregrinam comprehenſus, iudicatus, & flagelatus, cruci inſuper affixus eſt, & propria morte mortẽ omnium ſuperauit, & vitam reſurgendo reparauit, & gratiam, & gloriam.

# DE NATIVITATE DOMINI: SERMO TERTIVS.

*Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Joan. cap. 1.*

SPonſa inuitabat ſponſum. Cant.7.dicens. *Veni dilecte mi*
Can.7. Et quid dabis ei ſi veniat? *Omnia poma noua & vetera ſeruaui tibi*. Camueſas deſte año,y d̃ antaño. Ideſt fructum prætioſiorem veteris legis, & meliorem legis nouæ ſeruaui tibi. Fructus deſiderabilior in veteri lege fæcunditas erat, & fructus deſiderabilior, ac melior legis nouæ virginitas eſt, vtrumq. ergo ſeruaui tibi, quia integra permanens, fructum protuli, quem deſiderant angeli comedere. Hunc fructum donauit hodie nobis virgo mater. Aue Maria.

VErbũ caro factum eſt. Leuit. 25. lege præceperat Deus filiis Iſrael dicens. *Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius, poterit redimere quod ille vendiderat.* ꝙ ſi non habuerit proximum, nec ipſe prętium ad redimendum ſoluere potuerit. *Computabuntur fructus ex eo tempore, quo vendidit, & quod reliquũ eſt, reddet emptori, ſicq. recipiet poſſeſsionem ſuam.* Leuit.2. Quod ſic diſpoſitum fuit, ne perderet poſſeſsionem ſuam, qui neceſsitate compulſus minori prætio eam vendidiſſet. La mal varataſſe. Ecce mirabilem figuram miſterii noſtri hodier

ni. Primi parentes viliſsimo prætio unius pomi prętioſsiſimam poſſeſsionem iuſtitię originalis tradiderunt, per quam delitias paradiſsi poſsidebant. Et licet Adam multos poſtea habuiſſet proximos, qui ſecundum prædictam legē ius habebant ad hanc poſſeſionem redimendam, tanta tamen paupertate omnes erant oppreſſi, vt tantum prætium reddere nō valerent. Ideo piiſsimus Deus diſpoſuit ꝙ verbum ipſum fieret homo, & filius Dei filius hominis, & ſic vt filius Adæ ius haberet ad hęreditatem, & vt filius Dei diuitias haberet ad prętium perſoluendum. Purus enim filius Dei, licet perſoluere poſſet prætiū quia diues erat, ius tamen nullum habebat ad hæreditatem redimendā, quia nō erat proximus Adæ. Et homo purus, licet ius haberet ad eam recuperandā, quia tamen pauperrimus erat, prætium perſoluere nequibat. *Incidit ergo ei conſiliū bonum.* Fiat Deus homo, fiat filius Dei, filius Adæ. Et ſic vt filius Adæ ius habebit ad poſſeſsionem, & vt filius Dei poterit reddere prętium. Et ſic prętioſſima poſſeſsio vili prætio alienata recuperabitur. Videns ergo ſponſa ꝙ hac ſola via prætium de rigore ſoluere poſſet, exclamabat. *Quis mihi det, vt videam te fratrē meum ſugentem vbera matris meæ* (Cant.8.) Ideſt proximum meum factum, quia tunc. *Et nemo deſpiciet me.* Cant.8. Ideſt tunc ad priſtinam dignitatem, & honorem reſtitues me. Hoc deſiderium ſponſæ hodie cōpletur, & Deus hodie factus eſt proximus noſter, vt amiſſam hęreditatem reſtituat nobis. *Et verbum caro factum eſt.*

V*Erbum caro factū eſt.* Prius dixerat *Ioannes Verbum erat apud Deum Deus erat verbum.* Si ergo verbum Deus eſt, quare

non dixit nunc. Et Deus caro factus eſt, ſed. *Et verbum caro factū eſt.* Quia hoc nomen Deus, commune eſt tribus perſonis. Vnde ſi dixiſſet, *Deus caro factus eſt*, non expreſſiſſet aperte quæ illarum carnem aſſumpſiſſet. Cum autē nomen hoc, verbum proprium ſit filii Dei, vt aperte exprimeret filium Dei, ſecundam perſonam trinitatis carnem aſſumpſiſſe, dixit, *Et verbum caro factum eſt.* De hoc verbo (qui filius ipſe Dei eſt) tria conſiderabimus hodie. Primum, quare filius factus eſt homo, & non pater, vel ſpiritus ſanctus. Secundū modum huius incarnationis. Tertium, de fine propter quem homo fieri voluerit pro primo varias rationes inuenio apud varios doctores. Prima ſit, ꝙ peccatum Adæ fuit contra ſapientiam patris, quam ſibi vſurpare voluerunt primi parentes. *Eritis ſicut dii, ſciētes bonum & malum.* Sapientia autem attributum eſt filii Dei, ideo deſcendat filius, & non pater, nec ſpiritus ſanctus, ꝙ lepido ſimili comprobant. Antiquitus mos vigebat, vt transitum alicuius pontis defendētes, inſignia nobilitatis ſuæ in ipſo ponte ſculpirent. Sus armas y ſu eſcudo. Vt qui vi inde eſſet trāſiturus, lācea ſua quas maluiſſet inſignias tangeret, & eo facto illarum dominus ad duellum prouocatus cēſeretur. In primo ergo parente tota trinitas poſuit inſignias, potētiam pater, ſapientiam filius, & bonitatem ſpiritus ſanctus acceſsit diabolus ad pontem hunc ſubuertendum, & lancea ſua inſignias filii tetigit *Eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum* Filius ergo cenſeatur prouocatus ad duelum, & non pater, nec ſpiritus ſanctus.

Gen. 3.

Simile.

SEcunda ratio. Ad carnem iam fere putre factam in priſtinam bonitatem reducendam, & conſer-

ſeruandam, nullum efficatius medium, quam ꝙ ſal immiſceatur ei. Ideo præcipiebat Leuit. 2. *In omni oblatione tua offeres ſal.* Et hoc quia oblationes & ſacrificia illius temporis ex carnibus fieri ſolebant. Ne ergo corrumperentur, vel vt corruptæ in priſtinam bonitatem redigerentur, ſemper offeratur ſal ſimul cum illis. Imo tantum ſalis immiti poteſt in illis, ꝙ in ſal ipſum conuerſæ videantur. Quedaran hechas ſalitre, la miſma ſal. Quia ergo. *Omnis caro corruperat viam ſuam.* Vt dicitur Genes. 6. Ideſt omnis homo. Quę cartę in primis parentibus iam putreſcere cœperat. Ideo veniens Deus ad corripiendum Adam poſt peccatũ. *Deambulabat ad auram in paradiſſo.* Contra el viẽto por el mal olor q̃ echaua Adan. Poſtea tamen iã hæc miſeria tantum creuerat. ꝙ *Omnis caro corruperat viam uam.* Tantum ergo malum qua vis poterit reſarciri ſale. Sed quid el ſal ſimbolum ſapientiæ Ad Gal. 4. *Omnis ſermo veſter ſit ſale conditus.* Sapiẽtia autẽ filius Dei eſt. Hæc ergo ſapientia, hic filius Dei coniungatur carni, & ſic non ſolum reducet eam ad priſtinum decorẽ, ſed in ipſum met ſal conuertet ita vt verũ ſit dicere, caro eſt ſal, caro eſt Deus, homo eſt filius Dei. Ideoq. nõ pater, nec ſpiritus ſanctus. Sed. *Verbũ caro factũ eſt.*

Leuit. 2. — Gen. 6. — Gen. 3. — Gal. 4.

Tertia ratio. Quia filius eſt vita omnium creaturarum. Idea enim eſt ad cuius normam omnia producta ſunt ad extra, & in quo omnia prius habuerũt vitam, quã in ſe ipſis. Ioa. 1. ꝙ *factum eſt, in ipſo vita erat* Ideo verbum appellatur fons vitæ. Quia omnia viuebãt in illo, antequã ad extra producerentur. *Omnia per ipsũ facta ſunt.* Ideſt omnia per illũ habuerũt vitã. Cũ ergo, per peccatum incurriſſent mortẽ,

Ioa. 1. — Pſ. 35.

a quo

a quo viuificari poterant, niſi a fonte vitę? Athanas, lib de incarnat. nec enim competebat diuinæ bonitati, vt quæ ab ipſo facta eſſent, per diaboli malignitatem in nihilum ſoluerentur, ex hoc enim magis infirmitas, quam bonitas noſcitur, ſi factum a ſe perire ſinat. Per verbum ergo omnia fecit, per verbum etiam omnia inſtauret, & ab eo accipiant homines ſecundam vitam, a quo primam acceperant & qui fons omnis vitæ prędicatur. Ad Heb. 1. *Per quē fecit & ſæcula*. Per ipſum met ergo recuperentur, ne forte aliquis eum crederet impotentem ad reficiendum, qui potens fuerat ad faciendum. Ideo ipſe Pau. Ad Ephes. 1. *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorū per Ieſum Chriſtum propoſuit inſtaurare omnia in Chriſto*. Vt ad vtrumq. credatur potens filius, ad condendum, & ad inſtaurandum.

Heb. 1.

Ephes. 1

QVartam aſsignat Bernardus ſer. 1. de natiuit. Licet prius humiliter ſe ſubiiciat. Minime, inquit id factum arbitror ſine cauſa. *Quis tamen cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit* Rom. 11. nihilominus hanc aſsignat rationem. Eadem fuit cauſa ruinæ noſtræ & angelicę. Eo enim angelus corruit, quod altiſsimi ſimilitudinem, quæ propria filii eſt, vſurpare tentauerit, & rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Sed zelauit pro filio pater. Et quaſi diceret. *Mihi vindictam, & ego retribuam*. Et ſic angelum tanquam fulgur proiecit de cælo. Qui inuidia plenus ne homo tantum bonum poſsideret, quod ipſe amiſerat, de homine etiā euertendo curauit, & ſuaſit ei comedere de ligno vetito, illis verbis. *Eritis ſicut dii ſcientes bonum & malū*. Gen. 3 Sed nec diſsimulauit pater iniuriam filii, & continuo

Rom. 11

Deu. 32

Gen. 3.

eiecit

eiecit hominem de paradiſſo. Sed videns filius ꝙ pater pro ſe ſic zelaſſet, dixit. Ecce occaſione mei nobiliſsimas creaturas amiſſit pater meus hominem & angelum. Vt ergo notũ ſit, quantum ego diligo patrem meum, curabo vt per me recipiat, quoſquodam modo per me amiſit. Vnde ſicut alter Ionas dixit. *Si propter me orta eſt tempeſtas, deiicite me in mare* Et deſcendit homo factus. *Ionæ 1.*

SEcundũ, ꝙ de hoc verbo incarnato conſiderãdum diximus eſt modus incarnationis. Sed modũ iſtum ſola trinitas calluit. Sic Chriſoſt. Scio ꝙ *Verbũ caro factum eſt.* Et quomodo factum ſit neſcio, & iam quod ego neſcio, omnis creatura ignorat. Et hom. 65. in Ioannem omnino autem cum Deus aliquid facit, nulla opus eſt ratione Et clariſsimum ingenium Aug. ſic hoc negotium obnubilat, vt diceret. Quid autem ſacramenti haberet. *Verbum caro factum eſt.* Nec ſuſpicari quidem poteram. Vnde conuinctus, & cedens dicebat in epiſtola ad volutianum, demus deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe, quia tota ratio facti, eſt potentia facientis. Et Amb. contra hæreſes dicebat. Mihi enim impoſsibile eſt generationis ſcire ſecretũ, mens deficit, lingua ſilet, nec mea tãtum, ſed & angelorum. Et Anſel. in lib. Cur Deus homo, audeo dicere ꝙ modus fuit contra legem cõmunem, contra curſum naturalem, & ſupra intellectum angelicum communem, quia virgo peperit. Contra curſum naturalem quia ſine viro peperit. Supra intellectum angelicũ, quia hoc miſterium non callet. Ad Ephes. 3. *Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt hęc gratia, in gentibus euangelizare diuitias Chriſti inueſtigabiles*

*Chriſoſt* *Aug.* *Amb.* *Anſel.* *Ephes. 3*

*les, & illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſęculo in Deo* (Que es eſte de oy) *Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus in cæleſtibus.* Yo lo predico paraq̃ ellos lo entiendan. Super quod Zirilus, prædicante Paulo Angeli ſciunt. ideſt, addiſcunt hoc miſterium alias eis ignotum, & lib. 4 ſuper Ioan. cap 18. dixit. cum Deus operatur, nequæramus, quomodo? ſed operis ſui viam, atq. ſcientiam demus illi. Hinc eſt ꝙ ingreſſus Heliſeus cubiculum, vt puerum ſuſcitaret, & paruulæ quantitati illius adæquaretur incuruatus. *Clauſit oſtium poſt ſe.* Quia qualiter potuerit homo ſic grandis paruulo ſic puero adæquari, nullus cognoſcere valebit, oſtiũ enim clauſit poſt ſe, & ſic ipſe ſolus id nouit. Sic Angelus dixit ad virginem querentem, quomodo fiet iſtud. *Spiritus ſanctus obũbrauit tibi.* Os hora ſombra. Obrara eſte miſterio tan ala ſombra y en oculto ꝙ ipſe ſolum id cognoſcat & non homo, vel angelus.

Ziril.

4. Reg. 4

Luc. 1.

Tertio notandum de hoc miſterio eſt circa finem ius. Propter quid Deus factus fuerit homo? & dico ꝙ vt hominem ad cæleſtia regna reuocaret. *Fidelis ſermo, & omni acceptatione dignus, quia dominus ieſus venit in hunc mũdum peccatores ſaluos facere.* 1. Tim. 1. & Lucas. 19. *Venit Ieſus quęrerę et ſaluum facere quod perierat domus Yſrael*, & Hugo in libro de ſacramentis nulla cauſa veniendi fuit, niſi peccatores ſaluos facere, tolle morbos, tolle vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ. Vnde multi doctores tenent, ꝙ ſi homo non peccaſſet, Deus non deſcendiſſet factus homo. Auguſtinus, de verbis Apoſt. Si homo non peccaſſet, filius hominis non veniſſet. Saltim paſſibilis

1. Tim. 1

Luc. 19

Hugo.

Aug.

bilis certe non veniſſet, niſi peccata fuiſſent pro quibus ſatisfaceret. Sed ideo non abhorruit ſtabulum, lachrimas, & nuditatem, &c. Nec cętera mala pœnę quia nos ab illis liberaturus veniebat.

V*Erbum caro factum eſt.*. Non dixit. Homo factus eſt. Sed Caro. toma titulo de lo mas vil. Ad Rom. 8. *Deus filiũ ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati*. Quia homo poſt peccatũ ad maiorẽ ignominiam vocabatur Caro. *Omnis quipe caro corruperat viam ſuam.* Gen. 6. *Non permanebit ſpiritus meus in homine quia caro eſt.* Et ad maius opprobrium caro dici ſolet peccati, & Eccleſ. 6. *Qui futurus eſt, iam vocatum eſt nomen eius, & ſcitur ꝙ homo ſit.* Quaſi dicat, quicumq. genitus eſt ab initio vel gignetur vſq. ad finem mundi, quantumcumq. nobilis ſanguine, clarus ingenio, in diuitiis potens, & in dignitate florens. *Iam vocatum eſt nomen eius & ſcitur ꝙ homo eſt.* In quo quæcumq. mala excogitari poſſunt, compræhenduntur. Iob. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tẽpore repletur multis miſeriis.* Illud repletur, magnam ponderationem importat. Dize vn eſtar ahito, y lleno para rebentar. Sic homo repletus eſt miſeriis a planta pedis vſq. ad verticem capitis, interius, & exterius. Ideo alii legunt. *Satur iræ.* Ahito y repleto de ira y colera, y miſeria. Has omnes miſerias dignatus eſt Deus aſſumere in ſe. *Et ego mortalis homo ſimilis omnibus accepi cõmunem aerem, et in ſimiliter factam terram incidi.* Grecus habet. *Similiter affectam.* Ideſt eiſdem miſeriis ſubiectam. *Et primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans.* Ideo Paulus, venit. *In ſimilitudi*

Gen. 6.
Eccleſ. 6.
Iob. 14.
Sap. 7.
Rom. 8.

*tudinem carnis peccati.* Non carnis ſolum, ſed. *Carnis peccati.* Ideſt carnis ſub iectę omnibus miſſeriis, quas homo propter peccatum incurrit. Et has omnes ſuſcepit in ſe Deus, vt hominem liberaret ab illis. Et ex hoc cognoſcat quantum debeat Deo, & ſe totum ei tradat in æternum.

(iſ.)

# DE NATIVITATE *DOMINI.*

## SERMO QVARTVS.

*Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Joan. cap. 1.*

PLinius.lib. 35. ca.9. Helianus. lib.4. de varia hiſtoria tradũt ꝙ cum celeberribus pictor ille zeuxes ex prætio imaginum ſuarum diuitias iã multas comparaſſet & diues valde effectus eſſet, decreuit gratuito illas de inceps concedere, & donare ſine prætio aliquo, dicens ꝙ nullum æquale prætiũ poſſet ab hominibus ei cõcedi pro imaginum ſuarũ perfectione. Chriſtus dominus imago eſt patris, & ſplendor glorię & ſubſtantiæ eius. Heb. 1. Nullum prætium æquale erat ſuper terram, quo homines emere poſſent imaginẽ ſuperexcellentem. Ideo ditiſsimus, quanto pijſsimus pater decreuit eã gratuito cõcedere ſine aliquo præ-

*Heb. 1.*

prætio. Sic dixit Iſa. *Puer* Iſa. 9. *datus eſt nobis*, *& filius natus eſt nobis.* Quaſi dicat, puer iſte natus gratis datus eſt nobis, & ſine prætio hodie conceſſus, de eo agendũ, Aue Maria.

V*Erbum caro factum eſt.* In lib. Iudic. ca. 14. Traditur ꝙ cũ fortiſsimus Samſon in quandam vrbẽ philiſtinorum deſcẽdiſſet nomine Thamnatha, pulcherrimã quandam mulierem vidit in ea, & tanto eius amore cæpit incendi, vt patrem ſuum exoraret, ꝙ eam ſibi in vxorem acciperet, & peteret a parentibus puellę. Cui pater reſpondit. *Nunquid non eſt mulier in omni populo tuo quia vis accipere vxorem de philiſtim, qui in circumciſsi ſunt.* Mirad que ſera afrentar a tanta donzella hermoſiſsima q̃ ay en vueſtra tierra. Sed reſpondit Samſon. *Hanc mihi accipe quia placuit in oculis meis* O mirabilis figura miſterii noſtri hodierni. Diuinus Samſon verbum patris, quandam virginem philiſteam in circunciſſam adamauit, ideſt naturã humanam ad opprobrium dictã incircunciſſam. Et patrem ſuũ æternum exorauit, dignaretur eam ſibi cõcedere in vxorem. Odiuine Samſon, non eſt mulier in toto regno tuo, quã ducere veleas in vxorem? attendas obſecro ꝙ hoc vertetur in opprobrium cæleſtium creaturarum, quarũ quælibet longe has terreſtres ſuperat in pulchritudine? vide ꝙ humana hęc puella pauperrima eſt, nuda, miſera, & afflictionibus vndiq. plena? Sed reſpondit nec tot laboribus terreri, dum tamen eã accipiat in vxorem. *Quia placuit in oculis meis.* Et hoc eſt ꝙ mirabatur Paulus. *Nunquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahę apprehendit.* Quaſi dicat, ſpretis omnibus puellis regni ſui, hanc noſtram alie-

Iudi. 14. Heb. 2.

alienigenam adamauit, & elegit. Et illud verbum, *Apprehendit*, Magnam emphaſim habet, quaſi dicat, non quomodo cunq. ſed in æternum appræhendit illam, Quod promiſſerat per Oſeam 2. *Deſponſabo te mihi in ſempiternũ* Hæc deſponſatio in vtero virginis celebrata eſt. De quo hodie egreditur. *Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit, &c.*

Oſeæ.2.

*Verbum caro factum eſt.* In hoc euangelio ille nobis proponitur articulus fidei ꝙ Chriſtus dominus verus Deus ſit & homo verus. Homo verus ex ſubſtantia matris in ſeculo natus, & Deus verus ex ſubſtantia patris ante ſecula genitus. Deitas eius explicatur dum dicitur. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* In principio, ideſt in patre quia ſecundum Auguſ lib. 9. de triniſate, pater principium eſt totius trinitatis, vel. *In principio*: Ideſt in trinitate, quia omnes tres perſonæ ſunt principium omnium creaturarũ. Vnde in principio, ideſt in trinitate perſonarum erat verbum. Secunda perſona eſt trinitatis. Tertio, modo poteſt ſumi priuatiue. Vt ſit ſenſus, in principio, ideſt ſine initio qui enim æternus eſt, nec principium habet, nec finem. Quarto ſumitur negatiue ſecundum Augus. quaſi dicat. *In principio erat verbum.* Ideſt ante verbum nil aliud erat. Quinto modo ſumitur poſitiue pro initio creaturarũ, quaſi dicat, in initio creaturarũ iam erat verbum apud Deum. Quia ab æterno, erat. Et hanc vim calluerunt Baſilius, & Ambroſius in illo verbo, erat, & dicunt, verbum, erat, ducit nos ad æternitatem. Ac per hoc verbum. *Erat.* Damnauit Arrianos con-

Athana

Aug.

Aug.

Amb.

cilium Nicænum, qui dicebant, erat quando non erat ideſt tempus fuit, quando non erat verbum, ac ideo manum Ioannis mouebat ſpiritus ſanctus vt toties repeteret verbum. *Erat.* Quia in eo latet æternitas filii. Vnde ipſum verbum ſapientia patris dicebat. *Ab* Pro. 8. *æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam terra fieret, non dũ erant abiſſi, & ego iam concepta eram, &c.* Vnde *In principio erat verbum.* Ideſt in æternitate erat verbum. Sic. Dauid. *In æternum domine verbum tuum permanet in cælo.* Pſ. 118. Sed nunc ad temporalitatem & humanitatem eius deſcendamus, *Verbum caro factum eſt.* Verbum dixit & non filius, vt notant Chriſoſt. Chriſoſt. & Theophilactus, vt omnem auferat occaſsionem, ne ex ignorantia, vel ex malitia aliquis exiſtimaſſet in hac generatione, paſſibile, compoſitum, vel carnale interueniſſe, dum audit nomen filii poterat enim malitia arguere, ergo habuit matrem & patrem ergo carnalis copula ad fuit &c. Quod Arriani poſtea ſenſerunt. Hebreus Ideo verbum dixit, no filius, vt generationem hanc omnino intellectualem intelligeremus, ac vi intellectus patris productam. Item. *Verbum.* dixit non filius, quia per hoc nomen magis notus erat filius Dei nullnm enim aliud nomen eius frequentius erat in ſacra ſcriptura, nec apud Hebreos, & dicit: *Verbum caro factum eſt.* Et non generatum, quia caro Chriſti non fuit generata ab homine, ſed opere ſpiritus ſancti formata. Vt dicitur Sapien. 7. de. Sap. 7. *Ventre matris meæ formatus ſum caro.* Non dicit, generatus ſum caro. Quia non a viro, ſed a ſpiritu ſancto generata fuit caro Chriſti, vt ergo generationem verbi omnino intellectualem eſſe

indicaret euangeliſta, non dixit, filius generatus eſt caro. Sed. *Verbum caro factum eſt.*

VErbum caro factū eſt Nec dixit uerbum homo factum eſt, ſed caro. Non quia ſolam carnem humanā aſſumpſiſſet, qui verus homo, ex anima rationali, & corpore compoſitus erat. Vt dixit Athana. ſed vt cæteris ſcripturæ oraculis conſonet, quæ de hac incarnatione fere ſemper ſub nomine carnis loquuntur. Sap. 7. *In ventre matris meę formatus ſum caro*, & Rom. 1. *Factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* Et ſic de aliis multis locis ſacræ ſcripturæ.

*Atha.*

*Sap. 7.*

*Rom. 1*

ITem, quia ſic diſtantia duarum naturarum hic ſimul coniunctarum longius, latius q. exprimitur. Quia *Verbum*. Naturam dicit omnino intellectualem, & ſpiritualem, ac ſubtiliſsimā vndiq. quod nomen filius non importat. & *Caro*, Naturam craſsiorem, ſenſualiorem, ac vt ita dicam materialiorem exprimit. Et exinde bonitas, charitas, ac benignitas Dei magis relucet, quia naturas ſic diſtantes coniunxit vt homines de perditos ſubleuare. Sic Pau. *Exinaniuit ſemetipſum formā ſerui accipiens.* Et tanta ſapientia has diſtantiſsimas naturas ſimul copulauit, vt altera in nullo alteræ lederet. Sic Damaſcenus. Et tā to fœdere vtramq. naturam coniunxit, vt nec minueret aſſumptio maiorē nec minorem conſumeret glorificatio. Et Leo ſer. de natiuit. Deitas nullum detrimentum omnipotentiæ ſubiit, nec Dei formam ſerui forma violauit, & in alio ſermo. eiuſdem feſti. Vnita inueniuntur caro & verbum, ignis & ſtupa, ſine eo q; ignis conſumens diuinitatis ſtupam carnis abſumeret, nec huma-

*Philip.*

*Damaſ.*

*Leo.*

humanitatis ſtupa dignitatem naturæ diuinæ minueret. Et Pau. ad Heb. 2. *Et ipſe ſimiliter participauit eiſdem. Et* ipſe. Inquit. El con ſer quien es.. *Qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem Deo* Eiſdem participauit, ſcilicet miſeriis carnis, & ſanguinis, & dicit *Similiter.* Quaſi dicat, non ſolum carnem, & ſanguinem noſtram ſumpſit. Sed ſimiliter ſicut nos, ſimilem noſtræ, eiſdem met paſsionibus & laboribus ſubiectã. Poſſet enim carnem ſumere impaſsibilem & ab omni dolore immunem. Noluit tamẽ, ſed ſimilem prorſus cum noſtra, vt enim per mortem dextrueret eum qui habebat mortis imperiũ, debuit per omnia fratribus aſsimilari. Sed hoc ſine detrimento diuinitatis dictum ſit, vt naturarum diſtantiam ſolummodo explicemus, quia minor patre ſecundũ humanitatem. *Et* ęqualis patri ſecundum diuinitatem Ideo. *Verbum caro factum eſt.* Heb. 2. Heb. 2

ET *verbum caro factum eſt.* In hoc opere mira prodigia relucent, mira q̃ diſtantia diſtincta coniunguntur. *Diues & pauper obuiauerunt ſibi.* ꝙ prædixerat Dauid. *Simul in vnũ diues & pauper.* *Pſ.* 48. Et hoc vt pauper ditaretur inopia diuitis. Sic Pau. 2. Cor. 8. *Scitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt* (Ideſt homo) *Cũ eſſet diues* (Ideſt Deus) *Vt illius inopia vos diuites eſſetis.* Ideſt Dii. ad tantas enim diuitias eleuatus eſt homo per inopiam, & humanitatẽ a verbo aſſumptam & 1. Cor. 1. *Gratias ago ſemper Deo pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu quia in omnibus diuites facti eſtis in illo.* Quia humanitatem veſtram in ſe ſumens omnes diuitias diuinitatis ſuę communicauit vobis. *Pro.* 22. *Pſ.* 48. 2. *Cor.* 8. 1. *Cor.* 1.

Clemens
de Heraclito tradit Clemens Alex. ꝙ dicere ſoleret, quaſi iam miſteriũ hoc coniiceret, homines Dii, dii homines, quaſi dicat, Deus in homine, & homo Deus. Quod dixit Ioannes in hoc euangelio. *Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri & verbum caro factũ eſt*. Ideſt quia verbum caro factum eſt. Et, enim pro quia, ſumitur hic, vt dicit Chriſoſt. ſuper hoc. Et pater Auguſ. ſer. de natiuit. Chriſti dicit. Deos facturus qui homines erant, factus eſt homo, qui Deus erat. Para eſſo baxo Dios tanto, paraq̃ el hõbre ſubieſſe tanto. Deut 21. dicitur. *Maledictus omnis qui pendet in ligno*. Cui maledictioni ſubiacere voluit Deus pro homine, vt hominem omni benedictione repleret. Sic Pau. Ad Ephes. 1 *Benedictus Deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti qui benedixit nos in omni benedict.one ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto*. Et hoc eſt ad literam illud 1. Cor. 1. *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus*. Quaſi dicat, ꝙ Deus paſſus ſit in humanitate, tota virtus, & fortitudo noſtra eſt, quia inde mũdati, & redempti ſumus, & ad adoptionem filiorũ aſſũpti. Hinc eſtq; de ſingulis creaturis dixiſſet Deus in earum creatione ꝙ eſſẽt bonæ, quod de homine omnium creaturarũ perfectiſsima reticuit. Et hoc vt aliqui dicunt. Quia. *Reliquit eum in manu conſilii ſui*. Quare poterat ad maiorem perfectionẽ aſcendere, vel ab illa deſcendere. Alii dicunt, ꝙ vt ſilẽtio rem altius ponderaret, tacuit. Alii melius ꝙ homo non creatus fuit in tota perfectione poſsibili illi, quia capax erat vnionis hipoſtaticæ. Hanc accepit hodie. *Verbum caro factum eſt*. Ecce. *Pauper & diues obuiauerunt ſibi*. Vt diues pauperem ditaret, & erigeret de miſeria ſua. Homo

Chriſoſ.
Aug.
Deut. 21
Ephes. 1
1. Cor. 1.
Gen. 1.
Eccli. 15

ob paupertatem ſuam debitum ſoluere non poterat Deus diues erat, ſed nemini debebat. Fiat ergo Deus homo, vt ſic vnus & idem ſit, qui debeat, & qui ſoluere poſsit. Qui debeat, nō pro ſe, ſed pro omnibus hominibus, quorum debita ipſe ſibi aſſumpſit ſoluēda. *Poſuit Deus in eo iniquitates omnium noſtrum*
Iſa. 53. Iſa. 53. Ideſt debita omniū hominum, vt ipſe ſolueret ad plenum, & de toto rigore, quia diues erat. Per hoc ergo ꝙ verbum caro factum eſt, etiam homo factus eſt Deus. Et per hoc ſuper omnem angelicam naturam ſubleuatur ho-
Gregor. mo. Hinc notat Gregor. ꝙ angeli ante incarnationem ſuſtinebant adorari ab hominibus, vt patet. Geneſ 18. & 19. Sed poſtea nullo modo id permiſſerunt. Vt patet Apo-
Ap. 19 calip. 19. & 22. Vbi Ioanni Angelum adorare volenti dixit Angelus. *Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum.* Per hoc miſterium virgo mater conſtitutiur Regina angelorum, & ſuper omnes eorum choros ſubleuatur. Per hoc mater eccleſia ſacratiſſimum euchariſtiæ ſacramentum poſidet. *Vſq. ad conſumationem ſeculi.* Per Ma. 28
hoc fons baptiſmi vim habet ad abluenda peccata. & ad reducendos homines ad priſtinam animæ pulchritudinem. Per hoc & ſecundum baptiſmum pænitentiæ ſuſcepimus, quo quoties maculis peccatorum fœdamur, mundari, & ſuper niuem de albari poſſumus. Per hoc ianua cæli hucuſq. clauſa, vndiq. reſarata eſt. Ad hæc ergo omnia bona donanda. *Verbum caro factum eſt, &c.*

E*T habitauit in nobis.* Tu ne es ille qui dicebat. *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternū, quia caro eſt.* Nunca para ſiempre mas amiſ-

ſed con el para ſiempre.
Gen. 6. *Quia caro eſt.* Quia vilitas ipſa eſt. Ego ne ſimul, & apud tantam vilitatem manebo? tu ne es qui præcepiſti ne ad montem accederent homines, vbi tu aderas, ſub pena mortis? ecce nunc. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* In patria, in domo, in menſa, in conuerſatione, ac familiaritate. Ecce nunc dicit.
Pro. 8. *Delitię meæ eſſe cum filiis hominum.* Ecce nunc dicit, nunquam diſcedam ab homine in æternum.
Anſel. Quia quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſſit. Ecce iam dicit Zacheo.
Luc. 19 *Hodie in domo tua oportet me manere.* Luc. 19. Et Martha quotidie eum hoſpitem recipiebat in domo ſua. Merito, ergo dixit, diuus Tho.
D. Tho. Nec enim aliquã do fuit tan grandis natio, quæ habeat Deos ſuos appropinquantes ſibi, ſicut ad eſt nobis Deus noſter. *Et habitabit in nobis.*

V*Erbum caro factũ eſt.* Ad hominem lapſum erigendum. *Quis mihi det vt videam te fratrem meũ ſuggentem vbera matris meæ, et nemo deſpiciet me.* Cant. 8.
Quaſi dicat, nunc ab omnibus deſpitior quia nondũ tu fratrer factus es meus, tunc tamen ad tantam dignitatem ſubleuabor, vt nec angeli deſpiciant me. Quoties princeps aliquis puellã aliquam paganam (aldeana) ducit in vxorem, omnes etiam conſanguineos illius eleuat, & in menſa eius ſedere facit, & a ſubditis ſuis miniſtrari. Simile.
Duxit Deus in vxorem ruſticam naturam humanam, homines ſic etiam eleuat, vt ab ipſis etiã angelis miniſtrentur. Ad Heb. 1. *Omnes ſunt adminiſtratoriũ ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatẽ capiũt ſalutis*, o felix creatura, quę ab ipſis etiam angelis meruit miniſtrari. Heb. 1.
Vnde hoc tibi? quia. *Verbum caro factum eſt.* Quia Rex Aſſuerus

rus duxerant Eſther in ſpõ ſam, ad tantam dignitatem
Heſter.6. ſubleuauit Mardocheum conſanguineum eius, vt ſuper equum qui de ſella regis erat ſuper impoſitum, & diademate coronatum, primo principum equum ducẽ te duci fecerit, ipſo principe altius proclamante. *Sic honorabitur, quemcumq. rex voluerit honorare* vnde hoc Mardocheo Hebreorum minimo? quia conſanguineam eius duxerat Rex in vxorem. Ecce ergo dies honoris noſtræ. Ecce dies
Ioa.8. ob quam videndam exultauit Abraham, & cum vidiſſet per reuelationẽ, gauiſſus eſt. Ipſe Chriſtus di-
Luc.10. cebat. *Beati oculi qui vident, quod vos videtis.* Moiſi ſolũ conceſſum eſt videre a longe terram promiſſam, quam pedibus calcare debebat Deus, & ſufficiens ei fuit vt gaudio plenus migraret e vita. Deu.24.
Quid ſi ipſam terram deoſcularetur? quid ſi verbũ vidiſſet in carne humana illam terram perambulantem, & calcantem? o beati nos qui hunc diem videre meruimus, in quo. *Verbũ iam caro factum eſt.* Ad pedes illius proſternamur, plantas eius deoſculemur, virgini matri debitas gratias agamus, interceſſionem eius imploremus, vt per quam verbum incarnatum ſuſcepimus, ſuſcipiamus gratiam & gloriam.

&c.

# DE SANCTO
## STEPHANO.
### SERMO PRIMVS.

*Ecce video cælos apertos, & Jeſum ſtantem, &c. Act. 7.*

TRia genera martirii inueniũtur, primum, in voto, & deſiderio efficaci moriẽdi pro Chriſto, ſed ſine opere, & morte, quia deficit perſequtor, ſecundum eſt e contra inopere, & morte, ſed ſine voto, ac præuia voluntate patiendi, Tertium, vtroq. conſtat, & voto patiendi, & opere ipſo. Quia iuxta deſiderium ſuum mortem aliquis patiatur. Hæc omnia gnera martyriorum celebrat mater eccleſia in hac paſchali celebritate. Primum, in ſancto Ioanne Euangeliſta, Secundum, in pueris innocentibus, & Tertium, in beato Stephano. Et prius hoc tertium celebrat, quia primus fuit inter omnes martyres, qui ſanguinem pro Chriſto fudit. Ideoq. prothomartyr dicitur, & dignus qui in tanto fæſto paſchali primus celebretur. Aue Maria.

*ECce video cælos apertos.* Qui nouiter ad doctrinam Chriſti accedũt, & ad ſcolam eius, minime inprimis lectionibus de aſperrimis, & durioribus, quæ in via hac tollerantur inſtruendi ſunt, quo vſq. tanto iam amore Chriſti flagrent, vt nec flagellis a domo eius dimoueri valeant. Que aun a palos no los podran echar de ſu caſa. Aliter enim perterriti fu-

fugient, & contemnent doctrinã eius ſequi. Sic. Ber. ſer. de primordiis conuerſorum. Nouiter conuerſi blandis ſunt verbis conſolandi, ne exaſperati ad priſtina peccata recurrant. Et Greg. li. 24. Mor. notat, ꝙ cum Pharao dimiſiſſet populum, non duxit illum Deus per viam Philiſthim quę vicina eſt, reputans ne forte pæniteret eum. ſi vidiſſet aduerſum ſe bella cõſurgere, & reuerteretur in ægyptum. Ex ægypto itaq. exeuntes e vicino bello extrahuntur, quia derelinquentibus ſeculum, quædã prius tranquilitas oſtenditur, ne in ipſa ſua teneritudine, atq. in coactione turbati redeant ad id, quod euaſſerunt. Et in eodẽ lib. cap. 13. dicit. Prius conuerſos dulcia conſolãtur, poſtmodum amara exercent, demum ſublimia confirmant. Ita in ægypto fouit Deus filios Iſrael, probauit in æremo, tandem in terra promiſsionis confirmauit. Et Bernar. lib. de amore Dei, a nouitio rigida debetur cænſura, & diſtricta ſeueritas. Ad regentem autem, vel conſulentem expectat paterna, vel fraterna charitas, & pietas lenis. Hinc Paulus dicebat ad Corinthios; *Ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquã paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam non dum enim poteratis.* Pan con corteza deſpues, aora leche como a niños. Rex Agripa dixit Paulo Acto, 26. *In modico ſuades me chriſtianum fieri.* Poco falta paraque me conuençàs, a que yo me buelua Chriſtiano. Cui reſpondit Paulus. *Opto te & omnes fieri tales, qualis ego ſum, exceptis vinculis his.* Si vincula prætioſiora tibi ſunt ſuper omnia in illis tantũm gloriaris vt ſubſcribas, ego Paulus vinctus in domino, quare ea non optas ei? quia

Margin notes: Bernar. — Gregor. — Gregor. — Bernar. — 1. Cor. 3. — Act 26

quia nouiter cõuerſus forte terretur. Sic Aug. in Pſ. vtinã conuerterentur, ac nobiſcum exercerentur. Primo conuerſionem deſiderat ſolum, poſtea profectum eorum per exercitationem, nõ antea, ne forte perterriti reſipiſcant, & Chriſtus dicebat. *Si veritatem dico vobis.* Nota illud. *Vobis* Las que conuiene para voſotros, ſegun vueſtra capacidad, veritates in quam lactis nouiter conuerſo, & aſperitatis etiam cæteris, qui maiores iam fructus feciſtis, cuiq. enim pro ſua capacitate prædicabat. Quod prudens quilibet prædicator, aut rector ſeruare debet. Pro.16 *Qui ſapiens eſt corde, appellabitur prudens, & qui dulcis eſt eloquio maiora recipiet.* Explicat Hieronimus, qui inanima ſua doctrinam Chriſti tota obſeruatione retinet, iſte ſolus debet iudicari prudens. Sed qui eam poſtea cæteris tradit (ideſt prædicator, vel prælatus) maiora recipiet. Maiori enim pręmio dignus eſt, quã qui in ſola contemplatiua vita occupatur. Et dicitur prædicator dulcis eloquio, nõ quia floribus verborũ pruriat auribus. Sed quia vnicuiq. loquitur pro capacitate ſua, vnde eloquiũ eius dulce eſt illi. Nouiter ergo conuerſo eloquium dulce erit dulcedinẽ Dei illi proponere, poſtea tamen de durioribus poterit inſtrui. Sic Eſtephanus vocatus ad ſcolam Chriſti dultiora prius guſtauit. *Plenus enim gratia & fortitudine faciebat prodigia multa in plebe.* Vt poſtea lapidibus obrrui, ac comminui non timeret. Ideoq. ante grandinem lapidum cæli oſtenduntur ei aperti, vt dulcedinem eorum videat. *Vidit cælos, &c.*

Ioa.8.

Pro.16.

Hiero.

E*cce video cęlos apertos* Occulos in cæleſtes diuitias erexerat, ideo pro illis comporandis lapidibus

bus etiam obrrui minimū indicabat. Quod etiam cõtigit Paulo, qui poſt quam raptus ad tertium cęlum vidit archana verba quæ non licet homini loqui. Exclamabat. *Non ſunt condignę paſsiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Quaſi dicat. experto credite ó homines quia omnia mala mundi vſq. ad finem eius pati nondum cõdignum prætium eſt pro gloria illa obtinenda Aug. tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta eſt iucunditas lucis æternæ, vt etiam ſi non liceret in ea amplius manere, quam vnius diei hora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitiis, & omni affluētia temporalium bonorum merito contemneretur. Ideo exhortat ad Heb. 12. *Deponentes omne pondus per paciētiam curramus ad propoſitum nobis certamen aſpicientes in authorem fidei Ieſum.*

2.Cor.12

Aug.

Heb. 12.

Curramus (inquit) ad paſſionem depoſito põdere. Sin pereza y ſin eſtorbo, & curremus quidem ſi in Chiſtum oculos dirigamus. In eum aſpiciebat, qui dixit. *Quiſdet vt veniat petitio mea?* Iob. 6. Petis ne forte a tantis flagellis liberari? minime. Sed vt. *Qui cępit ipſe me canterat, & hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore, non parcat* Y todo me parecera poco. Auguſt. hic vre, hic ſeca, hic non parcas (punire) vt in ęternum parcas, quaſi dicat, pro illa beatitudine obtinenda hic in memitas omne genus tormentorum, ac ſine vlla miſeratione vras, & ſcindas in mēbris meis. Et Ignatius dicebat. Tota tormenta diaboli ſuper me veniant, tantū Chriſto fruar, quaſi dicat. A trueco de eſſo no me parecera mucho padecer todos los tormentos que los demonios dan a los condenados. Et Abacuch. 3. *Ficus enim non florebit, & non*

Iob. 6.

Aug.

Ignat.

Aba. 3

*non erit germen in vineis. &c.* Vſq. *Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Quaſi dicat, dum hoc bono fruar cætera mala contemno tolerare. Laurentius dũ torreretur in craticula decantabat. Gratias tibi ago domine quia ianuas tuas ingredi merui. Adhuc torreris in prunis, quid gloriaris ꝙ ianuas cæli ingreſſus fueris? mentis oculos ad illa præmia æterna direxerat, vnde iſta duriſsima tormenta leuia iudicabat, ac tanto præmio prorſus indigna. Ideo Stephanus ne tormentorum vi terreretur, oculos direxerat ad illa præmia æterna obtinenda. *Ecce video cælos apertos &c.*

*Laurēn.*

E*cce video cęlos apertos* Nondum pro lapidantibus orans dixerat. *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Etiam. *Vidit cælos apertos.* O magna virtus hæc remittendi iniurias, & orandi pro perſequtoribus, quę vim habet ad ſtatim aperiendum ianuas cæli. Cum Moiſſes oraturus pro lapidantibus ingrederetur tabernaculum, ſtatim gloria ipſa Dei deſcendit, & cooperuit tabernaculum eius vt dicitur Num. 16. & in 2. Cor cap. 11. narrat Paulus multitudinem iniuriarum quibus affligebatur. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, ter virgis cæſſus ſum, &c.* Et orat pro perſequtoribus. *Inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum.* Et ſtatim in ca. 12, ſequenti addit raptum fuiſſe ad tertium cælum, & vidiſſe arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et ſimilia bona accipiet, quicunq. in hac virtute floruerit. Vnde poſt quam dixiſſet Chriſtus in cruce, *Pater dimittete eis quia neſciunt quid faciunt* Orans pro tortoribus ipſis mirans ꝙ non ſtatim acciperet

*Num. 16*

*2. Cor. 11*

*2. Cor. 12*

*Luc. 23.*

peret conſolationem a patre clamauit. *Pater mi vt quid dereliquiſti me.* Quaſi dicat fieri ne poteſt, vt me derelinquas, qui iniurias remiſsi, & pro tortoribus orarauì? quomodo auxilium ferre diſers? q̃ ſe me aya cerrado el Cielo auiendo orado por enemigos? quia ergo Stephanus pro lapidantibus exorauit. *Ecce video cælos apertos.*

E*T filium hominis ſtantem.* Nõ parua hic oritur dubitatio, qualiter Stephanus vidit cęlos apertos & filium hominis ſtãtem? an viſu corporeo, an oculis mentis? & an corpus glorioſũ Chriſti, an vero diuinam eſſentiam? de primo dico vidiſſe cælos apertos non per cælorum diuiſsionem, vel reſerationem factam, vt annotauit gloſa, Quia cum cęli in corruptibiles ſint, vt philoſophus etiam atteſtatur primo de cęlo, eos ſcindi, diuidi vel ſecari eſt impoſsibile. Sed

*Gloſa.*
*Ariſt.*

eos apertos vidiſſe dicitur quia ſic clare, nude, & aperte vidit Ieſum in cælo Empireo, quaſi ſi nullum eſſet obſtaculũ inter mediũ. Ad ſecũdũ dico ꝙ ex ipſo textu colligi videtur corporeis oculis vidiſſe filium Dei, dicitur enim intẽdens in cęlum vidit gloriã Dei, & filiũ hominis, &c. Licet enim oculus corporeus naturaliter videre nõ valeat corpus glorificatum, nec in tantam diſtantiam rapi vt poſt omnes cælos vſq; ad Empyreum perueniat, vbi filius hominis adeſt ad dexteram patris, miraculo ſe tamen id factũ eſt, ideo impoſsibile nõ iudicandũ, vel dico cũ Lyra, ꝙ viſsio ſtephani nõ ducta eſt vſq; ad empyrũ, vt corpus Ieſu videret. Sed ab ipſo empyreo ab ipſo corpore Chriſti ſpeties miſſæ ſunt ad oculos Stephani. Quia ſecũdũ Ariſ.li. de ſenſu, & ſẽſato, viſſus nõ fit extra mittẽdo, ſed potius intus ſuſcipiẽdo. Et nõ ſolũ vidit corpus Ieſu

*Lyra.*
*Ariſt.*

Ieſu, ſed forte & gloriam eius, vt aliqui ſentiunt, & ex ipſo contextu id colligi videtur. Dicitur enim, & filium hominis ſtantem a dextris in gloria. Quod poſt virginem matrem, diuo Paulo, & moiſi ſolūmodo conceſſum eſt, vt placet Auguſtino epiſt. 112 ad Paulinā. Hoc etiam Stephano concedūt aliqui, & dicunt diuinam eſſentiam vidiſſe hodie, &non in raptu (ſicut vidit eam Paulus. ipſe enim teſtatur. *An in corpore, an extra corpus neſcio, Deus ſcit.* Sed ſenſibus vtentem, ac loquentē in concilio. O maxima gratia ei conceſſa. *Intendens ergo in cælum vidit cælos apertos, &c.*

2.Cor.12

INtendens in cęlum. O vtinam & nos hæc inferiora calcantes, & contēnentes, in cæleſtia illa bona oculos corporis & animæ dirigeremus, quæ vere bona noſtra ſunt. Iſta enim inferiora licet nobis creata ſunt, noſta tamen non ſunt. Illa vero celeſtia & noſtra ſunt, & nobis etiā creata ſunt. Hinc Chriſtus dicebat Luc. 16. *Si in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis credet vobis? & ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis.* Vbi ſecūdum Lyram vocat aliena iſta inferiora, & noſtra vocat illa ſuperiora & cæleſtia, & merito noſtra dicuntur, quæ ſemel poſſeſſa, nunquam auferentur a nobis, & merito aliena quæ mane poſſidentur, & ad veſperum in alienum dominium tranſierunt. Gloriabatur diues quidam dicens, *anima mea habes multa bona in pluribus annis cōgregata, requieſce, comede, bibe & epulare.* Sed audiuit ad veſperum. *Stulte hac nocte repetent a te animā tuam, & cuius erunt hæc quę paraſti?* Ergo non ſua erant, merito ergo appellatur ſtultus, quia ſuum iudicauit

Luc. 16.

Luc. 12

cauit ꝙ alienũ erat. & addit Chriſtus *Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deũ diues.* Quia bona ſua non congregat, ſed aliena, quæ euomere quam cito compelletur. Oculos ergo in cæleſtia quæ noſtra ſunt, dirigamus. Et illos ab his inferioribus, quę noſtra nõ ſunt, ſeparemus. Quod ſuũ eſt libenter quiſq. diligit, & oculos ab eo quod diligit, diuertere non valet. Hinc plus diligo me, & omnia bona mea, & cõſanguineos meos, hæreditates, & palatia mea, &c. De alienis tamen aut parum aut nihil curo. Hieronimus. Mos eſt amantium non poſſe non videre quod diligunt, ideſt oculos ab eo diuertere nõ poſſe. Et ſanctiſsimus pater Aug. qui in rebus amoris primus eſt, dixit. Vbi amor, ibi oculus verſatur nec oculũ materialem intelligas, ſed tota anima, totum cor, & tota viſcera hominis ꝙ dixit Chriſtus Mat. 6. *Vbi eſt theſaurus, ibi eſt cor tuum.* Ibi mens, ibi oculi, ibi cor, ibi anima tota, nec ad aliud diuerti valet. Sed theſaurus tuus cælum eſt, & quæ intra cælum latent, quia temporalia nec noſtra ſunt, nec nomine theſauri digna. Ibi ergo ſit cor noſtrum, ibi anima noſtra, ibi q. defixus permaneat oculus noſter. *Non enim habemus hic ciuitatẽ permanentẽ.* (Ideſt noſtram. ſed quam vt alienam cito deſerere cõpellemur.) *Sed futuram inquirimus.* Quæ noſtra in ęternum permanebit nobis. Ideo illam inquiramus & auido animo appetamus & ad eam ſolummodo acquirendam totas mẽtis, & corporis vires immitamus ſicut Stephanus, qui intendens in cælum vidit filium hominis in tota gloria ſua, ad quam. &c.

Hiero.

Aug.

Mat. 6.

Heb 6.

# DE SANCTO STEPHANO.

## SERMO SECVNDVS.

*Ecce video cælos apertos, & Jeſum ſtantem, &c. Act. 7.*

OMNES naturales fatentur, ꝙ luna exiſtente plena, oſſa leonum, immo & aliorum etiam animalium implentur medula. Vnde & maiorem fortitudinem habent ad prædam inuadendam, & capiendam. Virgo ſanctiſsima luna vocatur in ſcriptura. Ecce iam luna hæc plena inuenitur. Quia inuenta eſt in vtero habens. Quim potius iam peperit, quo plena erat, leonem de tribu Iuda. Vnde oſſa eius pleniora ſunt medula, robore, & fortitudine ad prædam capiendam. Primam ergo hodie aggreſſus eſt leunculus noſter. Iam diſcit capere prędam. Iam incipit martyres facere. Hodie incipit per Stephanum primitias prædarum ſuarum. Cras alteram inuadet, ſanctum Ioannem euangeliſtam, ſed poſt cras, vt leo fortis, & medula plenior, copioſam infantium turbam aggredietur, & capiet eam. Hodie de beato Stephano agendum erit, & petamus gratiam. Aue Maria.

E*cce video cælos apertos*. In rebus arduis primum eſſe aliquem valde magnificat homines. Nomen Salomonis ad huc per-

perdurat ; quia templum erexit primus, vbi oratio-ni, & cultui diuino vaca-
Exod. 4. remus, & merito tribus iuda ſceptrum regni ob-tinuit, qui prima irruit ad vndas maris rubri in exitu Iſrael de ægypto. Vt dicunt Lyra & Abule-
Gen. 49 ſis, ſuper illud Geneſ. 49. *Non auferetur ſceptrum de iuda, &c.* Ami-nadab enim dux eius ad-uertens populum pauidũ eſſe, irruit primus influc-tus maris cum curribus ſuis. Ad quod alludit illud.
Cant. 6. Cant. 6. *Neſciui, anima mea conturbata eſt propter quadrigas Aminadab.* Viendo ſu determi-nacion y oſadia en arro-jarſe, quedè fuera de mi, de puro aſombro. Sola fide duce nec vndas timuit, nec profunditatem maris expauit. Hinc etiam ſena
Diſto. tus Romanus tres coro-nas murales conceſsit Li-uio Dentato, quia ter pri-mus fuit, qui trium obſeſſarum ciuitatum muros aſcendit. Corona enim mu-ralis appellabatur a muro. Et hinc etiam eſt ꝙ cum voluiſſet Dauid expugna-re ciuitatem Hieruſalem præcepit edicto, *Omnis qui eam aſcenderit primus erit princeps, & dux* 1. Pa- 1. Par. 11
rali. 11 Sera capitam gene-ral de mis exercitos. *Aſcendit igitur primus Ioab, & factus eſt princeps.* Ob-tinuit certe palmam & co-ronam. Stephanus ergo noſter primus martyrum fuit. Non quia alius non præceſſerit, preceſsit enim Abel in lege naturæ. Gen. 4. Et in lege ſcripta præceſ-ſerunt Iſaias, Hieremias, & multi prophætæ. Et in le-ge etiam gratiæ præceſſe-runt innocentes, & Ioan-nes baptiſta. Sed primus dicitur Stephanus quia poſt teſtamẽtũ nouũ mor-te iá & reſurrectione Chri-ſti cõfirmatũ, poſt glorio-ſam Chriſti, aſcenſionem, in cælum, poſt miſsionem ſpiritus ſancti vitá pro fi-de Chriſti predicádá dedit

primus. Sic Auguſtinus, in principio naſcentis Eccleſiæ, eam ſuo ſanguine irriga uit. Si ergo primus martyrum fuit Stephanus, corona, ac palma martyrum libenter ei concedatur. Ideo vocatur Stephanus, ideſt Laureatus. Laureolam enim ipſe meruit, quia primus martyrum fuit. Ideoq. nomen prothomartyris merito vſurpet. Ac ideo fæſtum eius primum ſit in hac cælebritate paſchali poſt feſtum ipſius regis martyrum. Ideo de eo agit hodie mater eccleſia. & dicit. *Ecce video cælos apertos.*

*Ecce video cęlos apertos.* Cum lapidaretur vidit cælos apertos, quando aperiendi erant ei cæli, niſi
Gen. 28. quãdo lapidibus obrruebatur. Iacob vidit cęlos apertos dum capite ſupra Petram inclinato dormiret,
Aug. vt dicitur Geneſ. 28. Sed Stephanus cælos conſpicit apertos dum mille lapides deſcendunt ſuper caput eius. Hinc Auguſ. in ſer. de S. Stephano. Quomodo non aperient cælũ orationes, ſi lapides aperiunt martyris carnes; hi lapides proculdubio cælũ aperiẽt. Gen. 28.
Iacob dormiens in terra capite ſuper lapidẽ reclinato vidit cęlos apertos, & ſcalam attingentem ipſum cęlum, & dominum innixũ ſcalę, vt ſecurius aſcenderet per illam. Quid ſi lapidem haberet ſuper caput eius. Sine dubio ianuas cæli vndiq. reſeratas, & patentes vidiſſet, ac totam cęli gloriam meruiſſet conſpicere. Hoc contigit Beato Stephano. De quo illud dici poteſt. *Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide prætioſo.* Ps. 20.
Quia certe omnes lapides iſti immiſsi ſuper caput eius ad illud conterendum, in gemmas prætioſiſsimas conuerſi ſunt, quibus corona glorioſiſsima ei texebatur. Aſsimilemus ergo Stephanũ viro Mat. 1
ſapien-

ſapienti. *Qui ędificauit domum ſuam ſupra Petram.*
Mat.7. Mat.7. Ad hanc ædificandam lapides ipſe colligebat, quos ſuper caput eius impii iudęi diſpergebant.
Ecclеſ.3 *Quia tempus ſpargendi lapides, & tempus colligēdi.* Dicitur Eccleſ.3. Illi ſpargebant, quia inhieme erāt & in tempore ſpargendi. Iſte colligebat igne dilectionis plenus. Sed illi ſpargebant lapides ad dextruēdū. Iſte colligebat ad ædificandum. Quia ipſis met ſparſsis lapidibus palatium conſtruxit in gloria. Tria, aut quattuor genera delictoru hac pæna puniebantur. Sacrilegium, & ſacrilegus.
Ioſue.7 Vt patet de Achor Ioſue.7. Secūdo tranſgreſſores ſabbati. Vt patet. Num
Num.15 15. Tertio blaſphemus, &
Leui.24 Quarto adulterus, vt dicitur Leuit.24. Sed beatus Stephanus nullm ſimile admiſerat crimen. Quare ergo illum lapidatis O impiiſsimi iudei? ſed Deus id permiſsit, vt lapides non deficerent Stephano, quibus ſumptuoſum palatium perficeret in cælis, quos iā apertos conſpiciebat. *Ecce video cęlos apertos.*

S*Tridebant dentibus in eum.* Quare? *Quia videbant vultum eius, tanquam vultum angeli ſtantis inter illos.* Et propter hoc ſolū ſtridebant in eū? vtiq. ſi enim ſimilem vultum haberet cu illis. Nullatenus ſtriderent dētibus in eum. Quando Caim occidit fratrem ſuum Abel, non gladio percuſsit eum; nondum enim Tubalnatus erat, qui primus artis ferrariæ inuentor fuit, ſed ad inſtar ſæuiſsimę ferę vnguibus manibus, ac dētibus dilaceraauit eum. Quid amplius feciſſet vrſus beſtiarum crudeliſsimus? ſed propter quid tanto furore incenſſus fuit in fratrem? dicat ipſa met ſacra ſcrip. *Caim occidit fratrem ſuū, quoniam opera eius maligna erant, fratis autē eius*
1.Ioa.3

*iuſta*.1.Ioa,3. & Chriſtus
dominus dixit diſcipulis
ſuis. *Propterea odit vos*
Ioan.15 *mundus quia de mundo nō*
*eſtis, ſi de mundo fuiſſetis,*
*mundus quod ſuum erat di*
*ligeret*. Ioa.15. Non ob aliā
cauſam odit vos mundus,
niſi quia de domo, & fami
liaritate eius nō eſtis, & Da
uid. *Qui laudabant me ad*
Pſ 101. *uerſum me iurabant*. Ex-
Titelm. plicat Titelmanus. *Qui*
*laudabant me*. Quondam,
dū eſſem eis ſotius in pec-
catis. *Aduerſum me iura*
*bant*. Ideſt coniurabāt. Se
coniurauan ya çontra mi.
*Quia cinerē tanquam pa-*
*nem manducabam*. Ideſt
quia opera iam eorum e-
xecrabar, & pænitentiam,
ac virtutem amabam. *Gra*
*uis eſt nobis etiam ad uidē*
*dum*. Quare? *Quia diſsi-*
*mulis eſt aliis vita illius*.
2.Cor.6. Sap.2. Sic Pau.2. Cor,6.
*Quę conuentio iuſtitię ad*
*Belial?* Si de Beliat eſſe
tis ipſe vos diligeret. Sed
odit vos, qaia familiares
eius non eſtis. Aues quæ
luce merediana delectan-
tur, ſolent cæteras durius
perſequi, quę nocturnæ
appellantur, eo ꝙ lucem
odientes nocturnas tene-
bras amant. Sed inter nos
e contra contingit, quia
nocturnæ aues, quæ in vi-
tiorum tenebris delectan-
tur, eas pro viribus perſe-
quntur'quę lucæ meridia-
na caſtitatis & virtutis
gaudent. Tantam enim
lucem virtutis ferre non
valentes eas deteſtantur,
& perſequuntur. Et hoc
ex eo forte ꝙ mundus iſ-
te locus tenebrarum eſt.
ad Ephes.6. *Non eſt vo-* Ephes 6
*bis colluctatio aduerſus*
*carnem & ſanguinem, ſed*
*aduerſus principes tene-*
*brarum harum*. Ideſt mun
di huius, cum ergo aues no
cturnæ in hoc mundo te-
nebroſo tanquam in pro
pria patria ſint, præualent
quidem, & aues cæle-
ſtes nullo in loco conſi-
ſtere patiuntur Ideo con-
tra auem cæleſtem Ste-
phanum, cuius vultum in-

tuebantur. *Tanquam vultum angeli*. Stridebant dentibus in eum.

*Ecce video cælos apertos*. Videns cælos apertos, & omnes diuitias, & gloriam eorum debuit etiam videre. Et quando? dum lapidibus quatiebatur? In diebus feſtiuis tentoria negotiatorum ſolent claudi, & diuitiæ eorum intus occultæ latent. Sed in diebus ferialibus ad laborem dedicatis aperiuntur, & omnes diuitiæ publice manifeſtantur. Sic cælum his qui diem fæſtum agunt in hoc mundo, clauditur, & omnes diuitiæ eius retinentur occultæ. His autem qui in diebus ferialibus ſunt, & in omni tribulatione, & afflictione verſantur, cælum aperitur ianuæ eius reſerantur, & omnis gloria & diuitiæ illius oſtendũtur. Philoſophi teſtantur ꝙ viſsio fit me diante cruce quadam. Quia duo nerui ex interiori ſenſu communi deſcendunt ad pupillas oculorum eo ordine, ꝙ qui procedit a latere dextro tendit ad pupilam ſiniſtram, & ad dexteram qui procedit a ſiniſtro latere, vnde neceſſario formatur crux quædam in medio, qua mediante viſſio exercetur. Sic etiam viſsio beatifica non fit niſi per crucem, & labores, & afflictiones. Cum ergo Stephanus in medio huius crucis poſitus eſſet, & crudeliſsima afflictione lapidum cruciatus, quid mirum ꝙ iam cęlos videat apertos, & totam etiam gloriam eorum conſpiciat.

Simile

*Et filium hominis ſtantem*. A dextris illum vidit, quaſi dicat. Hanc dexteram mediis duriſsimis afflictionibus ego obtiui, ſi tu eã cupis obtinere, cõſtãti animo eas perferas, & obtinebis. Dauid. Pſal 101. dicit. *Tu exurgens domine miſereberis Sion*. Super ꝙ dixit in cognitus, ꝙ ante ia- Pſ. 101.

te incarnationem ſedebat Deus, vel dormiebat, quod tiam dixit Bernar. in ſermone de Ehiphania. Vbi aperte dicit ꝙ angelis ſedebat Deus, hominibus autem dormiebat. Vnde Dauid clamabat. *Aprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutoriũ mihi.* Et reſpondet Deus. *Propter miſeriam inopum, & gemitũ pauperum, nunc exurgam dicit dominus.* Exurgam nunc, dicit, ergo Sederas hucuſque, ideoq. iam nũc. *Stantem*. Vidit eum Stephanus. ideſt præparatum ad auxilium. Vnde ſibi imputet, qui in tribulationibus defecerit, quia per valido adiutore vti noluerit. *Vocaui & renuiſtis, extẽdi manus meas, & nõ fuit qui aſpiceret.* Ideſt adiutricem manum meam extendi ad vos, vt ſubleuarem, noluiſtis apprehendere eã vobis ergo imputate, ſi ſubmerſi permanſeritis in limo, Et Iſa. 65. *Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non*

Bernar

Pſ. 34.

Prouer. 1

Iſa. 65.

*inuocabat nomen meum, expandi manus meas tota die ad populum non credẽtem, ſed dicunt recede a me non appropinques mihi.* Sibi ergo imputet, ſi male ei fuerit, & Dauid. *A dextris eſt mihi ne commouear.* Ideſt, ne in tantis perſequtionibus deficiam. Ideo. *Lætatum eſt cor meum.* Quaſi dicat, ideo non tantum non ſubmiſſus ſum in afflictionibus, ſed maxima lætitia perfuſſus ſum in eis. Hinc Achior dicebat ad Holophernem. Si populus iſte non peccauit domino Deo ſuo, a tota potentia mundi non ſuperabitur quia Deus ſuus pugnat pro eo. Ideo populo timore diſſoluto dicebat Moiſes. *Nolite timere, quia dominus pugnabit pro vobis ſtate, & videte magnalia quę facturus eſt hodie.* Et hoc erat quando dicebat perſequtor. *Perſequar, & comprehendam illos, interficiet eos manus mea*, Sed protector populi ſui Deus flatu

Pſ. 15.

Iudit. 5.

Exo. 14.

ſtatu vno ſolo perdidit illos: *Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbū in aquis vehementibus.* Hinc eſt q totam fortitudinem Samſonis poſuerat Deus in quibuſdam
Iudi. 26. capilis capitis ſui. Quia certe. Tanta gracia y fauor ſuyo como vn cabello Vnus ſolus Dei flatus ſufficiens eſt ad fortiſsimos quoſq. deiiciendos. Ideo
Iſa. 26. dicebat Iſaias. *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion ſaluator ponetur in ea, murus, & ante murale.* Iſaias. 26. Quæ ergo bella, quæ muni tiones, qui exercitus hos muros, & hæc ante muralia diripere potuerunt? nec tu ergo eos timeas, qui tantum protectorem habes. *Vidit Ieſum ſtantem.*

STantem. Non ſolum aperti ſunt cæli, vt Stephanus videret Ieſum ſtātem, ſed vt Ieſus ſtans videret Stephanum certamē pro illo. Es negocio deque guſta Dios muy mucho. *Dominus de cælo in terrā aſpexit, vt ſolueret filios compeditorum.* Iſa. 101 Incognitus intelligit hoc de peccatoribus, quorum peccata compedes animæ ſunt, ne currat ad Deum: *Funibus peccatorum ſuorum conſtringitur impius.* Pro. 5. Sed Gregorius hoc intelligit de iuſ Gregor. tis, qui legē ipſa diuina ligati ſunt, ne licita transgrediantur, & ad illicita currant, ideoq. multa ſuſtinēt aduerſa, ne virtutem deſerant. *Dominus ergo perſpexit de cælo ſanto ſuo.* Aperuit inquam cælos. *Vt audiret gemitus compeditorum.* Ideſt vt audiret lamenta ſua, & videret quāto robore dimicarent gementes præ afflictione, ne virtutem deſererent. Dixit Seneca, nullum eſt ex- Seneca. pectaculum Ioue dignius, quam virum fortem inter ri cum aduerſa fortuna luctantem. Ninguno mas agradable a los ojos de Dios. Guſta mucho de mi-

rar al que a braço partido lucha con las aduerſidades por Dios, por no dexarſe rendir. Miles quidam ad ductus eſt ante Catonem ſeniorem, qui incredibili audatia primus ſemper gladiis inimicorum ſe ſe offerebat in bello. Et cū cæteri milites expectarent, quibus laudibus eum efferret Cato, id ſolum dixit. Plurimum refert, vtrum quis virtutem magni æſtimet, an vitam nō magni faciat. Mucha diferentia ay, de eſtimar en mucho la virtud, o tener en poco la vida, quaſi dicat, ſi iſte miles in media caſtra irruere non timet, ne virtutem deſerat laudabile quidem eſt. Sed ſi hoc ſolum faciat, quia vitam parui facit, hoc amentia potius, atq; inſania iudicatur. Hinc Chriſtus. *Beati qui patiuntur propter iuſtitiā*. Ideſt ob virtutem conſeruandam. Iſti enim laude digni ſunt, & expectaculum Ioue dignum. Plutarchus tom. Primo vi

Hiſto.

Plato.

Mat. 5.

ror. illuſt. Tradit de Marco Coriorano, in vita ipſius Cæteris quidem finis virtutis erat gloria, huic vero glorię finis materna exiſtebat lætitia, quaſi dicat, omnes ob gloriam & honorem certebant. Iſte vero pro ſola lætitia, quam parentes eius concipiebāt, videntes eum tryumphare. Por ſolo dar eſſe guſto y contento a ſus padres peleaua varonilmente. Quid nos vt paternum pectus tā ta lætitia impleamus, dum videt nos ex inimicis proſtratis tryumphare? vt ergo videret Stephanum ſic certantē aperti ſunt cæli. &c.

Hiſto.

STantem. Hoc verbū ſtabilitatē loci illius pōderat *Similabo eū viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram*. Et hoc quidē maxima ſapiētia eſt quare? *Quia deſcendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerūt in domum illam, & non cecidit*. Vnde tanta firmitas,

Mat. 7.

æc ſtabilitas domicilii. *Fundata enim erat ſupra Petram.* Stultus ædificat domum ſuam ſuper arenam, vnde flante vento quolibet, ruit domus. Sed domus ſapientis a nulla tempeſtate læditur, quia ædificata eſt ſupra Petram. *Petra autem erat Chriſtus.* Vt dicit Paulus. 1. Corin. 10. ædificat ſapiens in cælis apud Deum, vbi nec ærugo, nec fur, nec tinea perueniunt, ideo firmum immobile, & æternum eſt habitaculum eius. Sic gloriabatur Paulus. 1. Cor. 13. *Vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Scilicet ſolidum ac firmũ. Quod? *Quod eſt Chriſtus.* Super hanc petram ſtabile fit ędificium, & quod non deficiet in æternũ. Quid ergo pro domo iſta ſtabili in ęternum acquirenda facere deberemus? quam commutationem nõ dabimus? quæ aduerſa non ſuſtinebimus? Paulus ſic argumentatur. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Quaſi dicat. Si illi pro corruptibili præmio, & temporali & quod nondũ accipitur quando iã amittitur, & vix traditur quando aufertur ab omnibus ſe abſtinent, quid nos facere debemus pro præmio in corruptibili, & æterno? *Hodie eſt rex & cras morietur.* Eccleſ. 10. Nihilominus ſi hec corona ſic cito fluxura tibi proponeretur in præmium, nulli labori peperciſſes ob eam obtinendam. Quid facere debes pro incorruptibili, & æterna? dicat Paulus. *Non contemplãtibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia ſunt;* (Ideſt tempore conſuptibilia). *Quæ autem non videntur, æterna. Propter quod (inquit) nõ deficimus* In durioribꝰ afflictionibus

1, Cor. 10

Mat. 6.

1. Cor. 13

1. Cor. 9.

Eccle. 10

2. Cor. 4.

Licet

*Licet is qui foris eſt homo corrumpatur.* Præ multitudine, ac magnitudine earum. *Quia momētaneum hoc, ac leue tribulationis noſtræ.* (Quantumcunq. enim magnæ ſint ac multæ tribulationes, & diuturniores, faciles ac momentaneæ reputantur pro tanto premio) quia. *Eternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Hinc Apoc. 2. Dicebat angelus ad quoſdam.

Apo. 2. *Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem, eſto fidelis vſq. ad mortem, & habebis coronam vitæ.* Quaſi dicat, ſiquidem in morte finientur omnes tribulationes vitæ. Et mors erit in decimo die. *Eſto fidelis.* Ne deficias in illis. Vel ſecundo, & ſi tribulationes non ſolum duraturæ fuiſſent vſq. ad decimum diem, ſed vſq. ad mortem, pro tanta tamen corona libenter perferas, vel. *Eſto fidelis vſq. ad mortem.* Scilicet ſub eundem, Quaſi dicat, licet in tribulationibus animam emittere cogaris præ magnitudine afflictionum. *Eſto fidelis,* firmiter perferas pro tanto premio, &c.

DE

# DE SANCTO STEPHANO.
## SERMO TERTIVS.

*Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat, &c. Act. 6.*

CHriſtus dominus noſter fons gratiæ dicitur, a quo omnis gra-
Ioa. 1 tia deriuatur. Sic. Ioa. 1 de *Plenitudine eius omnes accepimus.* Sed aquæ ductus per quem aqua hæc ex illo fonte deſcendit ad nos virgo ſanctiſsima eſt. De ipſa
Eccli. 24 enim dicitur Eccli. 24. *Ego quaſi aquę ductus exiui de*
Bernar. *paradiſo.* Et Bernar. nihil voluit Deus nos habere, quod per manus Mariæ nõ tranſiret. Hinc eſt ꝙ Chriſtus dominus caput noſtrum dicitur, a quo omne bonum mittitur ad nos. Et virgo collum huius corporis eſt. Quia ſicut caput per collum, quaſi per aquæ ductum, omnia influit in cæteræ membra. Sic Chriſtus omnia bona ad nos tranſmittit per virginem ſacratiſsimam. Ad ipſam ergo nunc recurramus, vt gratiam impetremus.

S*Tephanus plenus gratia.* Sponſa & mater noſtra duo vbera habet, quibus potare ſolet filios ſuos. Nõ vtiq. omnes, ſed quoſdã altero, altero q. cæteros quos tamẽ tenerrime diligit, vtroq. ſimul largiter potat, altera mamma lactis eſt altera vini, Illa dicitur fons dulcedinis, iſta fortitudinis. Per illam replet filium amore tenerrimo, per iſtã amore fortiſsimo. A unos Da leche como a niños q̃ es amor tierno, a otros

vino

vino como a varones, q̃ es
amor fuerte para padecer.
Primo fōte lactabatur Ioã
nes Euangeliſta, ideo dile-
ctus præcęteris vocabatur
Eodemq. vtebatur, quę di
cebat. *Anima mea liquefa*
Cant.5 *cta eſt, dum dilectus meus*
*locutus eſt* Et qui dicebat
*Quã dulcia faucibus meis*
*eloquia tua ſuper mel ori*
Pſ.118. *meo* Pſ.118. Secundũ fontē
ſuggebat qui lactabatur.
*Quis poterit nos ſeparare*
Rom.5 *a charitate Chriſti an tri-*
*bulatio, an anguſtia? &c.*
*certus ſum quod nec tribu*
*latio, nec anguſtia &c.* Vn
de tãta certido tibi? *Quia*
Philip.4 *omnia poſſum in eo qui me*
*confortat.* Philip.4. Ideſt
in eo, qui hoc fonte vini, &
fortitudinis potat me. Eo-
dem etiam potabatur Igna
tius, qui dicebat, tota tor-
menta diaboli ſuper me ve
S.Ignat niant, tãtum Chriſto fruar.
Tu ne tota diaboli tormē
ta ſuſtinere valebis? vale-
bo quidem. *In eo qui me*
*confortat.* Et hoc fonte for
titudinis potat. Sed vtroq.
ſimul fonte, vtraq. q. mam
ma (ſcilicet lactis & vini,
dulcedinis & fortitudinis)
paſcuntur pręelecti, qui
plus diliguntur. Ideo iam
igne dilectionis æſtuant, iã
igneo patiendi deſiderio
flagrant. His duobus vbe-
ribus filios ſuos lactari exo
rabat Paulus cum petebat.
*Dominus autem dirigat* 2.Thę.3
*corda, & corpora veſtra in*
*charitate Dei, & patien-*
*tia Chriſti.* Ideſt in igne di
lectionis Chriſti, & in deſi
derio patiendi pro illo. Et
vtroq. potabatur Aug qui Aug.
dicebat. Hinc paſcor a late
re, hinc lactor ab vbere.
Vnde modo dicebat, ſa-
gittaueras tu domine cor
meũ ſagitta charitatis tuæ.
Modo vero in illa verba
prorumpebat domine hic
vre, hic ſeca, hic non par-
cas, vt in æternum parcas
de numero ergo illorum
qui plus diliguntur, quiq.
vtroq. fonte lactantur Ste
phanus eſt. Ideo dicitur
*Plenus gratia & fortitu-*
*dine.* Gratia ad tenerrime
dili-

diligendum Chriſtum. *Et fortitudine ad lapides pro eo fortiter ſuſtinendo. Plenus ergo gratia, &c.*

P*Lenus gratia.* Hinc colligamus quantum placuerit Deo, Beatus Stephanus, quantumq. anima eius grata extiterit illi. Gratia enim ſecundum theologos, donum eſt a ſolo Deo collatum, quo anima pulchritudine mira condecoratur, vt oculis ipſius Dei grata & amabilis appareat. Hęc fuit nimia pulchritudo illa, quę reginam Eſther omnium oculis gratioſam, & amabilem reddebat, ſed oculis Regis Aſſueri gratioſsiſimam ſuper omnes. Ideoq. ad cubiculum regis introducta eſt, vt delitiis, & amplexibus eius perfrueretur. Hic eſt ſplendor ille, quo facies Iudit enitebat, vt amore eius exardeſceret princeps Holophernes. Hocq. miro ſplendore, & hac nimia pulchritudine gratiæ illuſtratur anima, vt Deo amabilis, & grata appareat. Sine ea enim nec grata, nec amabilis erit ei, ſed contemptibilis valde. Hoc autem maximum donum nec in indiuiſibili cōſiſtit, nec omnibus æqualiter conceditur, ſed ad libitum diſtribuentis, & ſecundum maiorem vel minorem diſpoſitionem recipientium. Hinc eſt ꝙ nec omnes æqualiter grati Deo exiſtant, ſed alii plus, alii minus, ſecundum ꝙ ampliori pulchritudine gratiæ ditantur. Et hinc etiam tanta dignitatum varietas reſultat in animabus quæ nec mente quidem concipi poteſt. Qui ergo hoc maximo dono, hac ꝙ pulchritudine maxima, & gratia gratum facienti plenus inuenitur, quanta Dei dilectione, quo amore, quibus delitiis, quibusq. gaudiis, ac gloria ple-

Eſter. 2.

Iudit. 10

plenus eris in cælo? detribus dicitur in nouo teſtamento, quod ſic iſta gratia impleti fuerint. Primus eſt Chriſtus dominus de quo Ioa.1. Ioannes *Vidimus eum quaſi vnigenitum a patre, plenum gratiæ & veritatis.* Secunda fuit beatiſsima virgo mater eius. De qua Luc.1. dicitur. Luc. 1. *Aue gratia plena.* Et tertius hoc meruit Stephanus noſter, qui hodie dicitur. *Plenus gratia & fortitudine.* Nec ex hoc coniicias Stephanum æqualem plenitudinem gratię accepiſſe cũ Chriſto & matre eius, ſicut nec ipſa virgo æqualiter accepit cum filio. Ex S.Tho. diuo enim Tho. 3 par. q 7. 7. ar. 10. Conſtat duplicem eſſe plenitudinem gratiæ, alteram ex parte gratiæ, alterã ex parte ſubiecti. Chriſtus videtur plenus gratia ex parte gratiæ, quia Chriſti tanta fuit, quanta maxima eſſe poteſt, ratione vnionis hipoſtaticæ, ideo vo D. Tho. catur infinita a diuo Tho. 3. p. q 7. art. 11. Sed beatã virgo, & beatus Stephanus plenitudinem habuerunt ex parte ſubiecti. Licet enim gratia ex parte ſui maior potuit eſſe, ſubiectum tamen plenum erat. Et exẽplo lagenę plenę aqua id patebit. Plena enim apparet, nõ ex parte aquæ, quia maior copia aquæ reſtat, ſed ex parte lagenæ, quæ amplius recipere non valet. nec hinc inferre liceat, gratiam virginis maiorẽ lõge nõ fuiſſe gratia Stephani, quia ſubiectum amplioris longe gratiæ capax erat. Sed quantum inter cæteros abundet hac gratia, perpendas qui cum filio Dei, & matre eius ponitur in numero, & gratia plenus predicatur. *Stephanus autem plenus gratia. &c.*

*ET fortitudine.* Maxima enim fortitudo eſt in medio lapidum non animo moueri, nec iraſci in lapidantes, ſed potius prçces fundere ad Deum pro illis.

Nec

Nec tantam animi puſilitatem oſtendit Saul, quando ab inimicis ſuperatus eſt, quantam irruens ſuper gladium ſuum, & ſe
*1. Re. 31* ipſum occidens, opprobrium mortis ferre non valens. Sicut nec tantam
*1. Re. 14* animi ſui, ac fortitudinis oſtenſionem fecit Dauid aggrediens fortiſsimum gigantem, & lapide vno occidens eum tanquam canem, quantam fecit in antro, cum valens occidere inimicum Saul, noluit, ſed pepercit ei Hinc dicere ſolebat Zenon, il-
*Zenon.* lum vere fortem eſſe, qui potius comminutus quam cõmutatus inueniatur. Antes deſpedazado que alterado. Et licet corpore conculcatus ſit ab inimicis, animo tamen integer ſemper, & inuictus oſtendi-
*Amb.* tur. Et Ambroſius epiſto. Ad ſimplicianum. Vbi ſapientia, ibi conſtantia inuenitur, & fortitudo. Sapiens idem eſt animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus, nõ atollitur proſperis; non *Hiero.* triſtibus mergitur. Et Hieronimus ſuper Ioelem. iuſti, & fortis viri eſt, nec aduerſis frangi, nec proſperis ſubleuari, ſed in vtroq. eſſe moderatus. Et Se- *Sene.* neca epiſt. 37. fortis, & compoſsitus animus eſt, qui nec ablatum quicquam ſibi ſentit, nec abiectum, ſed in eodem habitu ſtat, quocunq. res cedunt, ſiue geruntur, hodie Stephanus noſter inter ipſos lapideus orat pro lapidantibus, merito ergo prædicatur. *Plenus gratia, & fortitudine.*

P*Lenus gratia.* Ex duobus maxime conſtat, ꝙ vas aliquod plenum ſit aliquo liquore. Primum, quãdo nil amplius recipere, vel continere valet. Nec maius inditium ſuæ plenitudinis quæras In quo ergo cognoſcemus animam

aliquam diuina gratia, & conſolatione plenam eſſe? quia conſolationes mundi nullatenus iam admittere valet, ſed eas oblatas repellit, & contemnit. Talis inueniebatur qui dicebat. *Memor fui dei, & delectatus ſum.* Pſ. 76. *Renuit conſolari anima mea.* Quaſi dicat, in ſolo Deo patiebatur conſolari anima mea, ideo humanas quaſq. cõſolationes renuebat accipere. Iſtæ admittuntur in abſentia illarum. Nam vt dixit Gregor. eſſe ſine delectatione animus non poteſt, aut enim infimis, aut ſummis delectatur. Quando iſtæ deficiunt illæ optimæ iudicantur. Sed quando iſtę adſunt, vileſcunt illæ & contemnuntur. Sic ſponſa Cant. 2. In abſentia conſolationis ſpõſi clamauit, *Fulcite me floribus, quia amore langueo.* Dadme vn ramillete de flores con que me conſuele. Quia præ amor e deficio Exteriores conſolationes quærebat, quia interioribus carebat. Sed dum flores illæ parabantur acceſsit ſponſus, & præſentia ſua interiora ſponſæ tanta dulcedine repleuit, vt florum prorſus obliuiſceretur nec eis amplius fulciri petiit. Optimi iudicabãtur illi, ſed in abſentia horum florum. His tamen pręſentibus illi contemnuntur. Sic Auguſtinus, & mater eius Monica ſoli colloquentes inhiabant ore cordis pariter in ſuperna fluenta fontis vitę, vileſcebat quod mundus iſte inter uerba cum delectationibus ſuis. Vileſcebat inquit. cum delectationibus ſuis. Quia vt dixit Gregor. aff.ctanti cæleſtia terreſtria non ſapiunt idest nullius ſaporis aut dulcedinis ſunt. Et alibi dixit ipſe Gregorius. In mente quam ſpiritus ſanctus repleuerit, amaritudinem terrenorum, indulcedinem æternorum commutat

Pſ 76. Gregor. Cant. 2. Aug. Gregor.

tat, quaſi dicat, talis mens omnes terrenas conſolationes amaritudines potius iudicat reſpectu cæleſtium, quas iam cæpit degustare. Et Bernardus, delectationes non amittimus ſed tranſmittimus a corpore in animam, quaſi dicat, nos monachi qui conſolationes mundi reliquimus non amiſsimus, ſed commutauimus in ſpirituales longe dulciores. Quod ſi quis monachus humanas adhuc appetit, diuinas certe nondum degustat. Quia vt dicit ipſe Bernardus, delicata eſt diuina conſolatio, nec datur admittentibus alienam. Hanc enim reſpuit, qui illa plenus eſt, & eam repulerat Stephanus, quia plenus erat gratia.

*Bernar.*

*Bernar.*

SEcundo cognoſcitur, aliquod vas plenum eſſe, ſi manu percuſſas non ſonat, & ſi reſonet, vacuum certe eſt. Homo ergo qui gratis afflictus, iniuriis affectus, & opprobriis leſſus, & tanquam purgamenta huius mundi factus nec ſonat, nec verbum vnum contra perſequtores loquitur, maxima certe gratia repletus eſt. Inde enim laudatur Iob, quia in tot aduerſis. *Non peccauit Iob labiis ſuis, nec stultum aliquid contra Deum loqutus eſt* Iob. 1. Forti etiam manu Dei tactus non reſonas, multa certe gratia plenum eſt vas iſtud. Et has maxime laudes prædicat de martyribus eccleſia. Non murmur reſonat, non querimonia, ſed corde tacito, mens bene conſcia conſeruat patientiam. Et Paulus dicebat. *Signa apoſtolatus mei in omni patientia.* Quaſi dicat, nullum maius ſignum quam gratia apoſtolatus plenus ſim quam hæc mea patientia in ſuſtinendis iniuriis, & perſequtionibus ſine murmure. Sic Iob dixit. *Nunquid mugiet vos, cum ante præſepium plenum ſteterit*

*Iob. 1.*

*2. Cor. 12.*

*Iob. 6*

 *rit*

*rit*. Quaſi dicat, minime. Quando præſepium vacuum eſt, tunc mugire ſolet, quando plenum nunquam. Sic quoties cella cordis plena eſt conſolatione diuina, nulla impatiens querula reſonabit. Quæ quidem altius reſonat, ſi hæc conſolatio deficiat. Quis enim eum gratia plenũ eſſe negabit, qui in altera maxilla percuſſus ſine aſperitate aliqua verborum alteram offert percutiendam: hoc enim illorum ſolummodo eſſe ſolet qui ſpiritu illius pleni ſunt. qui. *Tanquam agnus corã tondente ſe obmutuit*. Iſa.53. *In* iniuriis. Ecce Stephanus vt agnus patientiſſimus rabiem lapidantiũ ſine murmure ſuſtinet. Signum certe ꝙ plenus ſit gratia, &c.

*ET fortitudine*. Gratia repleri maximum donum eſt. Sed donum fortitudinis ad patiendum pro Deo illi ſuper additum, maioris pretii eſt, quam ego explicare poſſim. Hoc ſolum dicam, ꝙ ſi angeli inuidiam concipere poſſent, inuidioſi valde illis eſſemus, quia pati poſſumus nos pro Christo, quod illis non eſt conceſſum. Sic Pau. ad Philip. 1. *Vobis datum eſt, non ſolum vt credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini.* Philip. 1 Quaſi dicat, poſt fidem cõceſſam, nullum forte maius benefitium poſſet pręſtare vobis Deus, quam ꝙ pro illo pateremini. Et dicit *Vobis datum eſt*. Nõ angelis, quaſi dicat, o fęlices vos in hoc ſuper angelos, quia pro Deo pati poteſtis. *Qui vicerit, faciam eum columnam in templo meo.* Apoc. 3. Ideſt in pręmium Apoc. 3 victoriarum tanto labore acquiſitarum dorſa ænea dabo ei, ad maiora pro me ſuſtinenda. O magna promiſsio. O pręmium vndiq. deſiderabile. Et hoc eſt ꝙ filiis ſuis deſiderabat Pau. *Cuius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini mei Ieſu Chriſti,* Ephes. 3

*vt*

*videt vobis ſecundum diui tias gloriæ ſuæ virtutem corroborrari in interiori homine.* Ipſos enim roboratos videre deſiderabat in fortitudine ad patiendũ pro Deo. Et Iſaias. 40. dicebat. *Qui autem ſperant in Deo mutabũt fortitudinẽ ſuam.* Fortitudo hominis ad vindictam tendit. Fortitudo vero Dei ad iniurias patienter ſuſtitendas, & cito remittẽdas inuitat. Hoc ergo maximo dono ditabit Deus ſperantes in ſe. q̀ mutabit fortitudinem eorum, quia ſi hucuſq. fortes erant ad vindictã, nunc fortes ſint ad iniurias pro Deo ſuſtinendas. Iam dono iſto pręmiatus gloriabatur qui dicebat. *Fortitudinẽ meã ad te cuſtodiam* Ideſt ad patiẽdum pro te. Licet enim

*Iſa* 40

*Pſ.* 58,

fortitudinem habeo ad dilacerandum leones, non tamen dilacerabo homines, immo patienter ſuſtinebo quidquid contra me egerint. Hac maxima fortitudine florebat Stephanus, Ideo lapidibus quaſi murus æreus ſe ſe offerebat pro Chriſto. De quo dicamus illud. Pro 5. *Fortitudo & decor indumentũ eius.* Pro. 5. Ideſt fortitudo & gratia, quæ eſt decor animæ vt diximus, quia. *Plenus gratia & fortitudine.* Vtroq in quam vbere lactatus a Deo vbere lactis, & vbere vini. De amor fuerte y de amor tierno. Ideo multũ diligebat Chriſtum. Multaq. ac duriora patiebatur pro Chriſto vt diuitias gloriæ eius obtineret, ad quas nos penducat.

# DE SANCTO
## STEPHANO.
### SERMO QVARTVS.

*Ecce mitto ad vos Prophetas,*
*Mat. cap. 23.*

NOn paſſus fuit hodie beat⁹ Stephanus. Sed tertia die menſis Auguſti. Sed hodie corpus ſanctiſsimum eius inuentum fuit. In cuius inuentione, ac tranſlatione hodie etiam facta ad eccleſiam Sion intra vrbem, vbi ipſe offitio archi diaconatus fūctus fuerat, multi infirmi variis languoribus curati ſunt. Sed eccleſia inſtituit vt hodie paſsio eius celebraretur, & inuentio illius in die tertia Auguſti, tum propter honorem natiuitatis domini, vt pluribus ſolemnitatibus celebraretur, tum etiam quia vt ait Fulgentius Chriſtus natus eſt in terris, vt homo naſceretur in cælis, & Auguſ. ſer. 1. huius fæſti. heri celebrauimus natalem quo rex martyrum natus eſt in mūdo, hodie celebramus natalem quo primicærius martyrū migrauit ex mūdo. Oportebat enim vt prius immortalis pro mortalibus ſuſciperet carnem, vt mortalis pro immortali contemneret mortem. De hac paſsione Stephani agendum. Aue Maria.

ECce ego mitto. Quanto dilectionis igne paterna illa viſcera æſtuent erga homines id ſatis manifeſtat, q; nec ſceleribus detineri poſſunt, quim ſapien-

pientes, & doctos homines mittant, ad exortandos peccatores, vt retrahantur a vitiis, ne eos ſubuertere compellatur, ad Dauid tanto tempore in crimine detentum, miſit prophetam Natam, qui lepidiſsima ſimilitudine oculos eius aperiret, ac in fontes aquarum conuerteret. Ad impium Regem Achab, qui regia poteſtate vtebatur tyrannice ad ſubditos vexandos, miſit Heliam qui eum ad pænitentiam prouocaret ne pæna mortis puniretur. Et ad obſtinatum Pharaonem miſſus eſt mitiſsimus Moiſes, qui iam blandis, iam duoribus verbis, iam duriſsimis flagellis illum reduceret ad obedientiam, ne ſub vndis pelagi ſubmergeretur. Quod negotium ſatis ponderauit Matheus ſub illa parabola vineæ, vbi ad proteruos agricolas alios atq. alios ſeruos miſsit dominus vineæ, qui ob

2.Re.12

3.Re.21

Exod. 3.

bus interfectis, quando ignem vltorem mittere debuiſſet ignem quidem miſsit, non quo corpora, ſed quo viſcera, & corda vrerentur, filium inquam, qui ſua prædicatione eos reduceret ad patrem. Dicebat enim piiſsimus pater *Forte verebuntur filium meum*. Et ſic ad me redu centur. O incompræhenſibilis bonitas. Sic licet obſtinata ſinagoga omnes ſeruos ad ſe miſſos occiderat, alios, atq. alios mittere non deſiſtebat piiſſimus pater, qui ſalutem filiorum ſitiebat. Ecce ego mitto ad vos prophetas. Mat. 21

Ecce ego mitto. Perpendite verba quæſo. *Ecce ego mitto ad vos.* Ego ad vos. Ego ſceleribus offenſſus, ad vos proteruos offenſſores. Ego Deus omnipotens ad cuius nutum omnia obediunt, & cuius poteſtati non eſt reſiſtere ad vos homines debiles, ſeruos, viles, miſeros, quoſq. ſtatu

flatu vno in cinerem redigere valeo. Ego ergo ad vos mitto. *Rogans ea quæ pacis ſunt.* Et mitto ſcribas & Prophetas, & prędicatores, ideſt alios atq. alios ſeruos, vt iterum atq. iterum rogent. Et ꝙ mirabilius eſt vos contemnitis mihi recõciliari. Hanc attentionem petit verbum illud. *Ecce.* quod ſemper attentos nos reddere curat ad ſequentia O inefabilis clementia Dei O obſtinata & cæca peccatorum duritia. Et quod eorum maiori attentione dignum ſit, vos perpendite ſi valetis. O omnipotens Deus. Qui vno talitro digiti (con vn papirote) vales homunculum comminuere, quoties in oculis tuis nefanda crimina admittere non erubeſcit. Quis tunc te ab vltione retrahit? quis detinet? illud ſolum certe, quod tu ipſe dixiſti per Oſ-
Oſſes. 11 ſeã. 11. *Non faciã furorẽ iræ meæ, vt diſperdã Ephraim, quia Deus ego ſum, & nõ homo.* Quaſi dicat, ſolus Deus id facere poſſet, non homo, licet pater, aut mater eſſet. Quia ad huc homo eſſet, & hæc miſericordia humanas quas q. vires tranſgreditur. Hinc miratus Deus quærebat per
Malach. 1. *Si pater ego ſum* Mala. 1
*vbi honor meus? Et ſi dominus ego ſũ, vbi timor meus* Quaſi dicat, quid eſt quod populus iſte nec me tãquã patrem amat, qui tot bona inceſanter eis tribuo, nec me tanquam dominum timet, qui eos æternis cruciatibus torquere valeo? quare in oculis meis crimina committere nõ erubeſcũt, nec timent? quia calluerũt certe viſcera mea, quæ nõ hominis ſunt, ſed Dei, quia homo tantam patientiam habere nõ poſſet. Quæ mater, aut quis pater dixiſſet
filiis. *Tu fornicata es cum* Ierem. 3
*amatoribus multis, leua oculos tuos in directum, & vide vbi proſtrata non ſis. Tamen reuertere ad me ſaltim a modo voca me pater meus, &c.* Saltim a modo

do,quaſi dicat,ſi quiera cã
ſada ya de offenderme,
bueluete a mi,y te recibire
los braços abiertos. Vnde
hæc tanta patientia tibi?
quia Deus ego ſum,& non
homo. Hinc dicebat *Da-*
Pſ.26. uit Pſ.26. *Pater meus, &*
*mater mea dereliquerunt*
*me,dominus autẽ aſſump-*
*ſit me.* Quia cum Deus ſit,
& non homo;quod pater-
num adhuc,vel maternum
pectus non capit, hoc diui
num valet ob amplitudinẽ
Oſees.1. ſuam. Hinc eſt ꝙ non dum
dixerat ad Oſſeam. *Vade*
*& ſume tibi vxorem forni*
*cationum.* Et fac tibi filios,
& primum vocabis *Nõ po*
*pulus meus, quia vos non*
*populus meus, & ego non*
*ero Deus veſter.* Et id im-
plere poteris,o infinita cle
mẽtia? Quinimo ſtat mad
dit. *Vade, dilige mulierem*
*dilectam ab amico.* Ideſt
iterum fornicariam reda-
ma. O optime Deus, vbi
eſt in dignatio illa Qua
heri dicebas, non iam vos
amplius populus meus?nõ
ne iam proiecisti eum, qua
re iterum admittis illum?
taceas obſecro propheta
mi, nec ſic mireris, quia
qui veraciter amant, veraſ
citer iraſci ignorãt,& deni
q. *Deus ego ſum,& nõ ho-*
*mo.* Et ideo nec ſemel ſer-
uos miſiſſe ſufficit ei, nec
mittere deſiſtet, licet ſciat
miſſos occidẽdos eſſe, ſed
alios atq; alios mittet. *Ecce*
*ego mitto vos.*

E*T ex illis occidetis.* Si
hoc ad maiorem eorũ
ruinam futurum nouerat,
quia miſſos, & mittendos
ſeruos non ignorabat occi
dendos, vt quid eos mitte
bat Deus? non ne melius
fuiſſet, hanc ab eis occaſio
nem peccandi abſtuliſſe?
ſed reſpondet Auguſtinus, *Aug.*
nulla Deus certe permitte
ret mala,niſi inde multa ſci
ret extrahere bona. Vnde
ex hoc duo bona collige-
re intendit Primum miſſo
rum vtilitatẽ. Vt per mar-
tyrium,vel per patientiam,
& meritis, & virtute au-

geantur. Sic Dauid. Pſal. 9. *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper*. Ideſt dũ iniqui in altitudine iniuriarum extollitur tunc pauper maiori igne dilectionis vritur erga Deũ. Origenes hom. 5. in Geneſ. dicit, eſtatua ſalis facta eſt vxor Loth, quia inſenſatus peccator inutilis ſibi efficitur, aliis vtilis. Hinc Augustinus tractat 11. in Ioannem. Lingua tua me martyrem efecit, infidelitas me edocet quid in mundo fidendum ſit, & iuditium tuum peſsimum me maxime coercet, & reprimit. Et Gregor. l. 25. Mor. in cap. 35. Iob. *Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachii tyrannorum*. Super quod dicit Gregor. mali bonos magis ab huius mundi deſideriis expediunt, dum affligunt, quia dum multa hic violentia ingerunt, feſtinare illos ad ſuperna compellunt, dum labam

Pſ. 9.

Aug.

Iob. 25.

mitis erat erga Iacob, perſeuerauit Iacob in domo illius. Sed poſt quam. *Animatuertit faciem labam, & non eſſet erga ſe, ſicut heri & nudius tertius.* Decreuit fugere ab illo, & reuertere in terram ſuam. nec populus Hebreus clamauit ad Deum petens liberari a tyrannide Pharaonis, & duci in terram promiſsionis, quouſq. durius oppreſſi ſunt, & afflicti a Pharaone, tunc ardenter, & inceſanter clamabát ad Deum, vt educerentur de ægypto in terram promiſſam. Quanto ſyllex durioribus ictibus percutitur, tãto maiores, & rutilantiores ſcintillas emittere ſolet exterius. Sic iuſtus quo magis ceditur, & affligitur, eo magis incenditur, & vritur. Ideo dicebat David. *Aruit tanquam teſta virtus mea*. Pſ. 21. Non dixit virtutem ſuam aruiſſe tanquã ſtupam, vel paleã, ſeu lignum, ſed tanquam teſtã. Quia ſtupa, pallea & lignũ per

Gen. 31.

Exod. 3.

Simile.

Pſ. 21.

perignē conſumuntur, & in cinerem rediguntur, teſta viro quo magis igne torretur, eo durior ac firmior euadit ad duriora patienda pro Deo. Vnde poſt dira flagella clamabat, Iob.
Iob. 13. 13. *Etiā ſi occiderit me ſperabo in eo.* Ideſt licet vis flagellorum creſcat vſq. ad animam expellendam de corpore, non deſerā innocentiam meam, & dilectionem meam erga Deum. Vt ergo boni meliores eſiciantur, & meritis ditiores, tyranni præmittuntur, Et boni ad malos mittuntur. *Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ex eis occidetis.*

*SEcundo vt impii omni.* Excuſatione careant, ſi
Oſſe. 6. nō cōuertātur. *Quid faciā tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda?* Que mas diligentias podre hazer con voſotros? o que he ganado con las hechas? *Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina.* No mas de vnos aſomos de virtud. Aparece vna nuue a la mañana tā cargada, que parece quiere anegar al mundo con agua, y en vn punto ſe deſhaze, y no cae gota. Sic eſt miſericordia veſtra. *Væ ti* Ma. 11
*bi Betſaida, væ tibi Corozaim, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilitio, & cinere pœnitentiam egiſſent.* Sed peto ego. Quare ergo in Tyro & Sidone non factæ fuerunt, ſi quidem illis viſis tantam penitentiā egiſſent? & quare in Bethſaida & Corozaim fecit tot ſigna Deus, quę nil inde meliorari debebant? Hoc certe inſcrutabilis conſilii, & ſecreti Dei eſt. De quo dixit Au Aug.
guſti. noli inueſtigare, ſi nō vis errare. Et Pau. Romano. 11. *O altitudo diui-* Rom. 11
*tiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius.* Et Cant. 5. dixit ſponſa de Cant. 5
ſponſo ſuo. *Comæ eius nigræ quaſi coruus.* Es

ſu cabellera como de vn negro, o guineo, que tiene los cabellos tan enmarañados, que ſe rompera el peine, antes que los allane. Sic cogitationes, ac iuditia Dei per capillos figurata ſic con laqueata ſunt inter ſeſe. Tan rebueltos, y enmarañados. Sic inquã ineffabilia, & in acceſsibilia nobis, ꝙ ſi pecten intellectus noſtri audacter intromittatur, vt elucidet ea, prius certe frangetur, & in mille errores præcepitabitur. Ideo quare intiro hæc facta nõ fuerint ſigna nõ ſcrutemur. Sed quare facta fuerint in Betſaida, & corozaim, licet nullũ in defructũ eſſent perceptura dico, ꝙ facta ſunt, vt in excuſabiles fiant, qui tot ſignis viſsis conuerti noluerunt. Es dar les vn tapaboca, y quitarles todas las excuſas. Non ignorabat agricola ille diuinus, ꝙ ſemen ſuum inter

*Luc.* 18. vepres, & ſuper petras diſperſum nullum fructum eſſet producturum. Nihilominus & inter ſpinas ſeminauit, & ſuper petras, quia excuſationibus obuiare voluit. Ne forte ſaxea corda dicerent, ſi in nobis ſeminaſſet, fructum etiam & nos feciſſemus. Pateat ergo ꝙ non ſtat per Deum, ſi aliquis non fructificet, quia omnibus tribuit Deus ſufficiẽter. Immo & affluẽ

ter, vt dix Iacobus. 1. Vnde *Iacob.* 1.

Iob dixit. ca. 9. *Si voluero*

*contendere cum eo, non reſ* *Iob.* 9.

*pondebo vnum pro mille.* Quia ad quamlibet interrogationem. Y a qualquier cargo que me haga, mille viis conuictus cogebor tacere ſemper. Hinc eſt ꝙ ipſæ met conſcientiæ homines accuſabunt, vel ex-

cuſſabunt in die rationis *Rom.* 2

reddendæ. Ipſa enim conſcientia condemnante reſpondere non valebimus

ad interrogata. Et Iſa. 5. di- *Iſa.* 5.

cebat ipſe Deus. *Quid amplius facere debui vineę meę & non feci.* Et ecce expectans vt faceret vbas, recepi labruſcas. Si tu ſciebas ꝙ la-

ꝙ laborem, & operam per dere debebas, quia nõ ignorabas eã facturã labruſcas, ad quid ſic ſolicite coluiſti eam, & tantis bonis ornaſti? vt *Vincas cũ iudicaris.*
Pſ. 50. Et nullam excuſationem habeat reus iudicandus, ecce quare alios atq. alios ſeruos mittat Deus ad iudeos, licet. *Et ex illis occidetis, &c.*

V*T veniat ſuper vos.* Omnis ſanguis iuſtus, qui effuſſus eſt ſuper terram, quaſi dicat. Dia vendra que lo pagueys todo iunto. Aunque calla Dios coje piedras. Quos omnes poſtea ſimul mittet ſuper peccatores, niſi cõuertantur. Sic Paulus Rom. 2. Rom. 2 *An ignoras ꝙ patientia Dei ad pænitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam theſaurizas tibi iram in die irę.* Nota verbum. *Theſaurizas.* Paulatim cõgregas, & partem quotidie addis addendo peccatis tuis. Quæ tota ſimul poſtea infunderetur ſuper te. *In one væ.* Id eſt in die iudicii, quaſi dicat, etiã ſi Deus taceat, et vltionem diferat vſq. ad diem vltimum, tunc tamen tota ſimul ira congregat. deſcendet ſuper te. Et Ierem. 25. Iere. 25. *Miſsit dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, & non audiſtis, cum dicerent reuertimini vnuſquiſque a via ſua mala, & non audiſtis, vt me ad iracundiam prouocaretis in malum veſtrum.* Id eſt vt tanta mea patientia qua ſuſtinui vos, in maiorem ruinam & damnum redundaret. Quia tetẽta iã olim ira ſuper vos effundetur tota ſimul, & Abachu. 2 *Væ* Aba. 2. *qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſeputat de manu mali quia lapis de pariete clamabit, & lignum ꝙ inter iunncturas ædifitiorum eſt reſpondebit.* Quaſi dicat, quia ego ſilui, dum vos labore, ac ſanguine pauperum laquearia

queatia domus parabatis, ideo vos immunes & liberos iudicatis? minime ſic erit, quia tempus adueniet quando lapides ipſi, & ligna domus clamabũt ſimul contra vos, & Ezech. 11.
Eze. 11. *Plurimos occidiſtis in vrbe hac, & impleſtis vias eius interfectis, gladiũ metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos.* Quaſi dicat vltionem meruiſtis, & tacui, ſed ob hoc remanebitis impuniti? Immo tempus adueniet quando gladium inducam ſuper vos. Et ita rigidum, vt clamet propheta. *Heu, heu, heu domine Deus conſumationẽ tu facis reliquiarũ Iſrraelis* Es querer acabar con todo? certe licet maxima ſit miſericordia non ſtatim punire peccatores, ſed expectare eos ad pænitentiã ſæpius tamen maior vindicta eſt, ac vltio crudelior.
Rom. 9. Sic Rom. 9. *Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſſa irę* No luego los caſtigaua, ſino yua repreſando ira con mucha paciencia, para deſcargar de golpe cruelmẽte, ſic explicat
Aug. pater Aug. illud Ps. 9. *Exacerbauit dominũ peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quęret.* Ideſt non ſtatim vindictam ſumet, ſed tacebit. *Secundũ multitudinem iræ ſuæ.* Quia multitudo irę eſt nõ ſtatim punire illum Expectat enim vt totam ſimul iram ſuam effundat ſuper eum. Diferre ergo ſolet vltionem ad maiorem vltionem. Sic iſti occidebant quotidie prophetas, & Deus tacebat, vt aliquando tota ira cõgregata deſcenderet ſuper eos. *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis, &c.*

H*Ierusalem quoties volui.* Congregare filios tuos ſicut galina, ſub alis, & noluiſti. Dolet piiſsimus pater, ꝙ ſua protectione & auxilio ad noſtram met

ſalu-

ſalutem & vitam vti noluerimus. Vnde multi affirmant, inſolitum illum ſudorem ſanguinis in horto, non ſolum ex eficaciſsima appræhenſione paſsionis originatum fuiſſe, ſed ex eo forte magis, ꝙ multi ex tanta eius paſsione nullum fructum eſſet percepturi. Hic durius cruciabat Christum, quam flagella, & tormenta ipſa. Sic Amb. ſuper lucam. Doles domine non tua uulnera, ſed mea, non tuam mortem, ſed meam infirmitatem. Et Bernar. ſuper illud. *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Dicit. Christus flagellis ceſſus, ſpinis coronatus, patibulo affixus, opprobriis ſaturatus, omnium tamen dolorum immemor ait, ignoſce illis, &c. Eſſe dolor lo affligia mas. Ideo q. clamauit iterum in cruce dicens. *Sitio*. Super ꝙ Auguſtinus, de cruce taces & deſiti clamas? ſed quali ter ſitim pati poterat ille, de cuius percuſſo pectore fons aquæ icaturiuit? & ſi ſitis vrgebat, quare oblatū potum repulit? quia non aquā ſitiebat certe (inquit Aug.) Sed ſalutem animarum veſtrarum, quaſi dicat, magis crutior hac ſiti, quam omnibus tormentis meis. Et quid mirum in Chriſto hoc, cum Paulus dicat, *Nunc viuimus, ſi quidem vos in domino ſtatis*. 1. Theſal. 2. Quaſi dicat. hæc eſt vita, ſalus, gaudium, & totum bonum noſtrum. Aliter enim vita ipſa & gaudium ipſum, mors potius eſt nobis, atq. triſtitia. Sic dolet Chriſtus ꝙ Hieruſalem noluerit recipere auxilium ſuum, vt reduceretur ad viam Salutis, & per contritionem, & verā pænitentiam, ſalutem conſequeretur, & gratiam, & gloriam.

(.?.)

Amb. Bernar. Ioa. 19. Aug. 1. The. 2.

# DE SANCTO IOANNE:

## SERMO PRIMVS.

*Domine hic autem quid, Ioannis cap. 21.*

PLutarchus tradit, ꝙ inquadã ciuitate montis Olimpi celebris permanebat eſtatua celeberrimi muſici Orphei. Quæ præſentia Alexandri magni in ſudorem ſanguinis prorupiſſe viſſa eſt ab omnibus imperatorem commitantibus. Quæ prodigii nouitas diuinare cæperunt omnes quid miſterii indicatet. Sed ſolus Aniſtrandus id calluit. Innuit, inquit, talia fore prodigioſa opera tua, o Alexãder, vt ad ea digne extollẽda eloquentiſsimus quiſq. orator, aut poeta præ anguſtia in ſudorem prorrũpat. Quanto melius id de Ioanne verificabitur, cuius quæuis virtus gradum ſic heroicum attigit, vt Orpheus quilibet, Cicero, vel Demoſthenes ipſe balbutiens, & ſudans inueniatur ad eam explicãdam. Quid ego miſer faciam, qui ad eas ſimul omnes aperiendas acceſsi? gratiam ſpiritus ſancti per interceſsionem virginis petam, &c.

*Hiſto.*

DOmine hic autem. Obſtupe factus Moiſes, videns ꝙ rubus in medio ignis non combureretur. Dixit. *Vadam, & videbo viſionem hanc grandem quare rubus non comburatur.* Ad quem audacter accedere properantem exclamauit Deus. *Ne appropies huc, ſolue calceamentum de*

*Exod.3.*

*de pedibus tuis, quia terra in qua ſtas, terra ſancta eſt* Et ego qui in rubo ad ſum *Deus ſum patrum tuorũ.* Quo audito impeditioris, atq. tardioris linguæ remã ſit Moyſes, ita vt nec formare poſſet aliqua verba. *I*n hac viſione miſterium ſuæ incarnationis voluit Deus indicare ſeruo ſuo Moyſi. Vbi ignis diuinitatis coniungendus erat rubo, ſpinis, ac miſeriis humanitatis, nec ob id caro conſumenda erat, nec gloria diuinitatis minuenda. Ex cuius prodigii magnitudine impedita remanſit lingua Moyſi, . Vt innuat Deus, quamlibet linguam creatam inſuficientem eſſe ad tantum miſterium explicandum. *Im*mo & intellectum quemlibet ad illud concipiendum. *I*deo addit, *Solue calceamentum de pedibus tuis*. Quo facto innuebant Hebrei, ꝙ quis ſuo iam iuri cedebat. Vt patet in libro Ruth. Sed ad nil aliud maiori vtitur iure homo, quam ad ratiocinandum, & intelligendum cum intellectualis creatura ſit. Huic ergo tuo iuri cedas pronuc o Moyſes bone, & ad hoc miſterium & explicandum, & cognoſcendum, te omnino in ſuficientem fatearis. *S*ed quo tendebat tantum miſterium incarnationis? Ad quid voluit Deus fieri homo? vt homines Dii eficerentur ſic Ioan. 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomieius, & verbum caro factum eſt*, ideſt quia. *Verbum caro factum eſt*. Vt explicat diuus pater Auguſtinus, frequenter enim Et, ſumitur pro, quia, in ſacra ſcriptura. Hanc ergo talem poteſtatem actu videmus exercitam, in Ioanne noſtro euangeliſta, qui hodie per ſingularem adoptionem, & gratiam, filius Dei conſtitutus eſt. Sed forte ita magis

*Ioa. 1.*

*Aug.*

miratus eſt Moyſes videns Deum hominem factũ, ſicut ſtupefactus eſt Petrus videns Ioannem factum filium Dei. Vnde extupens, & ſuo iuri cedens, ac ſe prorſus inſuficientem iudicans ad tantam rem explicandam, immo & concipiendam, ſicut per reuelationem patris cognouit definitionem filii naturalis, ſic per reuelationem filii naturalis voluit deſcriptionem *I*oannis filii adoptati cognoſcere, ideo petit ab eo. Domine hic autem quid?

D*omine hic autẽ quid?* Magna certe valde, ac lata ſatis aperitur nobis ianua in hac interrogatione Petri ad laudes *I*oannis extollendas. Hic autem quid? ô apoſtolorum princeps, qui omnium quæſtionum dificilimam reſeraſti, & definiſti, & plura miſteria quam verba ſuper eam protuliſti, quid eſt q. ad hanc quæſtionem definiendam de Ioanne, immo & addubitandum circa eam, verba tibi deficiunt, & ſolum dicere vales. *Hic autem quid?* Viſne nobis innuere, quod caſus iſte ſoli Deo reſeruatus ſit, vel noſtram vis arguere audatiam, qui noctuarum ingeniis, balbutientibus q. linguis id aggredi præſumimus? *Hic inquid, quid?* Quis eſt. *Hic.* Petre ſancte? nullum nomen habet hic? Immo quia tot nomina ſuis diuitiis apta habet, nondum decerno, quod illorum eligam ad eum nominandum. De manna dicebant filii Iſrael. *Manhu?* quid hoc? non quia aliquod minimum, aut vile iudicabãt ſed potius quia omnium ſaporum ſuauitatem in ſe continebat, vt dicitur Sap. 16. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamẽtum in ſe habentẽ, & omnis ſa-* Ioã. 16. Exo. 16. Sap. 16.

*poris ſuauitatē.* Vnde quo eorum nomine eum appellarent non dum reſoluerant. Et diſcipuli admirantes magnitudinem, ac potētiam Chriſti, qui vni ſolo verbo. *Imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquilitas.* Stupefacti dicebant. Mat. 8 *Quis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei.* Et angeli ipſi eo modo loquendi vſi ſunt. *Quis eſt iſte qui venit de Edō?* Iſa. 63. Iſaias 63. Ecce ob magnitudinē ſuam nec homines, nec angeli determinabant quo eum nomine appellare debebant. Ideo generico illo pro nomine vtebantur. *Hic. Quis eſt hic?* Sic prorſus cum tot excellentiis ſupereminеat Ioannes a quibus magnifica ei nomina ſumi poſſunt, Quod eorum eligat mens noſtra penitus ignorat, ac ideo pronomine illo generico vtitur, *Hic, hic autem quid.* Et merito quidem. Quia. *Aſcendens Chriſtus in altum dedit dona hominibus.* Epheſ. 4 Sed quomodo? *Diuidens vnicuiq. pro vt vult, quoſdam enim dedit apoſtolos, quoſdam prophetas, quoſdam doctores &c* Item. *Alios fecit martyres, alios confeſſores, alios virgines.* Quia. *Diuidit vnicuiq. pro vt vult, vt dicitur.* 1. Cor. 2. 1. Cor. 2. Sed hæc omnia inter omnes diuiſſa, in Ioanne congregata videntur. Vnde virgo mater eius dicebat. Cant. 1 *Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi.* Merito florum multorum vocauit faſciculum quia fragrantiam omniū florum inter alios ſanctos diſperſorum continet, atq. pulchritudinem. Ipſe enim ſolus apoſtolus eſt, euāgeliſta, & doctor, virgo martyr, & confeſſor, patriarcha etiam atq. propheta. Et vix aliquid perfectionis alios ſanctos cō decorat quod in Ioanne noſtro nō reluceat. Vt patebit.

INter Prophetas. Primus apellari poteſt, prophetia enim eius primum locum obtinere videtur, quia prophetia nouæ legis fuit, vt patet in Apocal. de quo atteſtatur Hieronimus ꝙ plura miſteria, quam literas, & apices contineat. Vnde merito propheta, & pluſquam propheta appellari poteſt.

Hiero.

APoſtolus etiam fuit Ioannes, & inter Apoſtolos digniſsimus apparet, quia & ſi Petro reliquit Deus ſponſam eccleſiam, Ioanni ſuam met matrem virginem tradit. Et ſi Paulum ſegregauit. *In vas electionis, vt portaret nomen ſuum.* Ioannem mira varietate contexuit, vt tot miſteria, tot q. reuelationes recluderet Sed Paulus raptus eſt in cælum vt videret illa, ipſa tamem miſteria deſcendunt ad terram, vt ea Ioannes, & oculis, & manibus contrectet, ꝙ longe altius iudicatur. ꝙ ſi principibus Apoſtolorum maior appãret Ioannes, conſequens eſt, vt & cæteris omnibus præferendus ſit. Et forte omnibus etiam præfertur in cælo. Quia ſi. *Melius eſt viro, ſi portauerit iugum a iuuentute ſua.* Cum Ioannes iunior omnibus acceſsiſſet ad Chriſtum, quia vt dixit Hieronimus pene puer erat, & fuit e primo vocatis a Chriſto in diſcipulum, iuxta mare galileæ. Math. 4. & vltimus diſceſsit e vita, vt Abdias, & Perionius ateſtantur, & centenarius, vt dicit Hieronimus, ac per conſequens inter omnees apoſtolos diutius offitium apoſtolatus exercuit. Per ſpatium enim ſexaginta annorum incubuit prædicationi euangelii, multaq. mala ab initio vſq. ad finem pertulit. Ex quibus id colligi poteſt ꝙ ple

Ioa. 19.

Act. 9

Thren. 3

Hiero.

ꝙ pleniorem meritorum menſuram acceperit.

EVangeliſta etiam fuit, & inter euãgeliſtas merito aquilæ comparatus, quia altior omnibus volauit. Et quæ aliis difitiliora erant peruia nobis tradidit. *Et facies aquilæ de ſuper ipſorũ quattuor.* Quia ſuper cæteros tres volat, & illos excedit, & ſeipſum etiam. Et ſic ſuper omnes quattuor eleuatur. Quia cæteri euangeliſtæ quę humanitatis Christi erant tradiderunt. Ioannes vero diuinitatem verbi, & miſteriũ trinitatis. Diſtinctionẽ proceſſionem, & æqualitatem perſonarum prædicauit. Item multa tradidit nobis ipſe ſolus, quæ alii euãgeliſtæ non ſcripſerunt. De piſcina enim, & de paralitico in ea ſanato, de cæco a natiuitate, de reſurrectione lazari, de aqua in vinum conuerſſa in Chana, de lotione pedum diſcipulorum in vltima cæna. De profundiſsimo ſermone in ea habito. De multis q. aliis mirabilioribus ipſe ſolus loqutus eſt. Vnde merito inter euangeliſtas primum occupat locum.

Ezc.1

Ioa. 5
Ioa. 9
Ioa. 11.
Ioa. 2
Ioa. 13

DOctor etiã, & doctorũ maximus eſt, cui principes doctorum Auguſtinus, & Hieroni. ſubmittebant calamos ſuos, & ore aperto principem theologorum prædicabant. Quia ſuper pectus Chriſti recũbens, recluſſa miſteria hauſit. Recubuit Iacob ſuper petram in via, & vidit cælos apertos, & ſcalam per quam angeli aſcendebant, & deſcendebant, & ipſum etiam Deum vidit ſcalæ innixum *Petra autẽ erat Chriſtus.* Immo. *Et via ipſa erat Chriſtus.* Recubuit ergo Ioãnes noſter in hac via, ſuper hanc petram, ſupra pectus Chriſti, & vidit cælos apertos, & ocultiora miſteria contemplatus eſt, quæ poſtea nobis aperiret. Iſaias vidit dominũ

Aug.
Gen. 28.
1. Cor, 10
Ioa. 6
Iſa 6

 ſeden

ſedentem ſuper thronum maieſtatis, cuius caput & pedes tegebant ſeraphim alis ſuis, & ſolum intonabant. *Sanctus, ſanctus, ſanctus.* Sed pennis ſuis detegit Ioannes noſter, ꝙ ſeraphim tegebãt ſuis. Caput ſcilicet, & pedes Chriſti
Ioa. 1. caput. *In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Et pedes etiã diſco operuit. *Et verbum caro factum eſt.* Seraphim clamabant. *Sãctus ſanctus ſanctus.* Sed his tribus nomina poſuit Ioannes. *Tres*
1. Ioa. 5. *ſunt qui teſtimonium dãt in cælo, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.* Magnum cer-
Gen. 2. te fuit ꝙ Adam omnibus propria nomina tribueret, ſuis naturis conuenientia, ſed maximum quipe eſt, ꝙ Ioannes ipſi creatori earum nomina propriiſsima aſsignauerit. Ideo dictus eſt ab ipſo
Mar. 3 Chriſto. *Boanerges.* Ideſt filiuus tonitrui. El trueno es el mayor, y mas alto de todos los ſonidos del mundo. Sic Ioannes altius omnibus intonuit. *In principio erat verbum.*
Aug. Vnde Auguſtinus dixit de illo. Si altius intonuiſſet, totus mundus eum non intellexiſſet. Et Chriſoſto- Chriſoſt. mus afirmat, ꝙ angeli per eccleſiam, & Ioannem, de multis ad incarnationem expectantibus edocti ſunt. ꝙ confirmat ex illo Pauli ad Epheſ. 3. *Vt in* Ephes. 3 *noteſcat principibus, & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiam, multi formis ſapientia Dei, quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Ideſt vt ipſi principes cæleſtes noſcant per doctrinam eccleſiæ mirabiles effectus incarnationis. Si ergo Ioannes eſt principalis doctor eccleſiæ, ergo ſimul & hominũ & angelorum preceptor.
*Quis eſt iſte qui venit de* Iſa. 6. *endon tinctis veſtibus.* Hie- Hiero. ronimus dicit hanc interrogationem eſſe minorũ

angelorum interrogantiũ ſuperiores, eo q. videant Chriſtum aſcendentem in cælum. Sed Dioniſius dicit eſſe angelorum exoptantium edoceri amplius de veritate dominicæ incarnationis. Quia, *Edem.* Ideſt rubrũ. *Boſirat.* Ideſt ſeptus. Chriſtus aſcendebat rubrus per paſsionem, & ſeptus animabus. Sed Ioãnes edocet eos dicens. *Verbum caro factum eſt.* Ecce quis eſt qui ſeptus aſcendit & rubrus. Bene ergo dicitur doctor doctorum maximus Ioannes.

Dioniſ.

ET inter martyres quis eũ excellentiorẽ nõ iudicabit? nemo certe. Quia quater martyrium ſubiit. Primo iuxta crucem. Secundo quando venenum potauit. Tertio quando miſſus eſt in exilium ad inſulam Pathmos, vt deuoraretur a beſtiis. Et deniq. Quarto, quando miſſus eſt in dolium feruentis olei, Vnde mirabiliter indemnis euaſſit. & duriora omnibus paſſus eſt in cruce. Cæteri enim martyres in corporibus ſuſtinebant tormẽta ſua. Ioannes vero in anima ipſa. Et non quæcumq. tormenta, ſed accerbiſsima paſsionis Chriſti, quæcumq. duriſsima Chriſtus in corpre patiebatur, ipſe ſuſtinebat in anima, quod duriſsimum eſt. Ad ponderandum dolorem virginis ex paſsione filii dixit ei Simeon. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius* Non gladius carnificum ſed doloris. Quia ille corpus, iſte vero animam dilacerat, quod longe durius eſt. Hoc ergo crudeliſsimo gladio virgo mater, & dilectus diſcipulus Ioannes dilacerati ſunt. Ideoq. & matrem ſuam, & Ioannem a cruento martyrio exemit Chriſtus, quia gladius ille doloris, quo vterq. in cruce vulneratus eſt, pro multis ſimul, ac maximis tormentis reputatur.

Luc. 2.

tur. Quod quidem ſoli Ioanni inter apoſtolos pro ſingulari dono conceſſum eſt. Ideo cæteris dixit
Mat. 9 Chriſtus. *Qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuã, & ſequatur me.* Tollat Petrus crucem ſuã, tollat enſem Paulus, craticulas Laurentius, lapides Stephanus, & quilibet alius baiulet crucẽ ſuam. Sed Ioanes audire meruit. *Calicẽ*
Mat. 20 *quidẽ meum bibetis.* Meámet crucem tolles, meiſmet doloribus torqueris. Quod tibi ſolummodo, & matri meę concedetur. Et addere etiam liceat, ꝙ Petrum fecit martyrem Nero. Herodes Iacobũ. Andreá cõſul AEgeas, & alios apoſtolos alius atq. alius tyrannus. Sed Ioannem noſtrum ipſe met Chriſtus martyrem fecit. Como otro lo ha de hazer, mejor es lo haga yo, que ſoy mas amigo. Sed non ob hoc mitia tormenta ſuſtinuit. Immo duriora lõge. Ideo licet cruentam mortẽ non guſtauerit, martyr tamen, & martyrum maximus iudicatur. Sic Hieronimus ſuper Mat. 20, & Bernar. Hiero.
ſermone Innocent. vocát eum martyrem. Et Ziprianus epiſt. 1. ad Lutium Papam, tres pueros martyres Zipria.
vocat licet miraculoſe de duro fornace exierunt illeſsi. Merito ergo & Ioannem noſtrum martyrem dicemus, licet miraculoſe ereptus fuerit de dolio feruentis olei. Nam vt dicit Ciprianus. Aliud eſt martyrium de eſſe cordi, aliud vero cor de eſſe martyrio Cor Ioannis non defuit martyrio, ſed martyrium cordi eius. Ideo vere martyr, & martyrum maximus.

ET inter confeſſores quis eum non extollet, qui inſignis prædicator extitit, quiq. acerrimus hæreſum propugnator fuit, qui mortificationem Chriſti in corpore ſuo iugiter portauit, qui eccleſiã Chriſti

doctrinamq. ſuam in numeris miraculis confirmauit? dicitur ergo egregius inter omnes confeſſores, qui hac gloria digni fuerunt.

FVit etiam virgo, & inter virgines celeberrimus, excepta virgine Dei matre. Caſtiſsimus Ioſeph pallium reliquit in manu dominę ſuę, ne leui ſaltem famine macularetur. Sed longe caſtior Ioãnes, quia ſponſam reliquit a die nuptiarum, & virgo permanſit ergo omnes perfectiones aliorum ſanctorũ inueniuntur ſimul in Ioanne. Hinc eſt ꝙ ecclesia in offitio miſſę eius omnes perfectiones aliorum applicat ei. Quia introitus eſt doctorum, in medio eccleſiæ, &c. oratio apoſtoli, & euãgeliſtæ. Offertorium eſt martyrum, Iuſtus vt palma florebit, Epiſtola eſt filii matris Dei obuiauit illi quaſi mater honorificata, euangelium eſt dilecti a Chriſto Ieſu. Gen. 39.

Merito ergo dicitur faſciculus florum ſponſæ eccleſiæ, ideo inter vbera eius commorabitur, non in manibus, non in linguа, non in naribus tantum, nec in auribus ſolum, aut in ore, ſed inter vbera, & ſupra cor ad reſolicandam animam ſuam. Ideo de illo id intelligamus. *Benedictionē omnium gentium dedit illi.* Eccli. 24. Quas enim inter gentes diuiſerat Deus benedictiones, in illo cõgregatas videmus. Ex multis floribus diuerſis in ſublimatorio congregatis, quædam deſtillatur aqua, quæ angelorum vocatur, cęteras omnes longe ſuperans in fragrantia. Sic ex floribus aliorum ſanctorũ Ioãnes in fornace pectoris Chriſti poſitus, quſi aqua diuina eficitur, quæ cæteras in fragrantia excedit. Vnde ipſe dicere poteſt. *Tanquam prodigium factus ſum multis.* Aſombro de los entendimiẽtos, que me contemplam, delas len- Eccli 24 Simile. Pſ. 70.

guas que me alabam, y delos oydos que oyen mis alabanças Merito ergo ſtupens Petrus petit ab ipſo Deo. *Domine hic autem quid?* Hoc ſolum dixit de Ioanne Petrus, ſed in eo ſolo verbo maiora dixit, quã nos explicare valeamus. Quemadmodum dici ſolet, Doctiſsimus fuit Plato ſed Ariſtoteles? Y no dezis mas, pero mas ſe dize en eſſo. Magnus imperator fuit Pompeius, ſed Alexander? ay os quedays, Sic aliorum ſanrorum laudes ponderare poſſumus. Pero de ſan Iuã? quedaos ay. Hic autem quid? Nec reſponſum expectat interrogatio iſta, ſicut nec illa Michaelis. Quis ſicut Deus? ſic, hic autem quid? que milagro fue eſte de vueſtra omnipotencia?

Simile

HIc autem quid? O Petre ſancte, tu ſolus ignoras quis iſte Ioannes ſit? ſi de ſtyrpe dubitas? de radice Ieſe pululauit, & de regali familia David deſcendit, ſicut ipſe Chriſtus. Si patrem quæris? Zebedeus nobiliſsimus erat. Si matrem? Maria Salome vocabatur, & ſoror erat virginis matris Mariæ. Quia beata Anna tres filias huius nominis habuit. Mariã Salome, de qua Iacobus maior, & Ioannes noſter proceſſerunt. Ecce ſtyrpé, & genealogiam eius? quid ergo interrogas, *Hic autẽ quid?* Scio (inquit Petrus) nec me latent omnia iſta Sed verbum ab ipſo Deo prolatum audio ex cruce. *Mulier ecce filius tuus.* cuius virtute eficaciſsima alia noua generatio datur ei, aliaq. natiuitas mirabilis, qua ipſam matrem Dei in matrem accepit. Vnde non ſatis decerno, an huius an illius matris filium appellem, an vero vtriusq. filium prędicem. An ſcilicet filium dicam matris illius quam ei natura dedit, an potius eius quam ſibi gratia conceſsit. O magna digni-

Ioã. 19.

dignitas Ioãnis. Sicut enim Chriſtus duas habuit natiuitates, æternam ſcilicet, & temporalem, vnam ex patre, alteram ex matre. De prima dixit Ioãnes. *In principio erat verbum.* Et de ſecunda. *Et verbum caro factum eſt.* Sic etiam Ioannes duas habuit natiuitates alteram ex patre Cebedeo alteram ex matre ſola, ex virgine ſanctiſsima. *Ecce filius tuus.* ꝙ ſi Chriſtus in prima natiuitate excedit illum in patre. In ſecunda tamen non excedit eum in matre, vterq. enim eadem matre nobilitatur, & ſi Chriſtus de virgine natus eſt. Ioannes etiam in hac ſecunda natiuitate. & ſi Chriſtus de virgine opera ſpiritus ſancti. Ioannes ex virgine opera ipſius Chriſti natus eſt, qui dixit illi. *Mulier ecce filius tuus.* Quod ſi de modo huius generationis interrogas, o beate Petre? dico, ꝙ ſicut generatio filii ex patre ineffabilis eſt, ſic & generatio Ioannis ex matre. Sed ſufficiat tibi ſcire, ꝙ hoc fecit, qui potuit. Et inde excellentiam *I*oannis coniicias, ꝙ ipſi Chriſto in natiuitate comparatur, frater eius ex eadem matre conſtituitur. *I*nter duodecim filios *I*acob ſolummodo *I*oſeph, & Beniamin nati ſunt ex eadem matre Rachel pulcherrima, vnde præceteris tenerrime amabatur a patre. Et ſic etiam interſe ipſos dulcius diligebatur. Similiter inter duodecim Apoſtolos ſolum Chriſtus & *I*oannes ex eadem matre nati ſunt fratres, ideo a patre & ab ipſo Ioſeph magis dilectus Ioannes. Merito ergo petit ab ipſo Chriſto Petrus. *Domine hic autem quid?* Sicut enim quæ prius in ſe virga erat in manu Moyſi facta eſt prodigium hominibus, ſic *I*oannes in ſe homo erat, filius

Ioã. 1.

19.

Gen. 43.

Simile.

filius zebedei erat, & qué manibus contrectare poſſemus. Sed ex quo incidit in manus tuas, iam non virga eſt, ſed prodigium multis. Donde todos encogen los hombros de aſombrados. Animalia Ezechielis. Eze.1. *Cum fieret vox ſubmittebant alas ſuas.* Sicdum hec vox auditur. *Mulier ecce filius tuus fili ecce mater tua.* Omnes ſubmittimus alas mentis noſtræ, & nec nomen ei imponere audemus. Ideo dicas tu, *Hic autem quid?* In altiora enim ſic loca aquila hæc noſtra conſcendit, vbi nec oculi noſtri, nec lingua nec mens forte pertingere valet. Et ſolum remanſit in nobis deſiderium ſciendi. *Hic autem quid?* Tu dicas nobis? ſed ſuficiat ſcire ꝙ iſte ſit. *Quem diligebat Ieſus.* Ex quo omnia iſta bona ei emanauerunt, & gratia & gloria.

DE

# DE SANCTO IOANNE:

## SERMO SECVNDVS.

*Dixit Ieſus Petro, ſequere me, &c. Ioannis, cap. 21.*

REgina illa de Caira nomine Arthemiſſa, quæ Mauſeolũ ſponſum ſuum ardenter diligebat, qua diligentia delitias eius curauerat, dum vixit, eadem met ſolicitabat honorem eius poſt mortem. Vnde ad exequias eius optimos quoſq. oratores greciæ vocauit, & maxima illi propoſuit præmia, qui altius ac ſubtilius celeberrimas virtutes illius extolleret, vt ſic nomen ſaltim eius nunquam excideret de memoria viuentium. Nec credendum iudico ꝗ Arthemiſſa illa plus diligeret ſponſum ſuũ Mauſeolum quam virgo ſacratiſsima filium ſuum Ioannẽ. Quam ergo mercedem promitis o virgo ſanctiſsima ei, qui excellentias Ioannis altius prædicauerit? non minimam quidem. Sed minime ego id valebo, niſi tu interceſsione tua ignitam mihi impetres linguam, &c. Aue Maria.

Hiſto.

DIxit Ieſus Petro ſequere me. Prouerbium cõmune eſt apud nos hiſpanos. Obras ſon amores, no buenas razones. Quaſi dicat, amor nõ in lingua, ſed in corde, & manibus ſedet. Nec ex corde tẽdit ad linguam, ſed ad manus. Poſt reſurrectionem ſuã oſtendit Chriſtus diſcipulis ſuis manus, & latus. Prius oſtẽdit Ioa, 20

dit eis manus poſtea latus. Quaſi dicat, per opera mea intrinſecam pectoris dilectionem callere poteritis.
Grego. Et Gregorius dixit, probatio dilectionis exhibitio
1. Ioa. 3 eſt operis. Et Ioannes clamabat. *Filioli mei, non diligamus lingua, ſed opere, & veritate.* Quaſi dicat, veritatem amoris noſtri, non lingua, ſed opere, & manibus oſtendamus. Ideo capite
1. Ioa. 2 te præcedēti dixerat. *Qui dicit quia diligo Deum, et mandata eius non ſeruat, mendax eſt.* Non ergo lingua, ſed manus, & opera reddere debent teſtimo-
Pſ. 76. nium dilectionis. Dauid. *Deum exquiſiui manibus meis.* Pedibus itur ad quærendum aliquid, non manibus. Quomodo tu dicis. *Deum exquiſiui manibus meis.* Quia Deus manibus
Sap. 1 quærendus eſt, & operibus. Et Sap. 1. *Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum.* Ecce corde quærandus eſt ſimplici, ideſt operibus bonis. Cum ergo ex operibus amor erga Deum coniiciendus ſit, duo ſunt operum genera quæ id præcipue declarant. Primum ſolicitudo pro animabus Deo lucrandis, quia animas magni facit Deus, & diligit ſupra omnia creata. Sic ergo illud nobis pro nunc liceat Ioa. 15
explicare. *Maiorem hac dilectionem nemo habet.* (Erga Deum.) *Quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Lucrandis Deo. En morir por ganar le almas moſtrara mas el amor que letiene. Si Deus ſic dilexit animas, vt duriſsimam mortem pro eis ſubierit, non dubiū, quin ei gratiſsimus fuerit, qui vitam pro eis lucrandis poſuerit. Vnde ad quoſdam qui ſe iactabant, ꝙ Deum ſic ardenter diligebant, Heb. 12.
dixit Hebreo. 12. *Nondum enim vſq. ad ſanguinis effuſionem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes.* Nec enim glorietur de

ma-

maxima dilectione Dei, qui pro peccatis extirpandis, & pro animabus Deo conuertendis nondum ſanguinem ſuum effudit. Inde etiam oſtendere voluit Paulus quantum diligebat Christum. Ideo dixit. 2. Cor. 12. *Ego autem libenter impendam, & ſuper impendar ipſe pro vobis.* Quaſi dicat, non tantum bona mea, ſed me ipſum, & vitam meam ponam libentiſsime pro animabus veſtris lucrandis. Secundum genus operum, in quo dilectio noſtra erga Deum latius oſtenditur, eſt martyrium, & hoc ſonat ad literam illud. Ioa. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* En ninguna otra coſa ſe moſtrara mas el amor que le teneys, que en dar la vida por ellos. Amicus vſq. ad Aras. Sacrifitia fiebant ſuper Aras. Quaſi dicat, nullum maius ſignum veræ amicitiæ, quam pro amico ſacrificari. Vſq. ad Aras. Haſta ay puede llegar el maior amor. In quo magis oſtẽdere potuit ſeruus ille quanto amore proſequeretur dominum ſuum, quã cum cognouiſſet, ꝙ quidam inimici acceſsi ſunt ad illum occidendum, cõmutatis veſtibus cum domino ſuo, tradidit ſe inimicis occidendum pro illis? hoc ſuppoſito dico, ꝙ cum Christus ter interrogaſſet Petrum. *Diligis me?* Et Tertio, addidiſſet. *Diligis me plus his?* Et ille reſpondiſſet. *Etiam domine.* Voluit Deus ꝙ in his duobus operum generibus oſtenderet vim dilectionis ſuæ. Ideo, cum iam pridem dixiſſet ei. *Paſce oues meas.* Nunc petit ab eo ꝙ crucem pro eo non abhorreat. *Sequere me.*

2. Cor. 12

Ioa. 15.

Hiſto.

Ioa. 21.

*SEquere me.* Quaſi dicat, ego ſum dux, & ego ſũ via, ſequere poſt me, ideſt imitator mei ſis ſi ad meã glo-

gloriam cuius aſcendere. Rom. 8. *Quos preſciuit, et prædeſtinauit conformes fieri imagini filii ſui.* Ideſt preſcitos in cælum, prædeſtinauit cõformes fieri imagini filii ſui. Conſtituit, in quam, vt quilibet ſaluãdus completa imago filii ſui fieret in hac vita. Si enim poſt mortem reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ, æquum apparet, & iuſtum ꝙ etiam in moribus ſimiles ei ſiamus in vita. Ideo hortatur pau. 1. Cor 15. *Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus & imaginem cæleſtis.* Et addit. Hoc *autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnum Dei non poſsidebit*, ideſt imago terreni hominis Adã non obtinebit cęlum, ſed imago cæleſtis Chriſti. Quia, *Quos preſciuit, & prędeſtinauit conformes fieri imagini filii ſui*, ideo ipſe Chriſtus dixit Nicodemo *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo filius hominis.* Chriſtus ne ſolus aſcendit in cælum? o rigidum verbum. Sed viuacitate ingenii ſui hũc locum explicat Auguſtinus ſuper Pſal. ad literam ſic. Eſt deſcendere, & eſt ruere, qui deſcendit, aſcendit, quia ruit, ſubleuatur. Chriſtus deſcendit, nos ruimus, & ſic ille ſolus aſcendit, nos ſubleuabimur ab illo. Vnde benedicitur, ꝙ nemo aſcendet, niſi qui deſcendit Chriſtus, nos vero qui ruimus, non aſcendemus, ſed ſubleuabimur ab illo. Vtrumq. dicitur ad Ephes. 4. aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Ipſe aſcendebat, cæteri ducebantur. Sed ad intentum noſtrum ſolus Chriſtus dicitur aſcendere in cælum. Quia nemo aſcendet, qui imago Chriſti factus non fuerit. Sic Deus per Zacha. 1. & 5. *Perpendiculum extendetur ſuper Hieruſalem* Porne en ella vn nibel, por el qual

Rom. 8
Phili. 2
1. Cor. 15
Ioan. 3.
Aug.
Zach. 1. & 5.

qual ſean regulados todos. Hoc perpendiculum Chriſtus eſt, ad eius formam cõponere debemus nos ipſos ſi conglorificari volumus.
Pſ.9. & Dauid Pſ. 9. *Conſtitue domine legislatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.* Iſte legis lator eſt Chriſtus, accedat ergo ad nos, vt ſciamus quam viles, & miſeri ſumus in vita, & quamtum a perfectione diſtemus. Quod facile cognoſcemus oculos dirigentes in Chriſtum, cui aſsimilari deberemus, ſed longius diſtamus ab hac imitatione.
2. Cor.4. Ideo hortabatur Paulus. *Sẽper mortificationem Chriſti in corporibus noſtris circumferentes.* Quia. *Si compatimur & corregnabimus.*
Rom. 8. Et ideo dixit Ieſus Petro. *Sequere me.* Imitator ſis mei.

*CONuerſus Petrus vidit.* Illum diſcipulum quẽ diligebat Ieſus. Non dixerat Ieſus Ioanni, ſequere me, ſed Petro. Nihilominus Ioannes etiam ſequebatur Chriſtum, ſicut Petrus. Quia qui amore Chriſti, & deſiderio patiendi pro illo ſic æſtuabat, nõ indigebat vocari verbo, ſed minimun quodq. ſignum ſufficiebat ei, vt curreret poſt eum. Nõ expreſſe petiit Dauid aquam de ciſterna Betleem. Sed ad primũ ſignum deſiderii ſui cucurreunt tres milites ſui, & irruerunt mediam aciem inimicorũ, & hauſerunt aquã & adduxerunt eã ad Dauid 2. Re.23
& 2. Re.15. Cũ ipſe Dauid egrederetur de Hieruſalẽ fugiens faciem Abſalon, ſequutus eſt eum Hai æteus. Ad quem Dauid. *Cur venis nobiſcum? heri veniſti, & hodie compelleris eggredi?* 2. Re.15
Opus non fuit vocari, qui regem ſic diligebat, vt Regem ſequeretur. Sufficiebat enim ei videre regem ſuum fugientem indeſertum, vt ſequeretur eum. Et Lazaro ægrotante miſſerunt ſorores eius ad Chriſtum dicentes. *Ecce quem* Ioa.11.

*amas infirmatur*. Super
Ioã,11. quod Auguſ. non dixerunt veni & ſana, amanti enim ſolummodo nuntiandum fuit. Sufficiet enim vn nouerit, uō enim amat, & deſerit. Amanti enim ictus
Bernar. oculi ſufficit, & Bernar. verus obediens non conſiderat quid ſit ꝙ præcipitur, ſed ſolum ꝙ præcipitur, ideo prima voce ad obediendum properat. Et
Pro. 22. Prouer. 22. *Vidiſti hominẽ velocem in opere ſuo, corã regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.* Hanc velocitatem ad obediẽdũm ſemper habuit Ioannes. Vnde ſatisfuit ei videre Petrum ſequentem Chriſtum vt & ipſe ſequeretur eum, licet ſolus Petrus ſit vocatus *Sequere me.*

VIdit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus. Licet Chriſtus multa nomina habebat, nomine tamen dilecti a patre magis
Mat. 3 gloriabatur. *Hic eſt filius meus dilectus.* Et ad Epheſ

1. *Gratificauit nos in dilecto filio ſuo.* Et hoc nomi- Ephes. 1
ne vocabatur ab ſpõſa ſua. *Dilectus meus mihi. En vox dilecti mei. Veniat dilectus meus in hortum ſuũ* Sic etiam licet multa nomina habeat Ioannes, hoc tamen nomen dilecti a Chriſto ſuper omnia placet ei, quia tale nomen ei ſoli conceſſum eſt. Omnia nomina ſua communicauit Chriſtus apoſtolis ſuis. Si Chriſtus vocatur mons, apoſtoli etiam vocantur montes. *Et erit mons do-* Iſa. 2.
*mus domini præparatus ſupra verticem montium*, ideſt apoſtolorum. Si Chriſtus dicitur murus, & ante murale, apoſtoli etiam. *Muri mei coram oculis* Iſa. 49.
*meis ſemper.* Iſaias. 49. Si Chriſtus dicitur, lux mundi, etiam eis dixit. *Vos eſtis lux mundi*, & Chriſtus ſi di- Mat. 5
citur, miſſus, etiam apoſtoli, quia nomen ipſum, apoſtolus, id ſonare videtur. Si tamen hoc nomen dilecti extra perſonam Chriſti aliquan-

quando inuenias, ſolummodo in perſona Ioannis nuenies. Soli enim Ioanni communicatum eſt. *Ipſe* enim per anthonomaſiam dilectus erat. Sic Aug. ſuper hæc verba, quem diligebat Ieſus dicit. Nō ꝙ ſolum diligeret, ipſe enim dixerat. *Sicut dilexit me pater; ſic & ego diligo vos.* Sed ꝙ præcæteris diligeret. Sponſa vocabat ſponſum. *Quem diligit anima mea.* Cant. 3. Quia hoc nomine vim amoris ſui latius expendebat. Sic Chriſtus vt intenſionem amoris ſui erga Ioannem manifeſſtaret, appellabat Ioannem. *Quem diligebat Ieſus.*

*Aug.* *Ioa.15.* *Cant.3*

Q*Vod ſi etiam.* Ex beneſitiis acceptis cōiiciendum eſt, quantumquis diligatur ab alio, vnde angelus ad virginem. *Ne timeas Maria, inueniſti gratiam coram domino.* Sed vnde colligis? ex beneſitiis ei a domino collatis. *Gratia plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Ex acceptis ergo beneſitiis inferre liceat, quantum Ioannes diligatur a Chriſto, ſed cum multa iam, ac maxima recenſita fuerint in ſermone præcedenti, duo tantū explicabo nunc, quibus id ſatis apparebit. *Qui ſupra pectus domini in cœna recubuit.* Vbi omnia quæ in pectore Chriſti recluſa erant, patefacta ſunt Ioanni. Sic Ber. ſer. 8. hauſit Ioānes de ſinu vnigeniti quod de paterno hauſerat ille. ꝙ quidem tenerrimæ dilectionis ſignum eſt. Vnde Dalida dicebat Samſoni. Iudic. 16. Quomodo dicis ꝙ ames me, cū mihi ſinum tuum non aperias, & reueles ſecretum tuum. Deſabrachaos eſſe pecho comigo, o no digays que me amays. Et cum Deus excogitaſſet ſubuertere ſodomam dixit. *Num cælare potero Abraham quæ geſtu*

*Luc.1* *Ber.* *Iudic.15* *Gen.11*

*tus ſum.* No cumplire con el amor que le tengo ſino le deſcubro eſte ſecreto. Et ad dilectos diſcipulos dicebat Christus. *Iam non dicã vos ſeruos, ſed amicos, quia omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis.* Et Dauid gloriabatur. *Incerta et oculta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Cũ ergo Chriſtus aperuerit Ioanni quæcumq. in ſinu ſuo clauſa erant, tenerrime certe diligebat eũ. Secundum beneficium ex quo id ſatis colligitur eſt, quia morti proximus matrem met ſuam ei conceſsit In matrem. *Ecce filius tuus, ecce mater tua.* Iacob diſceſſurus e vita, diuiſſa q. iam ſubſtantia interduodecim filios per æquales partes, dixit ad Ioſeph. *Gen.* 48. *Do tibi partem vnã extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, et arcu meo.* Et in lib. Ioſuæ. cap. 15 dicitur hanc partem fuiſſe puteum, qui fons ſolis vocabatur. Sic bonus magiſter

Ioa. 15

Gen. 48.

Ioſuę. 15

Chriſtus diſceſſurus e vita incumbens ſuper lectum crucis, totoq iam orbe diſtributo inter duodecim diſcipulos per partes, Ioannem pręcęteris dilectũ vocauit, & dixit ei. *Do tibi partem vnã extra fratres tuos.* Apoſtolos, ſcilicet matrem meã, quæ eſt fons ſolis, de qua natus eſt ſol iuſtitiæ. *Fili ecce mater tua.* Simile Qui vere amat, diſceſſurus ab amato, ſolet relinquere illi imaginẽ ſui ipſius. Vn retrato ſuyo. *In* qua contẽplari poſsit dilectum ſuũ, dum abſens fuerit, & in eo contẽplando lætitia totus perfundatur. Et quo ſimilior fuerit imago, eo maiorẽ lætitiam infundit. Ideo diſceſſurus Chriſtus a matre ſua imaginẽ ſui reliquit ei in Ioanne. *Mulier ecce filius tuus.* Et ad ſolatium Ioannis imaginẽ ſui cõpletiſsimã reliquit ei in virgine matre. *Fili ecce mater tua.* Et quo virgo perfectior imago erat Chriſti, q̃ Ioãnes, eo maiꝰ ſolatiũ reliquiſſe

quiſſe videtur Chriſtus Ioã ni, quam ipſi matri ſuę. O magnum dilectionis ſignũ cæteris apoſtolis denegatum. Diſceſſurus e mundo Helias promiſsit diſcipulo Heliſeo. Si videris me, quã do tollar a te, dabo tibi duplicem ſpiritum meum. Et accepit quidem, quia dixit

4. Reg. 2 *Viuit Deus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te*. Sic diſceſſurus e vita Chriſtus ſoli Ioãni donum hoc maximum conceſsit, matrem ſuam, quia non dereliquit eum, vſq. ab obitum ſuum. Quod donum aliis forte eo negatum eſt, quia tunc dereliquerunt magiſtrum ſuum. Si ergo maior dilectio ex maiori benefitiorum largitione cenſenda eſt. Hinc colligamus quantum Ioannes diligeretur a Chriſto; qui tantis bonis ditatus eſt ab illo.

Q*Vem diligebat Ieſus*. El amado por eminẽtia. Amor ignis eſt, quia hanc præcipuam ignis proprietatem habet, ꝙ omnia in ignem conuertat. Magnus ergo amor magnus ignis erit. Tantus ergo amor Chriſti erga Ioãnem quid eficiet in Ioanne? illum certe in ſe ipſum conuerteret, & alterum Chriſtum faceret. Hic ignis dilectionis Chriſti fluebat paulatim in viſcera Ioannis, & paſsim paſsiones & proprietates carnales errodebat, & conſumebat in illo, & illum in Chriſtũ ipſum transformabat, in tantum ꝙ in alterum Chriſtũ conuerteret eum, & in cruce poſſet dicere matri. *Ecce filius tuus*. Ecce tibi alter ego, non in ſubſtantia, ſed in qualitate. Quemadmodum ignitum ferrum dicitur ignis, non in ſubſtantia ſed in qualitate, quia calefacit, vrit, & illuminat ſicut ipſe ignis, licet non ſit ignis, ſed ferrum. Sic prorſus Ioannes igne dilectionis Chriſti inflamatus alter Chriſtus eſt, non in ſubſtãtia *Simile.*

tia,ſed in qualitate, in manſuetudine, in pacientia,in benignitate,in obedientia, in caſtitate, &c. Et etiã in inflamatione dilectionis alter Chriſtus videbatur. Sicut enim Chriſtus, qui hoc igne dilectionis æſtuabat,ignem vndiq. emittebat,per linguam, per manus,per pedes, & per oculos,immo & nil aliud cogitabat.*Ego cogito cogitationes pacis.* Hier.29 Et quid quid loquebatur, amor erat.Sic Ioãnes noſter, quaſi ex amore totus formatus,amorem vndiq. effundebat,nec alia vox audiebatur ex ore eius,niſi amor Nec manus aliud ſcripſit frequentius in æpiſtolis. *Diligite alterutrum.* Chariſsimi diligamus inuicem. Ezechieli dixit Deus. *Fili hominis comede volumẽ iſtud,& replebuntur viſcera tua.Et comedi,& factum eſt in ore meo ſicut mel dulce.*Quid aliud niſi amor, ſic du ceeſſe poterat? pulchre quidem hoc

Hier.29

Ezech. 3

aptari poteſt Ioanni,qui bene filius hominis dicitur, ſicut Chriſtus, quia filius virginis eſt ſine patre. Tantum ergo comedit Ioãnes de hoc volumine dilectionis,ꝙ replerentur omnia viſcera eius.Et ſic quid quid loquebatur amor erat. Ouidius tanto poeſiæ dono præditus erat,vt vix aliud proferre poſſet quã carmina. Vndeipſe dicebat Quid quid conabar dicere verſus erat. *Gran encarecimiento de poeſia*.Sed maior ponderatio amoris Ioãnis,quia quid conabatur dicere,facere,ſcribere,autcogitare,amor erat.Ipſa vehementia amoris Chriſti transformauerat Ioannem in qualitates ipſius Chriſti in tantum ꝙ ab omni hominum paſsione ſic diſtaret, vt Deus potius videretur,quam homo.In eucharistia mirabilem quandam transſubſtantiationẽ operatur Deus, quia vi verborum illorum. *Hoc eſt corpus meum* Totam ſubſtã-

Ouidius

Simile

tiam

tiam panis abſorbet, & ſolum colorem, guſtum ac ſaporem, & odorem panis relinquit ei. Quod ſentitur videtur, tangitur, & guſtatur panis eſt. Sed intus totus Chriſtus latet. Sic certe quando in altari crucis iterũ celebraret Chriſtus mirabilem aliã trasformationem fecit per alia verba, non æqualem quidem, ſed certe valde ſimilem. Ioannẽ ante ſe habebat tan quam materiam, & verba illa ſuper illum protulit. *Mulier ecce filius tuus.* Quid feciſti domine Ieſu, Ioannẽ ne in te ipſum trãſſubſtantiaſti? nõ certe, ſed e contra, relicta ſubſtantia Ioannis, omnia accidentia tranſmutat in illo, quia ſubſtantia interior Ioãnes eſt. Sed accidentia exteriora, color, odor, & ſapor. Chriſti ſunt, charitas enim ſua modeſtia, manſuetudo, patientia, & caſtitas, &c. Nõ hominis, ſed Dei videntur. Totus enim Ioannes a plãtẽ pedis vſq. ad verticem capitis, in verbis, in operibus, in motibus, & in cogitationibus alter Chriſtus, apparebat. Quis operatus eſt hanc mirabilem cõuerſionem Ioãnis in Chriſtũ? ignis dilectionis, quo diligebat eum dominus Ieſus, qui vim habet conuertendi omnia in ſe ipſum, ꝙ ſi in vita alter Chriſtus videbatur, maxima gloria coronabitur in cælo.

# DE SANCTO IOANNE:
## SERMO TERTIVS.

*Dixit Ieſus Petro, ſequere me, &c.*
*Ioannis, cap. 21.*

IN omnibus ad bonum & honorem Ioannis attinentibus ſic ſolicita oſtendebatur virgo. Quaſi iam coniiceret, ꝙ Ioannes ipſe in filium, ſpōſum, & ſolatium relinquēdus eſſet ei poſt mortem filii ſui Chriſti Ieſu, ideo tanta ſolertia curauit, vt aqua
Ioa. 2. in vinum conuerteretur in nuptiis, antequam innoteſceret inuitatis, ꝙ vinum deficiebat Quia vt dicit Hie-
Hiero. ronimus ſpōſus in his nuptiis erat Ioannes euangeliſta, ideo oportuno tempore dixit virgo ad Chriſtū,
Ioa. 2. *Fili vinū non habent*. Sed reſpōdit ei Chriſtus. *Quid mihi & tibi mulier?* Quaſi dicat, nec ſponſus mater mea eſt, nec filius tuus, quid ergo ad me, vel ad te, ſi vinum deſiciat? ſed nunc certe non redarguet virginem Chriſtus ſi in his nuptiis, q̄as pro honore Ioannis hodie celebrat eccleſia intercedat, & petat, ꝙ aquam, & frigiditatem pectoris mei conuertat in vinum, & in eruorē ſpiritus, vt congrua de illo loquar cum enim iam Ioannem tradiderit ei in filium Chriſtus, non peterit ei dicere. *Quid mihi & tibi mulier?* Valde enim attinet ad matrem reſpicere ad horem filii. Aue Maria.

D*Ixit Ieſus Petro ſequere me.* Gen. 32. Depingit nobis ſacra ſcriptura duos

duos viros tota nocte in- lucta certantes, angelum quemdam, & magnum patriarcham Iacob. Et licet natura diſsimiles, in viribus tamen ſic æquales apparuerunt, vt alter in tota nocte non potuiſſet alterũ ſuperare. Sed aurora iam appropinquãte, confuſſus angelus ꝙ eum viciſſe non valuerit, ictu valido percuſsit eum in fæmore, & emarcuit, & remanſit claudus Iacob. Sed nec ob hoc in terrá decidit, vel a lucta deſtitit. Vnde compulſus eſt angelus petere inducias ab eo dicens. *Dimitte me iam enim aſcendit aurora.* Ad quem *Iacob. Nõ dimittam te, niſi benedixeris mihi.* In quo ipſe Iacob ſe inferiorem oſtẽdit. Ecce mirabilis figura miſterii noſtri hodierni. Duos enim viros depingit nobis euangelium per totam vitam ſic viriliter ſecum certantes, & tanta gratiarum, & priuilegiorum multitudine conferentes, vt vix aliqua inter eos diſparitas potuerit cognoſci. Iſti duo viri ſunt Petrus, & Ioannes. Iſte angelus de cælo, ille patriarcha de terra. Vterq. fere ſemper æqualis in donis. Quia ſi Petro conceſit Chriſtus claues ſui lateris, Ioanni tradit claues ſui pectoris. Si Ioannẽ fecit miniſtrũ a ſecretis, Petrum conſtituit ærarii ſui præfectum. Et ſi Io. ani cõ ceſsit virginem matrem, petro virginem ſponſam conceſsit eccleſiam. Si Ioãnem fecit ſpeculatorẽ terrę promiſſæ. Petrum aſsignauit ducem totius gregis qui eũ illo perducat, ſi Ioãnes inuenit illi paſcua, Petrus eſt qui paſcit eum, & paſtor eius. Si *Ioannes* callait Chriſtum eſſe filium æternum Dei. *In principio erat verbum, &c.* Ioa.1. id ipſum etiam confeſſus eſt Petrus clare, & aperte. *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Si Ioannes crucẽ amplexatus eſt in Hieruſalẽ, Petrus ipſi cruci affixus eſt Ro-

Gen. 32.

Ioa. 1.

Mat. 16

Romæ. Si alter aſcendit ad gloriam montis Thabor. alter nõ remanſit ad radicem eius. Deniq. ſi iſte martyr eſt, apoſtolus, atq. propheta, eiſdem etiam diuitiis condecoratur & Petrus. Ambo ergo priuiligiorum paritate ſic currunt, vt vix aliqua inter eos diſparitas percipiatur. Sed quamtumcumq. corroboretur petrus, ſi non cadit in terram proſtratus, infæmore tamen percuſſus remanet, ideſt in generatione, & virginitate, in quo ſuperatur a *Ioanne*. Vnde reſpectu Ioannis claudus remanet Petrus. *Virgines enim ſunt qui ſequntur agnum quocunq. ierit.* Et per hanc viam virginitatis nõ potes Petrus ſequi Chriſtum ſicut Ioannes. *S*ed ſi per hanc viam non valet ſequi eum, poteſt tamen per aliam, per martyrium, & crucem, & per hanc vocatur hodie ab ipſo Chriſto. *Sequere me.*

Apo 14

SE*quere me.* Sine Chriſto duce dificultates huius vix ſuperare non poſſemus. Immo nec aggredi auderemus. Ideo Iſa. 55. *Ipſum dedit ducem ac preceptorem gentium.* Nec ſufficiebat dediſſe eum in præceptorem qui viam oſtenderet, & doceret. Niſi inducem etiam dediſſet eum. & Aug. homo ſequẽdus nõ erat, qui videri poterat, Deus ſequendus erat, qui videri non poterat. Ideo, inquit, vt exhiberet homini & quem videret, & quẽ ſequeretur, factus eſt Deus homo quẽ videret, & Deus quẽ ſequeretur. Aug. ſer. de natiuit. Et Moyſes cõpulſus ducere populum ad terrã promiſsã per aſperitatẽ deſerti, clamauit. *Niſi tu ipſe præcedas in via, ne educas nos de loco iſto,* quia nullo alio duce tot dificultates, deſerti calcare poſſe cõfidimus. Et tunc miſsit eis Deus in ducẽ columnã ignis, & nubis. Hoc eſt Chriſtum *I*eſum Deũ & homimen

Iſſa. 55.

Aug.

Exod. 3

ſem verũ. Quo duce om-
nia mala deſerti ſuperaue-
rũt. Ioſeph præcepit popu
lo ſuo. *Poſt mortem meam*
Gen. 50. *Deus viſitabit vos, & aſcē*
*dere vos faciet de terra iſ-*
*ta ad terrā, quam iurauit*
*Abrahā, Iſac, & Iacob, aſ*
*portate oſſa mea vobiſcum*
Ad quid oſſa arida ſua an-
te populũ ferri præcepit?
vt quoties præ afflictione
viæ magis oppreſsi inue-
niantur, oculos coniiciant
in patientiā illius, quē ante
ſe portabant, & ſic corro-
borarētur exemplo ſuo, ne
deficerent in via. Sic etiā
præcepit dominus Moyſi.
Num. 11 Num. 21. *Fac ſerpētē æneū*
*& pone eum pro ſigno &*
*qui percuſſus aſpexerit vi-*
*uet* Populus enim percu-
ſus a ſerpētibus in deſerto,
deficiebat. Figura aperta
ducis noſtri Chriſti Ieſu,
qui in ſimilitudine ſerpen
tis, & carnis peccati, pro ſig
no ponendus erat in cruce
vt percuſus a quacũq. ſer-
pente, aſpiciens in eũ viue
ret. Hinc paulus vocauit
eum *Tentatum per omnia*
Heb. 4. & Iſa. 53 *Virum do* Heb. 4
*lorum*, ideſt ex omnibus Iſa. 53.
doloribus compoſitũ, quia
vix aliquē dabis, quē in illo
nō inuenias. Et hoc vt om
nibus exemplum eſſe poſ-
ſet, & dux in hac via dolo-
rũ. Qui enim vno tantum
dolore percuſsus reſpiciat
in eum tot, tantisq. dolori
bus circundatum in cruce
neceſſario conſolabitur.
Ideo afflictis dicebat. Luc Luc. 9.
9. *Tollat crucem ſuā, & ſe-*
*quatur me*. Ad quid ibit
poſt te? vt videns me cum
cruce longe duriori præ-
cedentem, immo cũ mul-
tis crucibus, & longe gra-
uioribus, ſuam met leuiſsi-
mam, & facilimā reputet.
Ideo hoc ſingulari ſolatio
vti ſolebat ſponſa in om-
ni afflictione ſua, & dice-
bat. *Faſciculus mirrhæ di-* Cant. 1
*lectus meus mihi, inter*
*vbera mea commorabi-*
*tur*. Faſciculus mirrhæ.
Dicit. Vn morron de
mirra, de cruces. *Ideo in-*
*ter vbera mea*. Et ante
ocu-

oculos meos ſemper commorabitur. Ad quid? vt videns quot amariſsimas cruces ipſe pro me portet, meam crucem facilem ac leuem iudicem. Hinc *Gre*
*Gregor.* gor. dixit. Nihil eſt quod æquo animo nõ tolleretur, ſi paſſio redemptoris in memoriam reuocetur. Quia quilibet labor, dolor, ac afflictio perfacilis apparebit, reſpectu tantę paſsionis. Ideo dicitur Petro. *Sequere me, &c.*

S*Equere me*. Vt ſubditi ſequãtur te. Vos a mi, y ellos a vos. *Ego flos campi.*
*Cant.2* Cant. 2. Non hortorũ, ſed campi. Porque ſu fragrantia es para todos. Talis debet eſſe prælatus. *Sic Pau. Chriſti bonus odor ſumus.*
*2.Cor.2.* 2. Cor. 2. ideſt Chriſti fragrantiam habemus, omnibus (inquam) communem qua omnes attrahamus ad Chriſtum exẽplo noſtro. vel ſecundo. *Sequere me.* in morte crucis. Vel tertio *Sequere me*. Exẽplo meo animam tuam ponens pro ouibus. Blaſoneays de amarme mucho, moſtradlo en eſſo. Antequam Petrus cecidiſſet, arroganter dicebat Chriſto. *Sequarte quocũq. ieris*. Et dixerat Chri *Ioa. 13.*
ſtus. *Quo ego vado vos nõ poteſtis venire*. Nihilominus reſpondit. *Sequar te quocunq. ieris*. Et cum omnibus diſcipulis dixiſſet. *Hac nocte ſcandalum pa-* *Mat. 26*
*tiemini omnes vos*. Reſpõdit Petrus. *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ego nunquam ſcandalizabor*. Sed audiuit audax iſte. *Amen dico tibi, quod antequam gallus cantet, ter me negabis.* Antequam Chriſtus moreretur dicebat. *Quo ego vado, vos no poteſtis venire*. Nullus enim poterat eũ ſequi ante paſsionem ſuam Sed ipſe dicit Petro. *Sequere me*. Et Ioa. 13, interroga *Ioa. 13*
uit Petrus Ieſum. *Domine quo vadis?* (Et ibat ad mortem.) Et reſpondit Chriſtus. *Quo ego vado non potes me modo ſequi, ſequeris*

*autem poſtea.* Quando? quando iam ego cruci affixus fuero, tunc dicã ego tibi *Sequereme.* Tum quia ſi ipſe dixit Pſal. 21. *Ego sũ vermis & non homo.* Eſte guſano carcomera la peſadumbre dela cruz, y la dexara tan ligera, que a puedan lleuar las niñas. Tum etiam quia Exemplo ſuo non ſolum corroborantur homines ad mortem ſubeundam ſed etiam eam irrident & cõtemnunt. *Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt ſtimulus tuus?* Et Paulus dicebat. *Bonum mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.* ideſt quam vt quis duriora patiatur pro Chriſto quã ego. No conſentire que nadie me la gane en eſſo. Ideo nunc dicitur Petro. *Sequere me.* O magnà gratia facta Petro. *Sequere me* Per paſsionem crucis. Eccli. 23 *Gloria magna eſt ſequi dominum* Mori in cruce magna gloria eſt. Rex Aſſuerus volens honorare

1. Cor. 15
1. Cor. 9.
Eccli. 23
Eſther. 6

ſeruum fideliſsimum Mardocheum, præcepit eum reponi ſuper equum met ſuum. Sic volens Chriſtus honorare ſeruum fideliſsimum Petrum, eum ſedere fecit ſuper equum gloriæ ſuæ, ſuper crucem. *Sequere me.*

C*Onuerſus Petrus.* Semel iam vocatus fuerat, quomodo nunc dicitur conuerſus? iuuenis vocatus. Luc. 9. Nec ad ſepeliendum patrem permiſſus eſt reuerte re. Sed audiuit. *Sinite mortuos ſepelli re mortuos ſuos.* Et ad aliũ dicentem *Sequar te domine, ſed permitte mihi renũtiare primum his, qui domi ſunt.* Reſpondit Chriſtus. *Nemo mittens manũ ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Et ipſe Petrus prima voce vocatus. *Relictis retibus, ac patre ſequutus eſt Chriſtum.* Sed quid hoc, quia nunc à Chriſto vocatus dicitur cõuerſus? forte ex eo pro-

Luc. 9.
Luc. 9.
Mat. 4

prouenit quod, prima vice vocabatur ad glorioſam apoſtolatus dignitatẽ. Nũc autem ad ignominiã & paſſionem crucis. Ecce ad honores mira celeritate rapitur pectus humanum, ſed ad opprobria, & mortificationes Christi tolerandas graui pede accedit. Quod conſiderans Chriſtus, quoties alios de inceps vocabat, nõ ſtatim proponebat eis dura, ad quę vocabãtur ſed potius dultia & delectabilia. Vocans Moyſem ad educendum populum de

Exod. 3. ęgypto, dixit illi. *Veni, mittam te ad Pharaonẽ*. Non dixit, vt opprobria multa ſuſtineas a Pharaone, vt millies lapideris a populo. &c. Sed. *Vt educas populũ meũ*. Vt dux ſis innumerabilis multitudinis, &c. *I*llis enim primo auditis fortaſſe retrocederet Moyſes. ſed audiens. *Faciã te Deũ*

Exod. 7. *Pharaonis*. Ssatim reſpondit. *Qui dicam ei*. Quaſi dicat, eia ergo cito mitte me, quia præſto ſum vt vadam ad eum. *I*deo Petrus quia prima vice vocabatur ad honores, cito. *Relictis omnibus ſequutus eſt Chriſtum*. Nec conuerſus dicitur. Nunc autem ꝙ vocatur ad amaram crucem, dicitur. *Cõuerſus Petrus, etc.*

SEd minime. Sentiamus, ꝙ præ timore mortis dicatur conuerſus, ſed alias cauſas huius aſpectionis retro inueſtigemus. Et prima ſit quia Petrus prelatus erat, cui cura ouilis dominici incumbebat. Vnde ad bonum ouium diuinæ contemplationis actus relinquere debebat ad tempus. Moyſes facie ad faciẽ loquebatur cum Deo in monte, ſed peccante populo eius ad radicem montis audiuit. *Vade, peccauit populus tuus*. Exod. 32. Exod. 32. Quaſi dicat ſi quidem tuus eſt, & cura eius incumbit tibi, relinquere te oportet dulcedinem contemplationis faciei meæ, vt recurras ad ſalutem eorũ. Nec ſem-

Gen. ſemper magnus Patriarcha Iacob vacabat amplexibus pulcherrimę Rachel ſed iterum atq. iterum ad Lyam conuertebatur ? & ſolatium etiam, ac bonum eius curabat, quia de vtraq. impoſita erat ei cura. Ideo Paulus dicebat. *Optabam ego anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis.* Ro.

Rom. 9. 9. Quaſi dicat, vt exponit Gregorius deſidero a contemplationis, & viſionis diuinæ dulcedine ſeparari, vſq. ad finem mundi, ob ſalutem fratrum meorum. Sicut Martinus qui id ardē ter optabat, & aduc dicebat, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſ ſo laborem, ideſt non recuſabo in laboribus huius vitæ immorari vſq. ad conſumationem ſæculi. Hoc certe munus prælatorum eſt. Ideo non vitio, ſed virtuti, ac vigilantiæ tribuendum eſt Petro, ſi vt bonus prælatus ab ipſa Chriſti cōtemplatione aliquando diuertatur, vt conuertatur ad bonum gregis. Ideo. *Conuerſus Petrus.*

Q*Vem diligebat Ieſus.* Amare Deum creaturas eſt benefacere illis. amauit cælos, & tanta eos pulchritudine, luce, ac ſtellarum varietate decorauit. Quod etiam fecit cum herbis, piſcibus, auibus, plantis, & animalibus, quæ omnia miris proprietatibus exornauit, eo ꝙ amauerit ea. Quem ergo per eminentiam amabat, quibus theſauris, & bonis non ditaret? credo certe ꝙ omnibus ſimul gratiis clarificauit, quas inter alios ſanctos diuiſit. Ideoq. diſcipulum, doctorem, apoſtolum, euangeliſtam, martyrem, confeſſorem, virginem, prophetam, & pathriarcham fecit eum, inſuper & deſponſatum quis dinumerare valeat quot diferentias ſaporum diuiſererit Deus,

in ci-

in cibis? ſed deniq. cibum vnum creauit, in quo illas omnes ſimul congregauit, & cum eminentia. Quem manna apellauit. De quo.

Sap. 16 Sap. 16. *Panẽ de cælo præſtitiſti eis omnem delectamentum in ſe habentem, et omnis ſaporis ſuauitatem.* Ille erat manna de cælo. Sed manna de terra Ioannes eſt, in quo excellentias & gratias aliorum ſanctorum congregauit Deus, &

I. Cor. 12 in altiori gradu. *Nunquid omnes apoſtoli? omnes prophetæ? omnes doctores?* Quaſi dicat, minime. Immo. *Quoſdam dedid apoſtolos, quoſdam prophetas &c.* Sed Ioannes omnia hęc ſimul poſsidet. Vnde hoc? quia pereminentiā ipſe eſt. *Quē diligebat Ieſus.* Hinc etiam eſt, quod inter tres, ipſe vnus ſemper erat vocatus inteſtē, ad gloriā thabor videndam, ad filiā Archiſinagogi reſuſcitandam, ad ſolatium Chriſti in agonia horti, & ſudore ſanguinis. Et ad quælibet alia prodigia facienda ipſe, & primus forte vocabatur a Chriſto, quia erat. *Quē diligebat Ieſus.* Quemq. ideo maxima gratia, ac gloria repleuit, &c.

(.?.)

DE

# DE SANCTO IOANNE.

## SERMO QVARTVS.

*Conuerſus Petrus vidit diſcipulum. &c. Ioa. cap. 21.*

ZEnoni Philoſopho dixit quidam diſcipulus eius, ſententias Philonis perbreues eſſe, Ad quem reſpondit Zenō, verū eſt, oportet enim & ſilabas earum breues eſſe, ſi fieri poſſet. Et hoc quia plures ſentētias, quam ſilabas quælibet continebat, vnde & ſilabę earum miſteriis etiam grauidæ apparebant Idem de ſentētiis Petri dicere poſſumus. Quæ certe plures ſentētias, quā ſilabas, immo, quam literas & quam apices continebant.

Ioa. 13. In cœna ad lotionem pedum ſolum dixit. *Domine tu mihi?* Super quod

Aug. Aug. cogitanda ſunt potius verba, quam dicenda. Engolfeſſe en ellas el penſamiento, y no ſe atreba la lengua a declararlas. Sic nunc audi quas ſententias proferat de Ioanne. *Quē diligebat Ieſus. Qui ſupra pectus recubuit. Hic autem quid?* Ad ſit gratia, vt aliqua miſteria intus latentia aperiamus. Aue Maria.

C*Onuerſus Petrus vidit* Inter mirabilia ſacræ ſcipturæ illud forte mirabilius iudicabis, ꝙ vno ſolo verbo tot ſententias cō præhendere nouit, vt ad eas explicandas & verba, & tēpus non ſufficiant. *Vidimus gloriam eius, quaſi vnigeniti a patre.* Ioa. 1. Ioa. 1.
In vno volumine toto perfectiones hic contentas ex

tendere non poſſet, & 1.
1. Cor. 13 Cor. 13. *Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* Et volens extollere excellentias Dauid id ſolum dixit.
Act. 13. *Inueni virum iuxta cor meum.* Quæ verba ſufficerent ad miſteria hic cõ præhenſa reſeranda? & de ſanctiſsimo Ioſeph ſolum
Mat. 1. prædicauit, *Virũ Mariæ.* Et de virgine matre? *De qua natus eſt Ieſus.* Explica, ſi potes, quæ ſub his duobus verbis clauduntur magnalia. Voluit ergo euangeliſta vno verbo tot, tantaq́. magnalia Ioannis comprehendere, quæ nulla poſſet lingua explicare, & dixit. *Quem diligebat Ieſus.*

¶ *Quem diligebat* Ieſus. Deum aliquem magis diligere non tantum eſt ex parte diuinæ eſſentiæ præciſſe, ſed ex diſcrimine donorum. Quia amare Dei eſt benefacere. Vnde S.
D. Tho. Thomas 1. par. q. 20. arti. 3. dicit ꝙ duobus modis poteſt aliquis magis vel minus amari, primo modo ex parte actus diuinæ volũtatis qua ratione æqualiter Deus diligit omnia, quia vno, & ſimplici actu volũtatis amat omnia. Nec enim diuina volũtas ſimilis eſt noſtræ, qua modo intenſiori, vel minus intenſo diuerſa diligimus. Alio modo ex parte ipſius boni, quod aliquis vult amato, & hac ratione nõ æquale borũ vult omnibus, ſed aliis magis, aliis minus, cũ enim diuina dilectio cauſa ſit bonitatis rerum, ſi hoc modo omnia æqualiter diligeret Deus, omnia eſſent æqualia in bonitate, ideo ille magis dilectus dicitur, in quẽ potiora contulit dona. Se-
Zirilus. cundo ſicut dicit Zirilus. lib. 12. Super Ioan. ca. 17. Deus non mouetur in aniter ad amandum. Vnde cum Ioannem plus diligeret, ſignũ cærtę quod plures, ac maiores rationes aſtruxit in eo, vt plus diligeret illum. Tertio vt di

cit Ricardus lib. 3. de trin. cap. 3. amor non eſt iucundus, niſi reciprocus. Amare enim eum, qui odit me, graue tormentum eſt mihi. Si ergo Ioannes plus cæteris diligebatur, hoc erat, quia plus cęteris diligebat. Hinc celebris quæſtio orta eſt, quis plus diligeret Ieſũ Petrus, an Ioannes? Et ſecũdo, quem plus diligeret Ieſus, Petrũ, aut Ioannẽ? Sed ſupponendũ primo, ꝙ omnia creata bona ſunt. Sic de eis dicitur. Geneſ. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Ideo omnia diliguntur ab optimo Deo. Sic Sap. 11. *Diligis omnia quæ ſunt, et nihil odiſti eorum quæ feciſti.* Secundo ſupponendũ eſt, ꝙ non omnia æqualiter diligantur a Deo. Vt ſupra declarauimus. Vnde Aug. ſuper Ioan. omnia diligit Deus, quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, Et de illis magis quæ ſunt membra vnigeniti fuilii ſui, & multo magis ipſum vnigenitum.

Geneſ. 1.

Sap. 11.

Aug.

Sed pro pima quæſtione videtur ꝙ plus Petrus amauerit Chriſtũ, quã Ioãnes quia interrogatus a Chriſto. *diligis me.* Reſpõdit. *Etiã domine.* Et deniq. interrogatus. *Diligis me plus his?* Reſpõdit *Etiã domine, tu ſcis qnia amote.* ſcilicet plus his. Licet ad hoc reſpõdeat Hugo l. 1. miſe. eccleſ. Titulo. 98. nõ enim quia illũ interrogat, Ideo Chriſtũ ardentiori pro ſequitur amore, ſed interrogauit eũ, vt videret, ſi tãto pere in ipſo confidebat, ſicut & antea, & ideo nõ eſt auſſus reſpondere ſe pluſquã cęteros amare Chriſtũ ſed hoc ſecretũ Deo reſeruatũ eſt. Sed ex altera parte videtur ꝙ Ioannes plus amauerit Chriſtũ, quod videtur ſentire Amb. dicens Ioannes plurimũ diligens, ideo redamatus plurimũ. Grego. omne quod loquitur Ioannes, igne dilectionis vaporatur. Et ex hac,

Ioa. 21.

Hugo.

Amb.

Grego.

Prima quęſtione reſoluenda eſt Secunda, quia qui plus diligit Deum, plus diligetur a Deo. Ipſe enim dixit Prouer.8. *Ego diligentes me diligo.* Et Seneca dicebat. Monſtrabo tibi amatorium ſine medicamento, ſine herba, & ſine veneni carmine. Si vis amari, ama. Ergo qui plus amat, plus amabitur. Et qui plus amatur plus amat, iniuſtitia enim videtur, ꝙ plus eũ diligeret Deus, a quo minus diligebatur.

*Pro.* 8. *Seneca.*

S Sd hoc totum confundi videtur ex quæſtione illa, quam acutiſsime diſcutit Auguſti. ſuper Ioãnem. Quid melius ſit, diligere Deũ, vel diligi a Deo, & poſt multas rationes ſui ingenii dignas concludit, meliorem dicerẽ, qui plus diligit Chriſtũ, & fęlitiorem quẽ plus diligit Chriſtus, & eſt manifeſta miſericordia (inquit Auguſt. tractat. 124 in Ioannem) ſed occulta iuſtitia minus diligentis eum, a quo plus diligitur: & plus eum a quo minns diligitur. Vbi Aug. reſoluere videtur, ꝙ Ioannes plus amabatur a Chriſto, ſed Petrus plus amabat Chriſtũ, ideo Petrũ meliorem ſed Ioannẽ fælitiorem iudicat Quis dubitabit, qui plus diligit meliorem, dicit ipſe.

*Auguſ.*

¶ Si dicas iniuſtitiam eſſe, plus amari a Chriſto qui minus amat Chriſtum reſpondeo cum Auguſ. ſuper Ioa. ꝙ eſt dilectio in ſigno exteriori, & in afectu interiori. Secundum dilectionẽ ſigni exterioris, magis diligebat Chriſtus Ioannẽ, quia maiorem ei familiaritatem exhibebat. Sed ſecũdum dilectionem in affectu interiori, magis diligebat Petrum.

*Aug.*

¶ ꝙ ſi vrgeas. Deum debere maiora dilectionis ſigna ei oſtendere, quem magis diligebat in rei veritate *Dico* quod ad occultum miſterium reducit hoc Auguſtinus, quia per Petrum vita actiua, per Ioannem vita contem-

platiua figurantur. Et quia illa durior, hæc dultior eſt, ideo familiarius ſe ex hibe bat Chriſtus Ioanni quam Petro. Secundo dico cum Bernardo ꝙ Petrus dilexit feruẽtius, Ioannes dultius ideo ille diligebatur fortius, iſte familiarius. Tertio dico. Cum D. Tho. 1. par. quæſt. 2. articulo. 4. ꝙ Petrus plus diligebat Deum in proximis. Quia enim caput eorum conſtituerat eũ Deus, peculiarem ei erga illos infudit amorẽ & charitatem, ſed Ioannes Magis diligebat eum in ſe ipſo Vnde Petrus accepit curam regiminis, & Ioannes gratiam contemplationis. Et vnicuiq. pro captu ſuo diuiſſerat Deus dona ſua. Cum ergo amor Ioannis nobilius reſpiciat obiectũ, abſolute dicendus eſt melior. & gratior, vnde & ipſe ſic amans dicetur etiam Magis amatus a Deo.

Bernar.

D. Tho.

Q*Vod ſi ſcire deſideras.* Quid ſancti circa prę dictas quæſtiones ſenſerint, audi Bernardum dicẽtem. Petrus diligebat fortius & ardentius. Ioannes tenerius, & ſuauius. Vnde diuerſis rationibus vterq. plus altero diligebat Chriſtum & plus altero diligebatur a Chriſto. Hinc & Ariſt. 8. & hic. Sic reſoluit quęſtionẽ illam, quis plus filium diligat, pater, an mater? & dicit ꝙ mater plus eum diligat. Nihilo minus ab omnibus reſoluitur, ꝙ amor patris fortior, ac eficatior ſit, amor vero matris dultior, & ſuauior. Vnde Auguſti. fatetur ſuper Ioannẽ. amorem Chriſti erga Petrum fortiorẽ fuiſſe. Sed dultiorẽ, & ſuauioribus modulis oſtenſum erga Ioãnem. Et Plutarchus tradit, duos ſibi maxime charos habuiſſe Alexãdrũ Parmenionẽ, & Epheſtionem, quorum quemlibet magis diligebat Alexander, Sed diuerſis rationibus? Vt imperator magis diligebat Parmenionem,

Bernar.

Ariſt.

Aug.

Hiſto.

 qui

qui mira prudentia & pace regna ſua gubernabat. Sed vt Alexander plus amabat Epheſtionem. Eius enim pulchritudo, prudentia, & dulcedo conuerſationis, eum valde amabilem reddebat. Idem nunc dicere poſſumus de Chriſto ꝙ inquantum caput eccleſiæ plus diligebat Petrum, quem ad eam gubernandum aptiorem inuenie bat. Sed vt Ieſus (para ſu conuerſacion, y entretenimiento) magis diligebat Ioannem, quem pulchriorem, mitiorem, & ingenii acumine pollentem videbat. Diximus ſupra ꝙ ſpōſa duo vbera habeat alterū lactis, alterum vini. Vinum fortius eſt, lac dultius et ſuauius. Illo potabatur Petrus, iſto Ioannes, ideo Petrus fortius diligebat, Ioannes dultius & ſuauius. Sed quodlibet horum in eſtimabilis prætii eſt, & beatus qui poſſederit illud.

S*Ed videamus nunc* quid *Ioannem* tanta dilectione dignum fecerit. Primo quia minor omnium apoſtolorū erat in ætate, quia a iuuentute ſua Chriſtum ſequtus erat. *Ideo* tenerius diligebatur a Chriſto. Hieronimus enim afimat de illo, quia prope puer erat. Et Deus exclamat per Micheam. 7. *Præcoquas ficus deſiderat anima mea.* Anſias tiene mi alma por fruta temprana. Et naturale videtur, vt iuniores filii plus diligātur a parētibus. *Ideo Iacob* puerum Benjamin ſuper omnes fratres diligebat. *Immo* & ipſa bruta animalia, dū iuniora ſunt gratioſiora nobis habentur *Ideoq*. Chriſtus ipſe clamabat. *Sinite paruulos venire ad me*. Atq. ideo paruulum *Ioannem* plus diligebat. *Hiero.* *Mich. 7* *Mat. 19*

S Ecundo quia præ omnibus naturali manſuetudine eminebat, agnus in manſuetudine videbatur. Et Chriſtus dicebat. *Diſci*

*te*

*te ame quia mitis ſum.* Ergo quoquis maiori māſuetudine floret, ſimilior mitiſſimo Christo erit. Sed ſimilitudo eſt cauſa amoris, vt dicit Ariſt. Vnde Ambroſius dicit, eſt a natura inſitū bonis, vt virtutes proprias in cęteris quiſq. amet & naturaliter bruta animalia ad ſibi ſimilia currunt. Ergo maior ſimilitudo maioris amoris cauſa erit. Sed Ioannes ſimilior erat Chriſto in manſuetudine, ergo merito plus amatus, & dilectus ab illo. *Mat. 11* *Ariſt.* *Amb.*

TErtio propter ſingularem excellētiam virginitatis. Quę virtus pręcioſa admodum eſt oculis Dei. In tantum vt dicat Chriſoſto. in ſer. Cum beata Maria ſuper omnem humanā creaturam caſtitatē ſeruaret, propterea Chriſtum dominum in ventre concepit. Nota illud propterea. Multa alia mouerant Deū ad hoc, vt eam elegerit in matrē. Sed hoc non minus immo fortius forte. Ideo. Prouer. 22. *Qui diligit cordis munditiā, habebit amicū regem.* Ideo. *Virgines ſequuntur eum quocūq. ierit.* Apoc. 14. Quia sēper eos deſiderat habere presētes. Et forte de eis dixit. *Delitiæ meæ eſſe cū filiis hominū.* Prouer. 8. Ideo Chriſtus plus diligebat Ioannē. vnde Hiero. li. 1. cōtra Iouinianum. Virgo permanſit, Ideo plꝰ amatur a domino. *Chriſoſt* *Pro. 22.* *Apo. 14* *Pro. 8* *Hiero.*

ET ſi placuerit, quartam etiam rationem addas, quia inter. 12. Apoſtolos ſolus Ioannes & Chriſtus fratres erāt ex eadem matre. Et hæc eſt ratio, quare Ioſeph plus amabat Bējamin, quā cęteros fratres, quia ſolus Benjamin frater vterinus erat, vt dicitur Geneſ. 43. merito ergo Chriſtus plus diligit Ioannem, quia frater eius eſt ex eadem matre. *Gen. 4.*

QVi ſupra pectus domini in cœna recubuit. Beda ſuper Ioannem dicit. Multoties Ioānes in pectore Chr̄i recubuit, ſed de hac *Bed*

potiſsimum peculiaris me moria ſit, propter tempo- ris circunſtantias. Præ do- loribus, & anguſtiis mor- tis apropinquantis deſati- gata erat anima & cor Chri ſti, tu ergo Ioannes, qui es requies mea, & ſolatium meum, requieſce ſuper pe ctus, & cor meũ. Et Amb. ſerm. 1. Epiph. dicit, ꝙ non tantum Ioannes in pectore Chriſti recubuit, ſed & Chriſtus in pectore Ioan- nis. Verba eius ſunt iſta. In triplici ſinu Chriſtus quie- uit. In ſinu patris in cælo. In ſinu matris, & Ioannis in terra. Et hoc conceſsũ fuit Ioanni propter præro gatiuam virgineæ purita- tis, vt ex virgineo pectore ſuggeret, quæ poſtea tra- deret nobis. Integritas e- nim mẽtis & corporis mul tum valet ad ſapientiã ca- peſſendam. Et Ariſt. 14. de animalibus dicit, ꝙ aues ha bentes in oculis humorem purum, & temperatũ, ſunt acuti viſus, & alti volatus. Patet in aquila, quæ ob pu

*Amb.*

*Ariſt.*

ritatem oculorũ, & altius volat, & ſolem irreberue- ratis obtutibus intuetur. Ioannes ergo qui mentis, & corporis oculos ab om- ni concupiſcencia carnali ſeruauit puros, vt cæleſtis aquila & altius volauit, & fluenta ſapientiæ ab ipſo dominici pectoris fõte po tauit. Et Paulus dicebat. *Gratias ago Deo meo, cui ſeruio in conſcientia pura.* Ideo ꝙ raptus eſt ad tertiũ cælũ, & archana vidit, quę non licet homini loqui. Et Caſiodorus dicit. Paulus venit ad tantam ſapientiã per cordis munditiam. Et Exod. 19. Filiis Iſrael le- gem recepturis præcepit Deus, vt lauarẽt veſtimẽta & a mulieribus abſtinerẽt quia ergo Ioannes hoc ma xime fecit, de ipſo met fon te pectoris meruit potari.

*2. Tim. 1*

*2. Cor. 12*

*Exo. 19.*

*Num. 11*

S*Vpra pectus*. Signum hoc fuit ſingularis dile- ctionis. *Nunquid ego con- cepi omnem multitudinẽ hanc, vt dicas mihi porta*

*eos in ſinu tuo, ſicut porta-*
*re ſolet nutrix infantem?*
Dicebat Moyſes. Num. 11
Hoc enim ſola mater face-
re nouit erga dilectiſsimos
infantes. Et vt Natham per
penderet, quantum ille oui
culam diligeret dixit. *Erat*
*illi quaſi filia, & in ſinu*
2. Re. 12 *eius dormiebat.* 2. Reg 12.
Et vt dilectionem diuini
paſtoris Chriſti erga agnos
ſuos ponderaret Iſaias di-
Iſa. 40 xit cap. 40. *In brachio ſuo*
*congregabit agnos.* Los lle
uara en braços, y no ſolo
eſſo ſino. *Et in ſinu leua-*
*bit.* & cap. 66. *Ad vbera*
*mea portabimini.* Sic certe
nec hodie natus eſt Ioan-
nes, nec mortuus, ſed obiit
in die beati Ioa. Bap. vt
multi affirmant, hodie ta-
men fæſtum eius celebrari
voluit Deus. Porq̃ lo ama
tanto Chriſto, q̃ quiere te-
nerlo ſiempre junto a ſi.
In natiuitate, in diſcurſu vi
tæ, in cæna, in horto, in cru
ce, ſemper fit ad latus eius
Ioãnes. Quomodo in vita
dilexerunt ſe, ita & in mor
te nõ ſunt ſeparati. Et hãc
vnionem ad latus Chriſti.
Petebat (ſecũdũ Metaphra
ſtem) quãdo collateralem
ſedem petiit, ne in æternũ
a latare eius ſeparaterur.
Abundancia de amor es.
Ideo. *Supra pectus.* Et ſpõ-
ſa de dilectiſsimo ſuo dice
bat. *Faſciculus mirrhę dile* Cant. 1
*ctus meus mihi ideo.* Inter
vbera mea cõmorabitur.
Quia ergo Ioãnes tenerri-
me amatur, ſupra pectus re
cipitur ab ibſo Chriſto. Re
ges multis ſolent vti fami-
liaribus, ſed vnus eſt ſuper
omnes, cui pectus ſuum a-
pertum eſt, & omnia ſecre
ta ſua reſerata. Et eccleſia-
ſticus conſulit cap. 6. *Mul-* Eccli. 6.
*ti pacifici ſunt tibi, conſi-*
*liarius vnus ex mille.* Iſte
fuit Ioannes apud Chriſtũ
cui ipſe Chriſtus omnia o-
culta pectoris ſui tradidit,
& aperuit. Hiero. de ſcrip
toribus eccleſi. dicit, fluen
ta euangelii de ipſo domi-
nici pectoris fonte potauit.
Sic Greg. ſuper illud Can. 1 Gregor.
*Meliora ſunt vbera tua* Nazian.

*vino*

*vino.* Dicit. Verbi amauit vbera, qui ſupra pectus domini in cæna recubuit, & repletus Chriſti miſteriis, nobis quoq. exhibet mammillam a verbo impletam. Gregor. Nizenus. Idē Ho. 1. in Cant. Veluti quādam ſpongiam cor ſuum appoſuit fonti vitæ, & ex ineffabili quadam benedictione repletus, &c. Et non ſolū miſteria indehauſit, quæ hominibus traderet, ſed quæ angelos doceret. Talia enim meſteria calluit recumbens ſupra pectus, quę nec angeli aſſequebantur, ſed ab ipſo poſtea acceperunt illa. Adā obdormiuit in paradiſſo, & miſteriū incarnationis cognouit. Dormiuit Ioannes ſuper paradiſum pectoris domini, & miſterium incarnationis verbi, immo & totius trinitatis cognouit. *In principio erat verbū, & verbū caro factū eſt.* Iacob dormiens ſupra petrā. *Vidit ſcalam, & dominum innixum ſcalæ.* Sed Ioānes dormiuit ſupra petram viuam Chriſtus, & totius trinitatis miſteriū calluit. Vnde de eo dicere poſumus vere Que ſupo mas luā dormiēdo que otro velādo. Deus igne dilectionis flagrans promiſſerat hominib⁹ per Iſa. 66. *Ad vbera mea portabimini.* Hoc ad implet hodie in Ioāne, vt vim dilictionis erga illū oſtenderet. Ad ſponſam dicebat olim Deus. Si amas me. *Pone me vt ſignaculum ſupra cor tuum.* Et hoc dico ego ipſi ſponſo hodie. Si tenerrime amas Ioānem in hoc oſtendas, ꝙ ponas eum. *Supra cor tuū vt ſignaculum* Vt faſciculum florum ad ſolatiū cordis tui. Hinc eſt ꝙ in agonia horti deſcēdit angelus ad eum conſolandum. Sed in agonia crucis, licet longe maior erat, nullus angelus deſcendiſſe legitur ad conſolandum eū. Quia dum adeſt Ioannes ad latus, non eſt neceſſaria angelica conſolatio, ſufficit enim Ioannes ad

Geneſ. Ioā. 1. Gen. 28. Iſa. 66. Cant. 8. Luc. 2

recreationem cordis Chriſti, ideo ſupra pectus collocat eum, Quid amplius deſideras o *Ioãnes?* dicas iã. Pſ.4. *In pace in idipſum dormiã & requieſcam.* Et ego dicã de te illud Deu.33. Deu.33 *Beniamin amantiſsimus domini habitabit confidẽter in eo, quaſi in thalamo tota die commorabitur.* Dormias ergo ſecure ſupra pectus.

S*Ic eum volo manere donec veniam quid ad te?* Ex hoc collegerunt diſcipuli, ꝙ Ioannes non eſſet moriturus. Vnde. *Exiit ſermo inter fratres, quia diſcipulus ille nõ moritur.* Sed cupiens id corrigere *Ioannes* ipſe addit. *Et non dixit ei Ieſus, nõ moritur, ſed ſic eum volo manere donec veniam.* Hinc patet. Como trueca el mundo las palabras. Sed id potius hinc colligamus, ꝙ ex his verbis omnes opiniones extirpari videntur, quę de morte *Ioannis* partem negatiuam defendunt, dicentes ꝙ non mortuus fuerit. Sic tenet San. Hipolitus martyr orat. De conſumat. ſæculi, vbi aſſerit *Ioã*nem non eſſe mortuum, ſed reſeruatum fuiſſe viuũ, vt ſimul cũ *Enoch*, & Helia deſcendat, dextruere Antychriſtum. Et idem afirmant multi. Contra quos ſic arguit Auguſtinus quia Aug. omnibus apoſtolis valde optabile erat mori, & eſſe cum Chriſto, non ergo tanto bono pribaret Deus dilectum ſuum, quod omnibus aliis conceſſum eſt, ergo non raptus eſt ad paradiſſum, venturus cum Enoch, & Helia in vltimo die in teſtem legis gratiæ, ſicut Enoch in teſtem legis naturæ, & Helias legis ſcriptæ vt multi & graues homines cæſuerunt. Sed Hiero. Gregorius, Auguſtinus, Hieronymus, Eutymius, Theophilactus & omnes fere grauiſsimi doctores tenent, ꝙ vere, & realiter Ioãnes noſter mortuus fuerit.

rit. Vnde ad literam, ſic intelligunt illud. *Sic eũ volo manere.* Sine martyrio, & ſine paſsione, *donec ego veniam.* Ad eum tollendum & mecum portandũ, quando mortis eius tẽpus accedat. Quaſi dicat, No quiero que muera muerte violenta, ſino q̃ viua largos años, haſta q yo venga por el, quando a mi me pareciere. Sic Auguſ. dicit. ſer. 149 Quantum mihi videtur. *Sequere me.* Dixit Petro. ideſt patere pro me, patere quod ego. Sed. *Sic Ioannẽ volo manere.* Sine vulnere ſine cruciatu; dormiat, in vita cõtẽplatiua, & expectet me. Et Hiero. ſuper illud. Mat. 20. *Calicem meũ bibetis.* Dicit. Quomodo calicem martyrii biberunt filii cæbedei, cum Ioannes propria morte vitã finierit? Et Tertullianus lib. de anima. Obiit Ioannes, quẽ in aduentũ domini remanſurum fruſtra fuerat ſpes. Vnde. *Sic eum volo manere.* In pace, & quiete, & in

Aug.

Hiero.

Tertul.

vita contemplatiua, donec tempus eius accedat, quãdo ego veniam ad tollendum eum per mortem naturalem, & non violentã, per quam tu tolleris. Sæpius enim in morte iuſtorum venit Chriſtus ad tollendum eos, ſecum q. portandos. Sicut ipſe promiſſit Ioa. 14. *Vado parare vobis locum, & iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, vt vbi ego ſum, vos ſitis.* Alii legunt. *Si eum volo manere, donec veniã, quid ad te?* Nõ legunt. *Sic.* Sed. *Si.* Et tunc non deffinit Chriſtus ſi Ioannes morietur, vel non, ſed ꝙ id ſcire nil referat, nec attineat ad Petrum. Quaſi dicat, quid ad te, quod iſte hac vel illa morte finiatur, vel ꝙ non moriatur? Quaſi dicat, Si yo quiero que eſte no muera (eſo es, manere) haſta el dia del juizio. Eſo es. *Donec veniam, quid ad te?* Tu me ſequere. Que es lo que a vos os importa, &c.

Ioa. 14

Sed

*Sed ſuppoſito.* Quod mortuus fuerit *Ioannes*, reſtat ſciendum quid factum fuerit de corpore eius vtrumq. enim nunquam ſatis reſoluere videtur doctores. An mortuus fuerit? & quid factum ſit de corpore eius? ideo in vtroq. aliquantulum immorari libuit. Iam enim cẽtenarius congregatis diſcipulis ſuis in monte alto, ſeu in templo quodam vt alii volunt fecit ſibi foueam præparari, in quam poſt lõgam exhortationẽ viuus introiuit & præ luce clariſsima, qua circunfulſſus eſt, oculis diſcipulorum inuiſus, & in acceſsibilis factus eſt, ſed ea claritate poſt horam recedẽte acceſſerunt diſcipuli & nihil inuenerũt in ſepulchro, niſi ꝙ manna in modum fontis ſcaturiret. Nec deinceps corpus eius viſum eſt amplius ſuper terram. Vnde orta eſt dubitatio, quid factum fuerit de corpore Ioannis. Hieronymus id reſoluere non audet, dicit q. Deus ſcit, ego id determinare nolo nec iudicare. Sed alii audent aſſerere, ꝙ morte deguſtata, quam citius reſurrexit, & in corpore & anima ſimul raptus eſt in cælum. Sic tenet S. Thomas ſuper cap. 21. Ioãnis, & in 4. Sentent. diſtinct. 43. ar. 3. ad ſecundum. & Amb. ſer 2. in Pſa. 118. & Petrus Damianus ſerm. 2. de laudibus Ioannis. Quod quidem probabile valde creditur, quia nullibi inuentum eſt amplius corpus eius. Nec credendum eſt, ꝙ voluerit Deus corpus dilectiſsimi ſui in terra occultari, & eo honore carere ſuper terram, quo corpora cæterorum apoſtolorum venerantur. Si enim ſuper terram eſſet venerari certe debuerat. Si oſſa patris noſtri Adam tanti fecit Noe, vt ſecũ duxerit in arca, vt dixit Iacobus ediſſenus, & refert Andreas Maſsio in cap. vltimo ſuper Ioſue Et Procopius Gazeus ſuper Exo. 13. dixit

*Hiſtoria* *Hiero.* *D. Tho.* *Proco.*

dicit, ꝙ cum filii Iſrael au ro & gemmis pleni exiſsẽt de Aegypto, eo ſolo contẽ tus exiuit Moyſes, ꝙ oſſa Ioſeph. ſecũ ducebat. Quã ti ergo haberentur oſſa tã ti viri Ioannis apud nos om nes? mirabili certe venera rẽtur honore, ac ſingulari frequẽtia, & deuotione vi ſitarentur. Nec tãto hono re priuandum erat corpus dilecti, ſi ſupra terrã ma neret. Sed certe non eſt ſu per terram, ſed in cælum aduolauit ſimul cũ anima. Leuit. 1. Pręcipiebatur, ꝙ ſi oblatio fieret de animali bus, diuideretur, & alterã partem comederet popu lus, alteram ſacerdotes, & alterã domino dedicarẽt. Sed ſi de turture, & colum ba fieret ſacrifitium non ſe carent, nec ferro diuiderẽt eas, ſed integras offerrent eas domino. *Quia oblatio ſuauiſsimi odoris Deo.* Sic ſe habuit Chriſtus erga apo ſtolos. Cæteros enim diuiſ ſit, & ſecauit in partes tem pore ſacrifitii, quia corpo ra eorum terræ tradidit, animas vero ſibi aſſumpſit ſed virginem matrem, quę columba erat, & Ioannem qui turtur, integros ſibi of ferri voluit, & in corpore ſimul & anima ſecum trãſ tulit in cęlum. Sic etiam di citur Geneſ. 15. ꝙ *Abra ham cætera animalia diui ſit in ſacrifitio, turturem autem, & columbam non diuiſit, ſed integras obtulit Deo.* Ecce ergo cęteri apo ſtoli diuiſi ſunt in morte, corpus in terra remanſit, & anima in cælum volauit Sed Maria & Ioannes, vt aues, integræ volauerunt ad æternam glorian, ad quam, &c.

(.?.)

Leuit. 1.

Gen. 15.

# DE INNOCENTI BVS SERMO PRIMVS.

*Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph. &c. Mat. ca. 2.*

I

Eccleſ. MVſica in luctu importuna narratio. Dixit eccleſiaſticus cap. 22. Fæſtum vniuerſalis gaudii, ac gaudium totius vniuerſi cælebramus, quia cõmunis ſaluator, ac redemptor omnium acceſſit. Immo & per aæra choros audimus Angelorum reſonantes. *Gloria in excelſis Deo.* Quare ergo in tanta lætitia dilacerationem infantium tenerorum, & parentum funeſtas lachrimas, ac lamenta pro clamare compellimur? ſed cũ ſapiẽtia ipſa nati verbi hoc ſic diſpoſuerit, ipſe illam nobis concedat hodie ad congrue loquendum, Aue.

ANgelus domini apparuit Ioſeph. Omnes quattuor principatus mũdi, ſeu Monarchiæ tyrannico principio poſſeſſæ ſunt a primis principibus earum. Vnde iuſto iuditio impie, & tyrannice omnes illi occiſi ſunt. Prima Monarchia fuit Aſsyriorũ cuius primus princeps fuit Nino, qui ſecundum Auguſtinum, vi armorum factus eſt princeps. Et deniq. ſagitta transfixus violenta morte periit. Secunda fuit Medorum, ac Perſarum. Et huius primus imperator fuit Cyrus. Qui Babiloniam ſubiugauit. Quique poſt multas victorias fælicisſime Hiſto.

obtens

obtentas a fæmina miſere occiſſus eſt. Thamiris enim Maſagetarum regina eam debellauit. & abſciſſũ caput eius miſsit in vtrem humano ſanguine plenum dicens. Hartate de ſangre humana pues tanta ſed as tenido della. Sic narrat Valerius. Tertius fuit Grecorum. Cuius primus, & vltimus monarcha fuit Alexander Magnus. Qui vt tradunt Cicero, & Plutarchus, mortifero veneno cõpulſus eſt deſerere principatum. Quarta fuit Romanorum. Et huius primus princeps fuit Iullius Ceſſar, qui 24. pũgionibus gladii emiſsit animam, rationi enim ſatis conſonat, vt qui multos occidendo tyrannice principatum vſurpauerant, illud tyrannice occiſsi enomerent. Sed quæ ratio cogit, vt princeps noſter nouiter natus tyrannice occidatur ab Herode tyranno, qui principatum non tyrannice vſurpauerat, ſed cælo toto, tota q terra illum offerentibus ei tota voluntate? minime ſic erit. Ideo in ſomnis exhortatur Ioſeph ab angelo, vt fugiat cum puero in Aegyptum. *Angelus domini, &c.*

A*Ngelus domini apparuit.* Statim ſe ſe offert nobis dubitatio, quare natus puer tot puerorum necem voluerit? & quare virgo infantem ſuum abſconderit, ſi quidem eo demonſtrato, crudelitas ceſſaſſet iſta? hoc enim crudeliter factum apparet. Sed ad primum dico cum Chriſoſt. *Chriſoſt.* q hoc ſic permiſſerit Deus ad futuris ſeculis oſtendendam, & confirmandam in eis veritatem ſuæ natiuitatis in carne humana per iugem huius facti memoriã, & ſic firmiorem de humanæ naturæ vera aſſumptione fidem aſtrueret. Et fuit quidem neceſſarium tantum exemplum ac memoria, ſi quidem ea adhuc extante multi inſurrexerunt

hæretici, qui Deum veram naturā humanam aſſumpſiſſe poterunt negare non erubeſcant. Ad ſecundum dico cum Auguſ. in ſer. de Innocent. Ecce prophanus hoſtis, nunquam beatis paruulis tantum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit odio. Quia quantum cōtra beatos paruulos iniquitas abundauit tantum eis gratia benedictionis infudit. Et hoc bonum contulit eis virgo abſcondens puerum ſuū, quē ſi oſtendiſſet, illi vixiſſent quidem, ſed forte mortem Chriſti machinati etiam fuiſſent, ſimul cum cæteris iudæis. A quo ſcelere per mortem nunc liberantur, & martyrii gloria coronantur. Non ergo ad crudelitatem, ſed ad benefitium imputetur virgini.

*Aug.*

A*pparuit Angelus Ioſeph.* Non aparuit Mariç, vt ſecretum hoc apperiret, ſed Ioſeph. Vbi docemur, ſecreta grauiora mulieribus non communicanda, ſed prudenter aliqua occultanda eis, nunquam valuit Dalida conuincere prudentiſsimum Samſonem, vt ſecretum fortitudinis ſuæ oſtenderet ei. Quamquid ē habebat in capillis. Multa enim ſecreta capilis ſubtiliora ſunt, ideo nec fæminis aperienda. Moyſes Aaron, & Maria fratres erāt. In eadem domo ſimul degebāt, nihilominus Moiſes non manifeſtabat ſecreta ſua Mariæ, ſed Aaron. & 3.Reg 21. Videbis quantū recuſauerit Achab oſtendere ſecretum ſuum reginæ vxori ſuæ. Sed *Ingreſus cubile ſuum recubuit ſuper lectum, & auertit faciem ſuam ad parietem.* Et vtinam perſeueraſſet in ſilentio ſuo, quia nunquā Nabot impie interfectus fuiſſet. Et Sarra ſanctiſsima erat, at tamen prudentiſsimus Abraham ſecretum de filio ſacrificando nunquā aperuit ei. Aliter enim forte fælicem ſic finem nō

*Iudic. 6.* *3. Re, 21* *Gen. 22.*

habuiſſet oblatio. Nec ipſe Chriſtus indicare voluit matri ſuæ, quid facere excogitauerat in nuptiis, licet ipſa dolens peteret ab eo dicens *Fili vinum non habent.* Sed dixit ei Chriſtus *Quid mihi, et tibi mulier?* Satis inſtruuntur hic prudentes viri, ne ſecreta omnia vxoribus adaperiant, quantumcunq. prudentes ſunt. Siquidem Angelus recuſat virgini patefacere ſecretum hoc, & manifeſtauit illud viro ſuo Ioſeph. *Apparuit Angelus Ioſeph.*

Ioa. 2.

APparuit Ioſeph. Non apparuit Angelus Mariæ, ſed Ioſep, ergo ob hoc melior Ioſeph, quam Maria? abſit. docemur certe non ſanctiores, aut meliores eſſe iudicandos, quibus maiores viſiones, & reuelationes fiunt, maiores q. fauores ſpirituales cõmunicantur, quia (vt ſupra diximus ſecundum Auguſ.) Petrus melior Ioãne, & fortius amabatur à Chriſto, ſed tamen maiorem familiaritatem, & excelentiorẽ demonſtrationem exteriorem dilectionis exhibebat Chriſtus Ioanni, quam Petro, ita vt Ioannes appellaretur dilectus per anthonomaſiam, & plures, ac lõge maiores reuelationes habuit Ioannes quam Petrus, vt patet in Apoc. Sed cũ ex maiori dilectione maior perfectio reſultet, Petrus qui plus diligebat, perfectior erat Ioanne, licet tot reuelationibus non afficeretur. Ex quo id etiam patet, ꝙ vita cõtemplatiua ex ſe ipſa non ſemper meliores efficiat quam vita actiua. Vnde nec Mariã perfectiorem Martha iudicabo, ex eoq. ſeden ſſecus pedes domini tota perfunderetur dulcedine verbi eius, quia iudicium hoc ex feruentiori amore interiori ſumendum eſt. Quẽ forte longe maiorem habebit quis in vita actiua detentus, quis. Saulem ſpiri-

Aug.

Luc. 10.

1 Re. 10

ſu prophetico plenum inter Prophetas meliorem iudicet Dauide perſequutionibus vndiq. circundato? vel in regimine regni occupato? quis Balaam ab Angelo viſitatũ meliorem ex eo iudicet? ſi enim de vita contemplatiua dicitur. *Maria optimam partem elegit*, non eſt quia perfectiorem faciat. In vniuerſum & infalibiliter. Sed quia. *Non auferetur ab ea in æternum*. Quia perſeueratura eſt in patria, Quod non ſic erit de vita actiua, ſed ad bonum noſtrum finietur cũ morte. Abſolute enim ille eſt melior, qui feruentior in amore, cum ergo longe excederet Maria ſponſum Ioſeph in hoc feruore, longe melior, longe ſanctior, & perfectior erat, licet non ipſa nunc, ſed Ioſeph viſitatur ab Angelo.

*Num.22.*

*Luc.10.*

IN *ſomnis*. Mirum eſt certe, quod ad rem ſic arduam ei communicandam, non excitaretur ab Angelo, & cum eo euigilante loqueretur Angelus ſuper hoc negotio, ſed. *In ſomnis*. Paſtoribus euigilantibus, & cuſtodientibus vigilias noctis apparuit Angelus, vt nunciaret eis miſterium natiuitatis Chriſti, quare ergo apparuit Ioſeph in ſomnis. Sed ad hoc reſpondet Chriſoſtomus in hom. ꝙ non apparuit ei manifeſte, ſicut paſtoribus, quia valde fidelis erat. Quia paſtores rudiores erant, ſic aperte erant edocendi. Sed fidelis ſeruus ad primam vocem, immo ad primum ſignum ad ictum oculi obedire nouit. Ideo ſufficit quod in ſomnis admoneatur. Iacob dormiens vidit ſcalam, & inde audiuit *Deum* dicentem ſibi. *Ego ſum Deus Abraham Iſac, & Iacob patrum tuorum*. Quod ſufficiens ei fuit, vt excitatus a ſomno adoraret eum. Et Sa-

*Luc.2.*

*Chriſo.*

 muel

muel dormiens audiuit vocem domini, & ſtatim ſurgens dixit *Loquere domine, quia audit ſeruus tuus*. Ideſt quia præſto ſum vt obediam tibi. Et rationem huius tradit ſponſa. Cant. 5. *Ego dormio & cor meum vigilat.* Ideſt anima mea vigilat. Iuſtus enim, & ſeruus fidelis Dei licet oculis corporis dormiat, vt naturæ debitũ ſoluat, corde tamen, mente, & anima ſemper euigilat. Vnde prima voce vocatus licet in ſomnis, audit, ſurgit, & obedit. Peccator autem licet corpore nõ dormiat, quia mente, & anima ſemper dormit, etiam excitatus non ſolum non audit vocem loquentis Dei, ſed nec dura flagella eius ſentit, teſtis eſt Pharo, qui duriſsimis etiam plagis percuſſus Aduh dicebat. *Quis eſt dominus, vt audiam vocem eius.* Exod. 5. Sed fideliſsimo ſeruo Ioſeph ſuficit, vt in ſomnis aliquid præcipiatur, ſtatim enim

1. Reg. 3.

Cant. 5.

Exod. 5.

ſurget, & obediet Deo. *Apparuit Angelus in ſomnis.*

*SVrge, & accipe puerum.* Et matrem eius. Ecce quid bonus Angelus ſuadeat. Et quid bonus prę dicator docere, & clamare debet. Angelus malus quid docet. *Mitte te deorſum.* Comede lignum vetitum. Et poſt lapsũ cõſulit, ne reſurgas, ſta in ruina tua. *laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.* Quod ſicurat diabolus, vt quiſq. in ſuo ſibi complacens delicto, nunquam ab illo reſurgat. Sed Angelus bonus docet, *Surge & accipe puerum.* Surge, prius a peccato. *Vſq. quo piger dormis.* Et Pau. *Surge qui dormis, & illumminabit te Chriſtus.* Rom. 13. & Heliæ dicebat Angelus. *Surge, & comede, grandis enim tibi reſtat via.* & Petro dixit alter Angelus. *Surge velociter, ceciderunt catenæ*

Mat. 4.

Gen. 3.

Pſ. 9.

Pro. 6.

Rom. 13

3. Re. 17.

Act. 12.

de

*de manibus tuis.* Act. 12.
Secũdo bonus angelus ſua
det, accipe puerum. Primũ
enim reſurgendum eſt a
peccatis. Secundo induen
di ſumus virtibus. *Surge*
*& accipe puerum.* Sic. Iſa.
Iſa. 55. 55. *Derelinquat impius*
*vias ſuas, & vir iniqus co*
*gitationes ſuas, & reuer-*
*tatur ad dominum.* Et cap.
Iſa. 1. 1. *Quieſcite agere peruer-*
*ſe, & diſcite bene facere.*
Et ipſe dominus Ieſus di-
Luc. 12. xit Luc. 12. *Sint lumbi ve-*
*ſtri præcincti.* Scilicet a vi
tiis. *Et lucernæ ardentes in*
*manibus veſtris.* Operũ bo
norũ. Euacuare vaſſa prius
neceſſe eſt, vt poſtea liquo
ribus impleatur bonis. Sed
ſi vitia abiiciamꝰ, nec bonis
operibus impleamur, quid
Colloſ. 3. proderit? ad Colloſ. 3. *De-*
*ponite iram, indignatio-*
*nem, malitiam, blaſphe-*
*miam, & turpem ſermo-*
*nem, expoliantes vos vete-*
*rem hominem cũ actibus*
*ſuis.* Et hoc ſufficiet? mini-
me. Ideo addit. *Et induen-*
*tes nouum, eum qui reno-*
*uatur in agnitionem, ſecun*
*dum imaginem eius, qui*
*creauit illum.* Et ad Epheſ.
4. *Deponite vos ſecundum*
*priſtinam conuerſationem*
*veterem hominem, & re-*
*nouamini ſpiritu mentis*
*veſtræ.* Et Gregor ſuper Gregor.
illud Luc. 12. *Sint lumbi ve*
*ſtri præcincti.* Dicit. Quia
minus quipe eſt, mala non
agere, niſi quiſq. ſtudeat,
& bonis operibus inſudare
Optima diſpoſitio erit plã
tas, & herbas malas extra-
here de terra horti, ſed ni
ſi bonæ plantẽtur, quos in-
de flores, quoſq. fructus ex
pectabimus? quas fragran-
tias recipiemus? nullas cer
te. Ideo non ſolum dictum
eſt ab angelo ad Ioſeph.
*Surge.* Sed &. *Accipe pue*
*rum.*

ET *fuge in Aegyptum.*
Quem Deus vult cu-
ſtodire nulla nocebit ad-
uerſitas. Sic Pau. *Si Deus*
*pro nobis, quis contra nos.*
Moyſes tardioris linguæ
erat, vt dicitur Exod. 4.

Quod inde proueniſſe dicit Ioſephus.l.2.de antiqui. cap.9.ꝙ cum filia Pharaonis coronam poneret ſuper caput pueruli Moyſi ludens cum illo, ipſe a ſe in puluerem proiectam pedibus conculcauit, quod factum in malam partem interpretantes diuini, memores q. prædictum fuiſſe ab aliis diuinis puerũ quendam futurum totius regni ruinam, diſcere experientia volentes vtrum ex innocentia, an vero ex conſilio res contigiſſet, prunas ignis ante puerum adduxerunt, vt ſi eas non abhorruiſſet puer, imo manus extendiſſet ad illas, innocẽtię adſcriberetur factum, ſin minus malitiæ & conſilio, & tunc occiderent illum. Sed quia. *Non eſt ſapientia neq. prudentia, neq. cõſilium contra dominum.* Prouer.21. ſtatim puer manum extendit ad prunas, & in os adduxit comedendas. Et inde balbutiens remanſit lingua. Quanta tentauit Saul, vt occideret Dauidẽ. Sed quoties neceſſitas vrgebat. Miracula fiebãt, vt liberaretur Dauid. 1.Reg.23. cinxerat. Saul eũ cum viris ſuis in modũ coronæ in monte Maon. Sed fecit Deus vt Philiſtei aſcenderent ſuper Hieruſalẽ, & repẽte irruerẽt ſuper eã. Vnde nuntius cucurrit ad Saul clamans cito veni, vola, ne tardes, ſi enim citius nõ veneris, deſolabitur ciuitas. Et cõpulſus eſt Saul relinquere afflictũ Dauid, & currere in ocurſum Philiſtinorum. Et cũ poſtea nũciatũ eſſet Sauli, ꝙ Dauid eſſet in Naioth in Ramatha miſit lictores vt raperẽt eũ *Qui cum vidiſſent cuneũ prophetantium factus eſt ſpiritus domini ſuper eos, & prophetare cœperunt.* quo audito miſit Saul alios ſed hi etiam prophetarunt miſit & tertio, ſed hi etiam prophetarunt. Venit deni q. ipſe Saul ad illum occidendum. Et factus eſt etiã ſuper eum ſpiritus domini

Historia

Pro.21.

1.Re.23.

1.Re.19

& prophetabat cum cæteris. Ecce quot prophetas facere non dubitauit Deus, ecce quibus viris ſpiritum prophetiæ conceſsit, vt ſeruum ſuum e periculo liberaret. Immo & ſi totus mũdus acceſsiſſet contra eum totus vtiq. prophetaret. Hinc dicentibus ſibi in prę ſura, nunc niſi paſer ſias, Manus noſtras effugere non valebis. Reſpondit. Pſ. 10. *In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montẽ ſicut paſſeri* State ergo, & videte quæ prodigia facere nouit Deus, vt liberentur ſperantes in ſe. Et cũ filii Iſrrael eggreſsi de ægypto ante faciem ſuam profundum mare viderent, & poſt terga innumeros curꝰ rus pharaonis perſequentis, & ad latera rupes altiſsimorum montium, cæperunt triſtari valde. Sed ait Moyſes. *Nolite timere, ſtate, & videte magnalia domini, quæ facturus eſt hodie*, Et diuiſsit dominus aquas maris, vt tranſirent Hebrei illeſi. Quas poſtea reduxit ſuper Aegyptios perſequentes. *Et vnus ex eis non remanſit.* Qui euentum nuntiare poſſet. Peruenientes filii Iſrrael in flumen Arnon, quando egreſsi ſunt de Aegypto, maximo timore correpti ſunt, ad quos corroborandos dixit Moyſes, nolite timere. *Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon.* Num. 21. Quien pudo libraros de aquel mar, y ſus peligros, tambien podra libraros de ſtos rios, y delos ſuyos, y por el miſmo orden que alla, como los libro alla. Exod 15. Aperte narratur hiſtoria, & refert David. Pſal. 105. *Et operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remanſit.* Ideo addit Moyſes. *Scopuli torrentũ inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnõ.* Los peñaſcos de Arnõ ſe allanarõ, paraq̃ deſcãſaſſen alli ſin peligro Tradũt Hebrei q̃ ſub ſcopulis

Pſ. 10

Exo. 14.

Num. 21

Pſ. 150.

pulis illis antra amplissima erat, vbi quamplures milites latitabant vt insidiarẽt filiis Israel ripas torrentis transire properãtibus, sed virtute diuina corruerunt super eos saxa, & comminuerũt eos, ita vt nec vnus remaneret. Hoc ergo dicit Moyses. *Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.* Merito ergo Dauid dicebat. *Qui confidũt in domino, sicut mons Sion.* Psal. 124. Qui mons erat arx Dauid, & erat inexpugnabilis, & fortissimis muris vallata. Similibus etiã circundati sunt. *Qui confidunt in domino.* Vnde & inexpugnabiles sicut arx Dauid. Vnde per Zachariam promiserat. *Ego ero eis murus ignitus in circuitu.* Ideo nullo aduersariorum timore quatiuntur isti. Sed dicunt. *Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? dum appropiãt super me nocentes, vt edãt carnes meas, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.*

*Historia* — *Ps. 124* — *Zach. 2.* — *Ps. 26.*

Quia certe. *Non est prudẽtia, neq sapientia, neq. cõsilium contra dominum.* Nouit enim dominus dissipare consilia sapientium, vt fecit cum Achitophel, qui necem Dauid machinabatur. Quam non efugisset Dauid, nisi dissipasset dominus consilium Achitophel, & sic dissipauit hodie consilium Herodis de puero Iesu dilacerando inter pueros Innocentes. Vnde irridet ecclesia dicens. Quid proficit tantum nefas? Quid crimen Herodẽ iuuat? vnus tot interfunera impunẽ Christus tollitur. Ad hoc apparuit Angelus Ioseph dicens. *Fuge in Aegyptum. &c.*

*Pro. 21.* — *2. Re. 17*

Futurum est enim. Vt Herodes querat puerũ ad perdendum eum. Vbi docemur, ꝙ nos ipsi in causa sumus, quoties Deus fugit a nobis. Iacob fugit de domo Labam, quam præsentia sua ditabat. *Quia facies Labam non erat ad eũ*

*Gene. 31*

*ſicut heri, & nudius tertius.* Y no quiſo eſtar en caſa donde le moſtrauan el roſtro torcido, y melancolico. Cauſa ergo fuit ipſe Labam, ſi Iacob fugit e domo ſua. Si Dauid etiam deſeruit domum Saul, quam tota pace conſeruabat, culpa Saulis factum eſt, qui vi & lancea compulit eum diſcedere procul. Sic etiam ſi verus filius Dauid & Iacob receſſerit e domo noſtra, ſibi quiſq. hoc imputet, qui eum compellit fugere, & receedere. Ipſe enim dixit *Delitiæ meę eſſe cum filiis hominum.* Prouer. 8. Sed ſi lii hominũ dixerunt Deo, *Recede a nobis, viam ſcientiarum tuarum nolumus.* Iob. 21. & Ioannes dicebat cap. 1. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Sic certe nunc, ſi fugit de Hieruſalem culpa illorũm fugit. Ipſe enim vltro venerat ad eos diuitiis replendos, & gratia, & gloria. Ad quam.

1. Re. 18.

Pro. 8.

Iob. 21.

Ioa. 1.

DE

# DE INNOCENTI BVS SERMO SECVNDVS.

*Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph.&c. Mat.ca.2.*

PLutarchus in politica tradit, ꝙ cũ Athenienſes prætioſiſsimum quoddam, atq. pulcherrimum ædifitium facere deſiderarent, primos quoſq. eius artis opifices congregauerunt, vt perfectiori opus cõmitteretur. Inter quos duo adfuerunt alter in theorica operis ſatis eloquens, alter in practica ſatis excellens, quãto verbis partior. Et cum primus in conſpectu totius ſenatus tanta eloquentia de ſua arte loqutus fuiſſet, vt omnes vno animo opus ei imponendum iudicarent, acceſſit ſecundus, & id ſolum dixit, o patres conſcripti. Melius ego opere complere noui omnia hæc, quam iſte verbis nouit depinxiſſe. Lo que eſte a parlado tambien, yo lo ſe hazer mejor. Quæ breuis oratio eficax fuit, vt ei opus committeretur. Multi nunc inueniuntur ſimiles filiis Ephrem. *Intendentes arcum.* Et multa de bello glorioſe loquentes in pace. *Qui conuerſi ſunt in die belli.* Et nec minimum quidem valuerunt pati pro Deo. Pero eſtos niños ſin hablar palabra lo hazen mejor, que mueren a pie quedo. Aue Maria.

Hiſto.

Pſ.77.

(.?.)

Ap-

A*Pparuit Angelus Ioſeph.* 2. Reg. 6. traditur ꝙ cum inuidus Dauid arcã Dei de domo Obededõ reducere curaret in domũ ſuam, vt illam ditaret, ſicut fecerat cum domo
2. Re. 6. Obededom. Recepta fuit arca cum plena totius populi exultatione ſaltãtium & canentium, & maxima ouium, & agnorum victima ſubſequta eſt in honorẽ tanti hoſpitis. Quod totum cernimus impletum hodie. Arca Dei altiſſimi humanitas ſanctiſsima eſt, quæ verum manna cæli continebat, Et duas tabulas, duarum naturarum. Et adducta eſt in ciuitatem Betleem per virginem ſacratiſsimam matrem eius, audiuimus etiam multitudinem cæleſtis exercitus incredibili iubilo diſcurrentem per aæra, & canentem. *Glo-*
Luc. 2. *ria in excelſis Deo.* Videmus denique quanta agnorum victima funebris ſub ſequatur Iuſu tyranni, quorum ſanguine tota prouintia Hieroſolimatana reſperſſa eſt. Sic Auguſtinus Aug.
ſermo. 1. de Innocentibus. Deus eſt qui natus eſt, Innocentes illi debentur victima, agneli debent immolari. Sed quia nondum acceſſerat hora mortis pueri Ieſu, per Angelũ exhortatus Ioſeph. *Fugit in Aegiptum.*

F*Vge in Aegyptum.* De his infantibus duo ſolent dubitari, quæ nos breuius exoluemus, Primum de numero eorũ. Secundo de vero martyrio. Vtrum vere martyres fuerint? pro primo nil certum habemus de numero eorum ex ſacra ſcriptura, immo nec ex ſacris doctoribus. Sed multos fuiſſe, ex ipſo euangelio conſtat. Cum enim tyrannus Herodes omnes pueros ab imatu & infra occidi fecerit in Betleen, & in omnibus finibus eorũ neceſario dicẽdũ eſt, plurimos fuiſſe, & ſunt qui dicant

occi-

occiſſos fuiſſe omnes pueros quinq. annorum. Vnde ſuper illud. *Ab imatu & infra.* Dicit Euthimius & Strabo, ꝙ Herodes addidit duos annos ſuper tẽpus quod exquiſierat a Magis. Vnde illa verba. *Secundum tempus, quod exquiſierat a Magis.* Non indicant, Herodem interfeciſſe pueros natos poſt ſtellam ortam. Sed & eos qui nati ſunt duobus annis ante apparitionem ſtellæ. Vnde. *Ab imatu.* Poſt apparitionem ſtellæ, *Ab imatu.* Ante apparitionem eiuſdem, tempus quattuor annorũ indicatur. Quod certe ex eo poteſt cõprobari, quod quædam oſſa innocẽtium inueniuntur ſic grandia, & corpulẽtiora, vt vix puerorum credantur duorum annorum. Ex Greco tamen chalendario cõſtat, ꝙ plus quam quatuordecim millia puerorũ interfecti fuerint. O impia Herodis crudelitas. Nec mirum. Cum Ioſephus tradat de illo, ꝙ præcibus, ac minis regnum obtinuit, cum eſſet alienigena, ex patre Idumęo, & ex matre Araue. Qui etiã occidit Ariſtobulum fratrem vxoris ſuæ, & ipſam etiam vxorem interfecit, & proprium in ſuper filiũ Herodem occidit. Vnde celebris ſententia Ceſaris prodiit, melius eſt in domo Herodis porcum eſſe, quam filium. Vt refert Machrob. li, 2. Saturnal. cap 4 Et quia maximam populo lætitiam fore conjiciebat ex morte ſua, omnes nobiles detinuit in carcere, & Hæredi ſuo precepit, vt ſtatim poſt mortem ſuam omnes eos occideret, ne vllo modo lætari poſſent de morte ſua, dolore cæterorum opprę ſsi. Sic tradit imperfectus ſuper Math. 2. hom. 2. & Nizephorus. lib. 1 cap. 15. & referunt. 70. Nobiles tunc fuiſſe interfectos.

Euthim. Hiſto. Hiſto.

SEd gratum apparebit. Si elucidauerimus, quid de

puero Ioanne baptiſta factum fuerit, & qualiter cruẽtam hanc cedem effugere valuit? Nizephorus. lib. 1. cap. 14. Et Cedrenus compendio hiſto. Et Petrus Alexandrinus dicunt, ꝙ propter famam ſuam voluit illum perdere Hærodes, ſed fugit cum eo mater, & in antroquodam latuit, & quia pater eius Zacharias noluerit eum manifeſtare, ab ipſo Herode occiſſus eſt inter templũ & altare, vt aliqui volunt. Sic cenſet Chriſoſt. Ser. de natiui. Ioan bap. Sed aliis magis placet, ꝙ in antro illo mortua eſt Eliſabet, poſt dies ſexdecim, & Deus miſſit Angelum, qui puerum cuſtodiret. Sic affirmat Cedrenus. Hoc antrum erat apud Iordanem, & de illo fit mentio inprato ſpirituali. cap. 1. & ſunt qui dicant, quandam poſtea Eccleſiam ibi erectam fuiſſe in honorem ſancti Ioannis, cuius meminit Beda lib. 1. de locis ſanctis cap. 13.

Hiſto.

AD ſecundum vtrũ vere Martyres fuerint. Non defuerunt qui dicerent, pueros iſtos morte ſua nihil meruiſſe, quia vſu rationis prorſus carebant, vnde nec voluntarie patiebantur pro Chriſto, propter quod quidam cenſuerunt, ꝙ vſus rationis miraculoſe acceleratus fuerit eis, ita vt voluntarie mortem ſuſtinere poſet. Sed cũ hoc nec ex ſcripturis ſacris expreſe habeatur, nec a doctoribus Eccleſiæ confirmetur, reiiciendum forte iudicabimus. Ideoq. cum Auguſ. Hieroni. Hilario. Zipriano. Origi. Euſebio Niſſeno. Fulgentio, & diuo Thoma. Dicamus vere martyres fuiſſe, & vera veri martyrii corona omnes fuiſſe condecoratos. Sic. Aug. ſer. 2. de Innocentibus. Nihil ergo egiſti ferociſsime auſteritatis audatia, potes martyres facere, Chriſtũ inuenire non potes, & ſer. 4. Magnificamus ergo martyres, ſed precipue illos qui

Aug.

qui naſcente Chriſto in ipſo exordio non loquendo, ſed moriendo confeſsi, ad regna perpetua cæteros præuenerunt. Et Chriſoſt. hom. 2. De Innocét. in hac ergo perſequtione infantes interfecti ſunt pro Chriſto, & perfectæ laudis martyrium aſſequuntur. Et rationem hujus tradit diuus Tho. 2 2. q. 124. ar. 4. quia vt verum & perfectũ ſit martyrium requiritur, mortẽ pro Chriſto pati. Quod in his Innocentibus completũ eſt, ideo ab eccleſia venerantur vt martyres. Nec vacat miſterio, ꝙ in fæſto natiuitatis, feſta etiam horum trium ſtephani, Ioannis, & innocẽtium celebret mater eccleſia, ſed quia (vt dixit Ber. ſer. de Innoc.) in eis triplex genus martyrii denotatur, habemus, inquit, in Stephano martyrii ſimul & opus, & voluntatem. Habemus in beato Ioãne ſolam voluntatem, & ſolum in beatis Innocentibus opus, biberunt omnes hi calicem ſalutaris, aut corpore ſimul & ſpiritu, aut ſolo ſpiritu, aut corpore ſolo. Et addit Bernar. ille pro Chriſto trucidatos infãtes dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Chřo nõ credit inter adoptionis filios numerari.

Chriſoſt.

D. Tho.

Ber.

*IMo inter omnes martyres*, ſpetiali laude dignos eos iudico, quia ſi ſumma laude extolluntur, qui in rebus arduis primi fuerunt (vt diximus in feſto S. Stephani) merito glorioſi, & fælices pueri iſti, qui abſolute primi martyres eccleſiæ meruerut eſſe. Quia Stephanus poſt mortem Chriſti paſſus eſt primus. Iſti poſt natiuitatem eius. Ideo appellat eos Auguſ. martyrum flores, alii deniq. martyrium paſsi ſunt in ſenectute, vt Petrus & Andreas. Alii in iuuentute vt Laurentius, & Stephanus. Sed hi fælices pueri ſtatim nati ſanguinem effuderunt, & in exordio vitæ vitam dederunt.

Aug.

ET

ET etiam in cauſa paſsio nis ſingulares fuerunt valde, Quia baptiſta paſſus eſt ob veritatem prædicādam, Laurentius propter eleemoſynam factam. Alii ob idolorum contemptum alii propter defenſionem fidei. Et deniq. cæteri omnes propter Deum mortē ſubierunt. Sed quis vnquā martyrio occiſſus eſt extimatus Chriſtus? ſoli iſti beati pueri, quia in quolibet eorum ipſum met Chriſtū putabat Herodes occidere Apoſtoli pro nomine Ieſu patiebātur, & *Ibant gaudēdentes a conſpectu concilii quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Sed hi patiebātur exiſtimati ipſe Chriſtus, o magna laus eorum. cæteri moriebātur vt Chriſtiani, iſti vt Chriſtus ipſe, quia in mēte eorum tot Chriſti occiſſi ſunt, quot infantes, cum ſolus infans Chriſtus mortē euaſiſſet Apoc. 14. Vbi hæc puerorum turba reuelata eſt, dicit Ioannes ſe agnum vidiſſe. *Et cum eo centū quadraginta quattuor millia cantantes canticum nouū, & habentes nomen agni ſcriptum in frontibus ſuis.* Ideſt Chriſtus quia quilibet moriebatur exiſtimatus ipſe Chriſtus. Hęc de his pueris. Apo. 14.

H*Erodes vidēs q̄ illuſus eſſet a Magis.* Mittens occidit omnes pueros, &c. Prouerbium cōmune eſt apud nos. No ay mal q̄ no venga por bien. Ecce permiſsit Deus vt Herodes illuderetur, vt ex ira eius, tot infantium martyria ſequerentur. Sic ſæpius aliqua permittit Deus mala, vt inde multa bona ſequātur. Chriſo. ho. 11. cū de expulſione &c, dicit nullū ei dānū ex inuidia perſecutorū eueniſſe, immo multa & magna bona, augmentum charitatis & diſcipulorum. Quia hoc vſq. (inquit) ſolū amabar a meis, ſed nunc & ab extraneis etiā. Et ſuper illud Gen. 25 de duobus fratribus Eſau, & Iacob, *maior* Chriſoſt. Gen. 25.

*ſer-*

*ſeruiet minori*. Affirmat Auguſ. nec legiſſe vnquã, nec audiſſe ab aliis in quo Eſau ſeruierit fratri ſuo Iacob, niſi perſequendo, & affligendo illum, eſſe es vn gran ſeruicio que le haze. Et ipſe Auguſ de vera religione. Ideo permiſsit Deus hæreſes in Eccleſia, vt diſcuterẽt chriſtianorũ pigritiã, & ſecreta ac profunda ſacrarum ſcripturarum ſolicitius perſcrutarẽtur. Ecce quantum bonum ex quanto malo nouit deducere Deus. & Luc. 19. *Scio quod homo auſterus es, & metis quod non ſeminaſti* Bene quidem. Quia ex peccato ipſo, quod ipſe non ſeminauit, magnam ſegetum vbertatem metere nouit. Et Deut. 31. *Produxit mel de petra, oleumq. de ſaxo duriſsimo.* Ad literam, vt ponderet vbertatem terræ promiſſæ dicit. Que haſta los guijarros dan miel, y azeyte. Sed ad intentum noſtrum dicit, ꝙ ex ſaxis duriſsimis peccatorum, multa bona deducere valet Deus. Sic cantat Eccleſia, o fælix culpa, quę talem meruit redemptorẽ idest Deum fieri hominẽ ad eam delendam. Ex tanto malo tantum bonum deducere nouit Deus? ait Iob 7. *quid eſt homo quia magnificas eum, aut quid aponis erga eum cor tuũ?* Aug. lib. de ſubſtantia diuinitatis dicit, ꝙ filius dicitur cor patris. Hoc cor dedit Deus hominibus ad delenda peccata. Vnde videns ꝙ omnis caro corruperat viam ſuam. *Tactus dolore cordis intrinſecus dixit.* Fuit dolor eius in corde, idest in filio, quia in illo ponẽdę erãt & puniendæ omnes iniquitates noſtræ, vt dixit Iſaias Ecce ex ipſo peccato tantum bonũ productum eſt. & Dauid. *Priuſquam humiliarer, ego deliqui.* quaſi dicat. permiſſus ſum delinquere, vt humiliarer ex ipſo peccato meo. Sæpius enim permittitur cadere iuſtus, vt ex ipſo lapſu, ſuo

Marginal notes: Aug. — Luc. 19. — Deu. 32 — Iob. 7. — Aug. — Gen. 6. — Pſ. 118.

met periculo e doctus, cau
tior, & feruentior in poſte
Pſ. 9. rum reſurgat. Et ſic Pſal. 9.
dicitur. *Angelis ſuis man
dauit de te vt cuſtodiant
te in omnibus viis tuis, ne
forte offendas ad lapidem
pedem tuum.* Nota illud,
ad lapidem. En el eſtropie
ço, en la ocaſion, Angeli e-
nim in periculis, & occaſio
nibus cuſtodiunt iuſtos, ne
offendant, & cadant. vel ad
lapidem, ideſt ob minimũ
negotium, a caſo, y ſin que
ni paraque, Illud vocatur a
caſu, ꝙ non operatur prop
ter aliquem finẽ intentum
Vnde peccata omnia ma-
lorum a caſu fiunt, quia
nullum finem bonum ha-
habent, ſed qui nec lapidu-
lo comparari valeat. Non
ſic peccata iuſtorum, quæ
quidem minime fiant a ca
ſu. ſed ad maximum bonũ
ordinata ſunt, ad maiorem
inquam contritionem, ad
maiorem feruorẽ, ad maio
rem gratiam, & maiorem
gloriam eorum. Vnde Pau
Rom. 8. Rom. 8. *Scimus autem quo*
*niam diligentibus Deum
omnia cooperãtur in bonũ*
Quid vocas omnia? ipſa ad
huc peccata eorum quia
ad maius bonum eorum
permiſſa ſunt. vt inde me
liores, & feruentiores re-
ſurgant ſæpius. Sic Auguſ. Aug.
dixit, & pecata, quæ Deus
non permitteret, niſi inde
aliquod bonum elliceret.
Vnde Ioſeph dicebat fra-
tribus ſuis. *Vos cogitaſtis
de me malum.* (Quia pec-
catum veſtrum ad nullum
bonum finem dirigebatur
ex parte veſtra, ſed ad rui-
nam meam). *Deus autem
vertit illud in bonum, vt ex
altaret me, & ſaluos face-* Gen. 50.
*ret multos populos.* Geneſ.
50. Plinius. l. 2. de nat. hiſt. Plinius.
cap. 10. dicit Dulcius longe
eſſe mel, quod ex Thimo
colligunt apeſ. De la flor
del tomillo, cum omnes
medici affirmẽt Thimum
amariorẽ eſſe cæteris her-
bis, & plantis. Ecce ex tan-
to malo tantum bonum eli
cuit Deus. Ideo permiſsit
ꝙ illuderetur Herodes, vt

iraſceretur ; & ex ira ſua tot pueros martyres haberet mater Eccleſia. *Occidit omnes pueros, &c.*

FVge in Aegiptum. Hæc eſt hominum cæcitas, & ignorantia, ꝙ cum certo ſciant, ordinationi diuinę minime reſiſtere poſſe aliquam creaturam. Vt dicebat Ioſep. Gen.50. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Nihilominus homo id poſſe pro viribus elaborat, & ordinationes eius ſubuertere excogitat. Sciebat Salomō, ꝙ decreuiſſet Deus dare regnum iuueni Ieroboam, & nihilominus apoſuit cor ſuum totū vt interficeret eum, & ad hoc validum exercitum miſsit contra illum. Et Saul fatebatur Dauidi dicens. *Et nunc ſcio certe ꝙ regnaturus es in Iſrael.* Et hac certidudine motus adiurabat eum, vt ſecum, & cum ſemine ſuo poſt eum ſe benæficum oſtenderet. *Et* nihilominus eum occidere pro viribus curabat, ne regnum acciperet. Amb. lib.1.off.ca.37. dicit, in omnibus quæ agimus, non ſolum quid honeſtum, ſed & quid poſibile ſit, quęrimus ne forte agrediamur aliquid, quod exequi nō poſſimus, & Prouer.23. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere nō potes, quia facient ſibi pennas vt aquilæ, & volabunt in cælum.* Sic Herodes credidit. & ſibi ſuaſsit, ꝙ puer Ieſus regnaturus erat in Iſrael, vt Magi atteſtati sūt ei. Aliter enim minime pueros interfeciſſet, & nichilominus puerum Ieſum extinguere nixus eſt inter pueros Innocentes. Sed parū ei profuit tantum ſcelus, quia dū id ſecum ipſe excogitabat apparuit Angelus Ioſeph dicens, vt puer iſte ſaluetur *Fuge in Aegyptum.* Quia ipſe eſt qui ſaluabit populum ſuum, & gratia implebit & gloria, &c.

Gen.50. 3.Reg.11 1.Re.24 Amb. Pro.23.

# DE INNOCENTI BVS SERMO TERTIVS.

*Fuge in Ægyptum & ſto ibi vſq; dum dicam tibi. Mat. cap. 2.*

DAuid propheti co ſpiritu prædixit. Pſ. 8. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, propter inimicos tuos*. Ideſt perfectionem laudum tibi decantaſti ex ore infantium. Quia lacten tes adulare non nouerunt. Vnde fraus vlla minime im poni poteſt laudibus eorum. Sed qualiter lactentes qui loqui non norunt, laudare potuerunt aliquẽ? Chriſoſtomus id exponit. hom. 3. de Innocen. Norũt laudare Chriſtũ qui loqui non nouerunt. Fuerunt pe riti laude, qui fuerant impe riti ſermone. Loqũtur ſan guine, quod lingua non po ſunt, paſsione canunt, ꝙ ſer mone nõ nouerunt. Et cer te maior, ac perfectior laus de cantatur Deo ſanguine qu am voce, & ore. Vt ergo nos Deo, & beatis pueris debitas laudes cantemus, gratiam petamus per inter ceſsionẽ virginis. Aue Ma.

Pſ. 8.

Chriſoſt.

¶ *Fuge in Ægyptum.* In ipſo met exordio vitæ (Deo ipſo id diſponente) viri illi, qui alicuius præcla ri muneris excellentia præ clari futuri erant, miris in ditiis ſtatim nati id indica re feſtinabant. Vnde S. Epi phanius tradit, ꝙ nato Helia homines quidam veſtibus albis induti apparuerunt, qui puerum igneis flammis paſcebant, & materna vbera cum illis cir-

cundabant, & tegebã. Per
veſtes albas mira *Heliç* pu
ritas, ac corporis & animæ
caſtitas deſignabat Deus
quo exardeſcere deberet
puer, quiq. ignem deſcen
dere faceret toties de cæ-
lo, & inſuper ꝙ ignito cur
ru rapiẽdus erat in cælum.
Et in ipſo die natalis diſci-
puli eius Heliſei in galgala
vitulus aureus, quem popu
lus colebat Halon, in rugi-
tum ſic fortem, ac terribi-
*Hiſto,* lem dicitur prorrupiſſe,
vt in tota Hieruſalem di-
ſtincte, & clare percipi po
tuiſſet, licet tot inde millia
ribus diſtaret. Vnde conie
cit ſacerdos ſumus, alicu-
ius magni prophetę nati in
ditium eſſe, qui vitulos a
Ieroboam erectos dex-
trueret. Et cum beatus Am
broſius in cuna adhuc iace
*Hiſto.* ret puer, examen apum vi
ſum eſt ſuperſedere ori
eius. Inditium euidens elo
quentiæ diuinæ eius, qua
diuinas ſcripturas expoſi-
turus erat. Et deniq. (vt
*Pro.20* Prouer. 20. dicitur.) *Ex*
*ſtudiis cognoſcitur puer, ſi*
*munda & recta ſunt ope-*
*ra eius.* Dela inclinacion, y
exercitios del niño ſe coli
ge lo que ſera deſpues quá
do grande. Ideo (vt tradit
Gregorius Nazianzenus, *Gregor.*
epiſt. 127.) Lacedemones
quẽdam puerum Regii ſe-
minis ortum interfece-
runt, quia in muſcis occi-
dendis ſæpius, & frequen-
tius exercebatur. Inde e-
nim collegerunt, magna
eum poſtea erga homines
crudelitate futurum. Et
Ouidius cæcinit. Inge- *Ouid.*
nium cæleſte ſuis velotius
annis ſurgit, Et ingratæ
fert male damna moræ,
No pued aguardar mucho
tiempo ſin dar ſeñal delo q̃
a de ſer deſpues. Semen
ergo quod eſt verbum Dei
deſcendit in terram, vt v-
berrimos fructus Deo, cæ
lo q. produceret. Et quan-
ta id vbertate poſtea factu
rum erat, ſtatim ſeminatũ,
& natum voluit oſtende-
re. Et ab ipſa cuna tot in-
fantes martyres obtulit in

ſans patri. Indiciū euidens ꝙ grādis factus vberrimas martyrum ſegetes daturus erat ei. Sic Chriſoſt. hom. 3. de Innocent. Transmittit infantes infans Chriſtus ad cælum, noua xenia patri, primitias fructuum exhibet genitori, oſtēdit quidem futuram fæcundiſſimam meſſem, dum in ſemine tantam exhibet vbertatem. Atq ideo martyres iſti flores martyrum dicuntur ab Auguſti. ſer. 3. de Innocent. Quod ſi in floribus tot martyres offert patri puer Ieſus, quid in fructibus? ideo noluit Chriſtus occidi infans, vt vberrimas meſſes poſtea poſſet offerre patri, ſed in Aegyptum elegit fugere ſaluandus. *Fuge in Aegyptum.*

Chriſoſt.

Aug.

*FVge in Aegyptū.* Moriturus deſcenderat, & mortis deſiderio ſic anxiabatur, vt diceret Luc. 12. *Baptiſmo habeo baptizari & quomodo coarctor, donec perficiatur,* & Mat. 26. *Triſtis eſt anima mea vſq. ad mortem.* Quaſi dicat, ad moriendum diſcendi, vnde nullam potero aliunde lætitiam ſumere, niſi ex ipſa morte. Tunc replebitur gaudio anima mea. Quomodo ergo nunc ſolertior eſt in fugiendo mortē, quá tyrannus ipſe in quærendo animam eius? hic iam contemplor Heliam ex altera parte clamantem. *Sufficit mihi domine, tolle animā meam.* 3. Reg. 19. Et ex altera parte per valles, ac mōtes fugientem manus Iezabel, o Helias ſancte, ſi tantum e vita tolli deſideras, cur manus id exoptantis vtroq. pede fugis? & ſi ſic mortem fugis, quare te illam tanta auiditate appetere ſimulas? Hic etiam Paulum iam clamantem conſidero. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Ad Philip. 1 Et iam per murum deſcendere video in ſporta, vt mortem efugiat. Si mortem appetis cur fugis? & ſi eam ſic fugis, quare eā ex

Luc. 12.

Mat. 26

3. Re. 19

Philip. 1

2. Cor. 11

optare oſtendis ? fugiunt mortem iſti, & fugit eam Chriſtus, ad doctrinam diſcipulorum, vt eam quamtumcumq. exoptatam, aliquando fugiant, non vt eã euadãt, ſed vt ad oportuniorem occaſionem diferant. Elianus hoc naturæ ſecretum docet, ꝙ Elephas grunitum porci valde pertimeſcat. & Plin. & Amb. in exam, dicunt, ꝙ leo fortiſſimus beſtiarũ cantũ galli perhorreſcat. Sed ob hoc porcus fortior elephante iudicabitur; aut gallus leone? minime, ſed ſecretũ naturæ eſt, miſterium eſt occultum eius. Hodie leo de tribu Iuda. Huye de vn gallo que canta en ſu muladar Herodes. Sed ob hoc fortior iſte? minime, ſed miſterium noſtrum hic latet. Sic Fulgentius dicit, ꝙ non ex meto, ſed ex diſpenſatione diuina fugit Chriſtus. & Griſologus ſer. 150. dicit, fugere nõ fuit timor ſanctis, ſed aſtutia belli, vt tempus morti opportunũ expectarent. Bellicoſus enim ꝙ in bello fugit, artis eſt, nõ timoris, Deus quando fugit hominẽ, ſacramenti eſt non pauoris. Sic Ioſuæ 8. dixit militibus ſuis. *Cũ exierint contra nos, fugiemus, donec perſequentes ab vrbe lõgius protrahãtur, & tunc cõſurgetis de inſidiis, & vaſtabitis ciuitatẽ.* Nec damnandus eſt Dauid vt pauidus, quia fugiebat a facie Abſalonis, immo laudãdus vt prudens, quia ſi reſiſtere vellet, periret cũ exercitu ſuo. Fugiens autẽ potuit multituinem congregare, quibus poſtea filium occidit, & ciuitatem a qua fugiebat; ac regnum totum recuperauit, & in tota pace poſſedit. Ecce bellicoſum fugere, nõ timoris fuit ſed artis. Sic fugit Chriſtus nõ enim debuit (inquit Griſologus) cũ innocẽtibus ſigulari, qui cũ nocẽtibus ſigulãdus erat & crucifigẽdus, & apoſtolos elegit. *Tãquã morti deſtinatos*, vt dixit Paulus. 1. Cor. 4. Nihilo minus

*Plin.* *Fulgen.* *Griſolo.* *Ioſue 8.* *1. Cor. 4.*

minus præcipiebat eis. *Cũ perſequti fuerint vos in vna ciuitate, fugite in aliam.* Math.10 Mat.10. Licet enim morti deſtinati ſitis, ſed diutius vos viuere, conuenit ſalu- Gregor. ti electorum. Sic Gregor. li.2. dialogorũ de vita beati Benedicti.c.2. (Qui fugit e monaſterio, vbi omnes cõ tra illũ cõſpirauerant) fugã eius approbat dicens, quia cũ perfecti laborẽ ſuũ ſine fructu eſſe conſiderent, in locum aliũ ad laborem cũ fructu migrant. Vnde non mortem, non labores, non perſequtiones fugiebant, Chriſoſt. ſed ad laborandũ pro ſalu te impiorũ ibant. Et Chriſo. hom.2. de Innocent. dicit Chriſtus fugere pręcipitur nõ mortem, ſed immaturã mortẽ, vt ſuo tẽpore diffe rat: non dũ enim congruũ tempus peruenerat, vt mo reretur. Et ad hoc compro Exo. 3. bandũ adducit illud, Exo. 23. Deut. 14. *Nõ coques hœdum in lacte matris ſuæ.* Significãs (inquit) Chriſtũ dominũ noſtrũ, qui verus agnus Dei eſt, non niſi maturo tẽpore pati oportere. Quod rei euentus declarauit. Quia cũ primũ tẽpus eius acceſsit, ipſemet Chriſtus qui mortẽ nunc fugit. vltro ſe ſe tradidit perſequtoribus occidẽd⁹. Sed quia vita eius nunc ſaluti eorũ neceſſaria erat, protrahit vſq. ad tempus oportunũ.

*Fuge in Aegyptũ. &c.*

F*Vge in Aegyptum.* Et hoc totũ vt ad impleretur prophetia dicens. *Ex Aegypto vocaui filiũ meũ.* Oſeæ.11. Quod aliqui intelligũt ad literã de populo Oſeæ.11 Iſrael deducto ex ægypto, qui ſolet vocari filius in ſacra ſcrip. vt patet. Exo.4 *Filius meus primogenitus* Exod.4 *Iſrael.* Hic autẽ exitus Iſrael de ægypto figura fuit Chriſti qui ex ægypto vocãdus erat. Sed Lyra cẽſet ad literã poſe etiã intelligi đ Chr̃o domino, cũ fieri poſſit, vt vni⁹ loci ſacrę ſcrip. duplex ſit ſẽſus literalis, vt ſæpius inuenitur. Ecce quale ſolatiũ ſeruauerat De⁹ vir

gini matri poſt peregrinationem in Betleem, & poſt duros ſtabuli, & præſepii labores. *Fuge in Aegyptum.* Longiorem peregrinationem imponit in gentem, & linguam ignotam, inhumanam, & crudelem. *Simile* Durus nuntius eſt ei Angelus iſte, & qui materna viſcera tranſuerberauit. vt infans aliquis delicate nutriatur, nutricem nullis affici turbationibus ſolicitant parentes, immo & ꝙ omni ſemper abundet gaudio, & lætitia elaborant, ne forte lac infel, & in acetum cõuertatur, quo infans poſtea lactetur. No reciba peſadumbre la ama, porque no ſe auinagre la leche y le haga mal a la criatura. Quare ergo, o optime Deus, nutricem filii tui tãta permittis prẹmi turbatione? Booz inuitauit Ruth & dixit ei. *Veni & comede panem, et intinge buccellam in aceto.* *Ruth.2.* Ruth 2. O pulchrum conuiuium. Ad panẽ aceto intinctũ inuitat eam ſ. coma pañ auinagrado la que ha de ſer madre de Dios. In quo innuitur ꝙ ab vberibus matris ſuæ filius Dei maximis afflictionibus torquẽdus erat. Iſaias. 7. dicebat. *Iſa.7.* *Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum.* Et loquitur ad literam de puero iſto Chriſto. ſed quod bonum ſic eligere ſciet? bonum cibum. Sic enim facile diſcernet inter bonum, & malum cibũ. Butyrum & mel pueris dãtur ab vberibus matris, vt bonis ſaporibus aſſueti, ſciant poſtea eligere cibos bonos, & malos reprobare. Sic Chriſtus potum in cruce oblatum reprobauit, quia. *Dederũt ei bibere vinum cum felle mixtum, & cum guſtaſet noluit bibere.* *Mat.27* Sed cum poſtea ſolum acetum obtuliſſent ei bibendum, non reprobauit eum. Vt conſtat prædicto capite Mathei. Ecce ad potum reprobauit vinum cum felle mixtum, & elegit acetum ſolũ. Signum

num

num certe ꝙ guſtus eius ad acetũ aſſuetus erat ab vbe- ribus matris. Parece que lo mamo enla leche, deſde ni ño. Vnde. *Buytrũ & mel comedet.* Ab vberibus, Le- che auinagrada. Vt inde a- cetũ nõ abhorreret, quod per totam vitam ſolum bi- biturus erat. Præcepit An-
*Iudic.13*
gelus matri Somſon. *Caue ne bibas vinum, ac ſiccerã, nec immundum quicquam comedas, quia concipies et paries filiũ, qui Nazareus erit.* Ideſt qui ab omnibus his abſtinebit per totam vi- tam. Quæ ergo filium pa- ritura erat, qui ſolo aceto paſceretur per totam vitã acetum tribulationum co- medat ab ipſa natiuitate eius, vt in lacte accipiat puer cibum, quo ſemper poſtea paſcendus eſt, & ſic aſſueſcat ad acetum ab vbe- ribus matris. Quare dixit
*Iſa,9*
Iſaias.c. 9. *Filius natus eſt nobis, cuius imperium ſu- per humeros eius.* Imperiũ Chriſti, crux fuit. Et hanc ab vberibus matris ſuper humeros portauit. Ecce ſtatim natus in præſepio re- clinatur nudus, ac plorans, & nunc ad ignotam regio- nem fugere conſtringitur. *Fuge in Aegyptum.*

*ET ſto ibi vſq. dum dicã tibi.* Et vt dicit Abulen- *Abulẽ.*
ſis, peruenit in ciuitatẽ He- leopoleos, iter ſeptuaginta trium leucarum, vbi hodie etiam lapis oſtenditur, & fons in horto balſami, in quo pannos infantis Ieſu virgo mater eius abluebat qua propter magna inue- neratione habetur a Sarra- cenis. Ecce quo fugit Io- ſeph, & vbi permanſit. *Et ſto ibi, &c.* Sed ſi fugit Io- ſeph in Aegytum, nutu Dei fugit. Si ſtetit, ex obedien- tia fuit. Si deniq. regredi- tur de Aegypto, Iuſu Ange- li id adimpleuit. Ex quo do- cemur, ꝙ iuſtus voluntatẽ & animam ſuã ſic Deo tra- diderit totã, vt vix manũ aut pedem, aut linguã mo- ueat, niſi ad iuſũ Dei. Sicut obſtinatus ſic totus tradi-

tur diabolo; vt nihil faciat, niſi adnutũ eius. 1. Macha. 1. dicitur de quibuſdã. *Venundati ſunt, vt facerẽt malum.* Qui venundantur totos ſeſe tradunt voluntati emptoris, vt nihil faciant niſi ad imperiũ eius. Sic illi venundati ſunt diabolo, vt nec pedẽ moueant, niſi ad iuſum illius. Sic de eis dicebat Pau. 2. Tim. 2. *Et reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipſius voluntatẽ.* Et id ſatis ponderat Aug. li. 1. confeſſio. velle meũ tenebat inimicus, & inde funes mihi fecerat. Quaſi dicat, quia iã ego volũtatem meã tradideram ei, inde me ligatum habebat, vt ad libitum ſuũ tantummodo me haberẽ. Sic prorſus iuſti totaliter ſe totos voluntati Dei ſubjitiunt, vt nil intentent, niſi ad libitum eius. Talis erat qui dicebat. *Vt iumentum factus ſum aput te.* In hamili enim obediẽtia perfectus quiſq. aſsimilatur iumẽto, quod aliud velle vel

1. Ma. 1

2. Tim. 2

Aug.

Pſ. 72.

nolle non habet, niſi ſolum obedire domino dirigenti & Pro. 21. *Sicut diuiſiones aquarũ, ita cor regis in manu domini.* Ideſt cor iuſti. quia pro eo q legitur Luc. 10. *Multi prophetę et reges voluerũt videre, que vos videtis.* Legitur apud Mat. 13. Multi prophetæ & iuſti. & Pſ. 2. *Et nunc reges intelligite.* Explicat Aug. nunc iã innouati contritis iã carnalibus vaſis erroris, quæ ad præteritã vitã pertinẽt. Ecce reges intelligit iuſtos & Gen. 17. dixit Deus Abrahę. *Patrẽ multarũ gentiũ conſtituite, reges q. ex te egrediẽtur.* Supra quod dicit Amb. reges vocat, non tã dignitate, quã virtute, eos quos malicia nõ vicit. *Cor ergo iuſti in manu Dei ſicut diuiſiones aquarũ.* In manu olitoris, qui nec vnã gutam earũ non dirigit ad libitũ. *Sic cor regis in manu domini quocũq. voluerit, inclinabit illud.* Hinc Paulus dicebat. *Magnificabitur Chriſtus, in corpore meo,*

Pro. 21.

Luc. 10.

Aug.

Gen. 17.

Amb.

*meo ſiue per vitam, ſiue per mortem*. Ad libitum eius. & Iob. 23. *Anima eius, quęcumq voluit, hoc fecit, cũq. expleuerit in me voluntatẽ ſuã, & alia multa ſimilia, præſto ſunt ei*. Alia litera dicit, preſto ſum ei. Quaſi dicat, quãto a querido a hecho en mi, y ſi mas quiſiere. Preſto ſũ ei, quia totus traditus ſum voluntati eius. Sic & Ioſeph. *Ideo ſto ibi vſq. dũ dicam tibi.*

Iob. 23.

OCcidit omnes pueros. Videns ꝙ illuſſus eſſet a magis in lactentium agnorum carnibus dilacerandis vindicari voluit. *Tigris periit, eo ꝙ non habeat prędã* Iob. 4. alia litera habet. *Vrſus periit, eo ꝙ non ſit cõſequta prædã* De vrſo tradit Plinius, ꝙ quoties prædã euaſit manus eius, ipſas manus ſuas dilacerat. De rabia ſe come las manos, y ſe venga en lo q̃ halla delãte. Sicut ſolet iracũd⁹ canis lapidem in ſe proiectũ dentibus dilacerare velle cum proiiciẽtẽ ledere nõ valeat

Iob. 4.

Simile.

Sic qui Magos in regionẽ iã ſuam tranſmigratos occidere nõ poterat, teneros infantes impie dilacerãdos excogitauit. Sed nec ſic placatus eſt. Immo (vt Rodulphus de Saxonia tradit) vocatus ab imperatore Ceſſare in Romam, Siciliam veniens, quaſdam naues tharsẽſes inuenit in portu, in quibus Magos in patriam ſuã fugiſſe cognouit & eas omnes igne cõſumi fecit. Vnde prophetia illa Dauid impleta eſt. *In ſpiritu vehemẽti conteres naues Tharſis*. Et de Roma poſtea regrediens hanc puerorũ necẽ conſumauit. In lib. Thob. cap. 1. dicitur, ꝙ reuerſus Senacherib de bello, poſtquam propter blaſphemias eius occiderat Angelus. 185. millia militum furore incẽſſus, quotquot Hebreos inuenire potuit in terra ſua atrociter interfecit. No podia vengarſſe de Dios, vẽgauaſe de ſu pueblo. & Apo. 12. dicitur ꝙ quia diabol⁹ mulierẽ deuo

Hiſto.

Pſ. 47.

Thob. 1.

fare non valuit, nec filiũ n eius. *Iratus abiit vt faceret* Apoc. 12 *prælium cum reliquiis de ſemine eius*. Sic iſte filius diaboli Herodes fecit. Ecce impius Pharao, qui vt Exod. 1 vnum infantem Moyſem occideret, omnes Hebreorũ infantes ſuffocari fecit. Exod. 1. Ecce impius Saul, qui cũ fugientẽ Dauid occidere non poſſet, omnes innocentes ſacerdotes iuſſit iugulari. Ecce impia Iezabel, quæ, quia fugientẽ Heliã cõpræhendere non valuit ad perdendũ eũ, omnes 1. Re. 22 prophetas Iſrael trucidauit. Ecce alter impius Hærodes, qui videns, ꝙ Petrus Act. 12 liberatus eſſet de carcere per angelum, & ſic manus ſuas efugiſſet, omnes cuſtodes carceris occidi fecit. Act. 12. Sic prorſus tyrannus iſte Herodes, quia vnũ puerũ Ieſum inuenire nõ poterat ad perdẽdũ, omnes pueros illius regionis interfecit. Ideo exclamat Aug. Aug. ſer. 1. de Innocent. Grãde martyriũ, crudele expectaculum, exiit machera, & nulla interuenit cauſa. Sola ſtridet inuidia, cũ qui natus eſt, nulli faciat violentiam.

SEd dices. Nõ magnam gloriam habebũt pueri iſti in cælo, cũ ſic cito e vita migrauerint, nec operibus eã potuerint meruiſſe. Ad hoc autẽ dico cũ patre meo Aug. in Manuali c. 35 Aug. de mutua charitate ſanctorũ in cælo, ꝙ ex nimia charitate vnus quiſq noſtrum tãtum gaudebit de gaudio alterius, quantũ de ſuo proprio. Quod exẽplo probat. Si quis alius, quẽ omnino ſicut te ipſum amares, eãdẽ beatitudinẽ haberet quã tu Simile duplicaretur gaudiũ tuum quia non minus gauderes pro eo, quã pro te ipſo. Si vero duo, vel tres, vel plures id ipſum haberent, tã tũ pro ſingulis, quã pro te ipſo gauderes, ſi ſingulos, ſicut te ipsũ amares. Quid ergo erit in illa perfecta charitate innumerabiliũ beatorũ hominũ, & angelorum,

vbi nullus diliget alium mi nos quã ſeipsũ? Si ergo cor hominis vix gaudiũ ſuum capiet, quomodo capax erit tot, & tãtorũ gaudiorũ? ſed vlterius. Quiſq ibi plus amabit Deũ, quã ſe ipſum, & omnes alios ſecũ, & plus gaudebit abſq. extimatione de fælicitate Dei, quã de ſua, & omnium aliorum. Hæc Aug. vbi ſupra. Vbi acutiſsime collegit, & ponderauit, quanta gloria quilibet fruetur in beatitudine. Quid quid enim vnus ex æterna beatitudine non habuerit in ſe ipſo, habebit in alio, quem tanquã ſe ipſum diligit. Sic Gregor. ex illius ſanctæ, & perfectæ charitatis merito fiet, vt vnuſquiſq habiturus ſit in alio, Quod non habet in proprio merito. Et Anſel. ex nimia charitate in cęlo vnuſquiſq. noſtrũ tantum gaudet de alterius gaudio, quã de ſuo proprio, & e conueſo. Vnde quã pueri iſti in ſe non haberint gloriam, habebunt in aliis.

Grego.

Anſel.

SEd videtur. Quod magnum fuerit eis detrimentum ſic cito rapi, viuentes enim merita duplicare poſſent, & maiorem ſic gloriã obtinere? ſed ad hoc reſpõdet Chriſoſ. hom. 9. in Mat. 2. ꝙ non eos permiſiſſet Deus tã celeriter hinc rapi ſi eos præclari cuiuſdã meriti futuros eſſe preſciſſet. Et probat hoc, quia ſi eos, qui in ſumma malignitate victuri ſunt, tanta cum patientia ſuſtinet, quanto magis hos non ſiniſſet auferri, ſi eos magnos quoſdã præuidiſſet futuros. Ex quo id inferamus ad ſolatium noſtrum, ꝙ quemlibet ordinauerit Deus congruentiori tempore ex hac vita rapi. Malus enim ne peior fiat, & bonus ne malus efficiatur, Cito rapi ſolent. De primo, dicit Dauid Pſ. 75. *Priuſquã intelligerent ſpinæ veſtræ ramhnum ſic in ira abſorbet eos.* Hoc eſt. Antes q de pimpollo tierno y blando de çarça ſe haga cãbronera aſpera y dura.

Chriſo.

Pſ. 77.

ra. Hæc ira maxima miſericordia eſt. Sap. 4 *Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius Ideo properauit educere illum de medio iniquitatum* Vnde ſi dilectum in pueritia, aut in iuuentute rapi videris e vita, & ſeruum tuũ tibi prorſus inutilem plenum dierũ in vita ad huc remanere conſpicias, miſterium hoc noueris impletũ, vnde & conſolari valde debes. Si fructus qui ad maturitatem peruenerunt, non ſtatim colligas, ſed diutius in arbore ſinas immorari, forte perdes illos, quia vel cadentes in terra putreſcẽt vel mille periculis expoſitos relinques. Quidam tamen fructus ad hanc maturitatem cito peruenerunt, quidam vero tardius. Vnde alii citius, alii tardius colligendi ſunt. Idem omnino iuditium facias erga homines. Ideo quidam colliguntur in pueritia, quidam in infantia, quidam in iuuentute, quidam ad ſenectam perueniunt, alii vero vſq. ad decrepitam ætatem differuntur colligendi. Sed quilibet certe congruentiori tempore tollitur, & quando ad meliorem diſpoſitionem peruenit. Vnde ſeruis dicentibus. *Vis eamus, & colligamus zizania*. Reſpondit dominus, minime. *Ne forte ſimul cũ eis erradicetis & triticũ, ſinete vtraq. creſcere vſq. ad meſſem, & tunc dicam meſſoribus, colligite primũ zizania.* Ecce quilibet fructus congruentiori tempore differetur colligendus. Idem dico de iſtis pueris. Et idem de quolibet homine iudicandum eſt. Tunc enim quiſq. rapitur e vita, quando ad gloriam, & honorẽ Dei magis expedire viderit ipſe Deus, ad quam nos perducat. Ieſus.

Sap. 4.

Simile

Simile.

Mat. 13.

# DE INNOCENTIBVS SERMO QVARTVS.

*Fuge in Ægyptum, & ſto ibi vſq. dum dicam tibi. Mat. cap. 2.*

1.Re.19 TRadit ſacra ſcriptura. 1. Reg. 19. ꝙ immemor ingratus Saul benefitiorum, quæ de manu Dauid receperat, miſit ſeruos ſuos, qui lanceis eum perfoderent. Sed ſponſa eius Mihcol depoſuit eũ per feneſtram, vt fugiens ſaluaretur. Tulit q Michol ſtatuã pellibus compoſitam, & poſuit in lecto veſtibus Dauid ornatam, & accedẽtes ſerui Saul eſtatuam dilacerauerunt, exiſtimantes ipſum Dauid eſſe. Sed ille ſaluatus eſt. Sic Herodes beneſitiorum Dei oblitus, filium eius occidere machinabatur. Sed eſtatuas quaſdam pellibus, ac veſtibus illius ornatas obtulit ei ſpõſa Chriſti, in quibus iram ſuam effudit, exiſtimans ipſum eſſe. Omnes enim pueros Betleem occidit, exiſtimans occiſſurum Chriſtũ in aliquo eorum. Sed puer Ieſus ſolus liberatus eſt fugiens in Aegiptum. De hac fuga agemus Aue Maria.

F*Vge in Aegyptum, & ſto ibi. &c.* Euangelicus propheta Iſaias, agens de gloria primitiuæ Ecclſiæ noſtræ, & maximæ in exordio ſuo, dixit cap. 60. *Minimus erit in mille & paruulus in gentem fortem*. Iſa. 60. Iſte paruulus, qui & minimus in ſtabulo, & in præſepio iudicatus eſt

eſt, creſcet in milia, ideſt ab ipſa cuna præſepii millia puerorum offeret patri ſuo. Sed non ob hoc fortiores poſtea homines ei negliget offerre. Immo & multo plura millia offeret illi, & qui tanta fortitudine vigeant, vt dicere audeant.
Rom. 8. *Quis poterit nos ſeparare a charitate Dei? an tribulatio, an anguſtia, an mors? &c. Certus ſum ꝙ nec tribulatio, nec anguſtia, nec mors, &c.* Nunc enim vt puer pueros mittit ad patrem, in ſignum ꝙ vir factus millia virorum dabit.
Simile. Qui tranſmigrat ad indos, ſtatim ꝙ acceſsit ad illos, munuſculum aliquod licet minimũ mittere curat parẽtibus, promittens maiora miſſurus poſtea, licet id ſtypendio vitæ eficere cogatur. Sic proſus cum primũ peruenit Chriſtus in mundum iſtũ, munuſcula quædam patri tranſmittere curauit, poſtea plura, & maiora miſſurus, cum ad perfectiorem peruenerit ætatem Ideo nũc puer pueros mittere properat. Vnde clamabat. *Sinite paruulos venire ad me.* Marc. 14 Scilicet per mortẽ, vt exponit Gregorius Niſenus. Gregor. Sed ipſe noluit guſtare mortem ſimul cum illis, vt plures poſtea mitteret ad patrẽ, & ſaluatus eſt fugiens in Aegyptum.

FVge in Aegyptum. Deſiderabat Chriſtus illuminare ipſum Aegytum, ideo in Aegyptum ſe contulit. Aegyptus enim interpretatur tenebræ, ſeu caligo. Eos enim etiam illuminare veniebat, qui in caligine peccatorum inuoluebantur. *Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent.* Luc. 1. Ad hoc venerat. Luc. 1. & tunc impletũ eſt illud. Iſa. 9. *Habitãtib⁹ in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.* Quia ſol verus iuſtitiæ apparuit Aegyptiis, vt illos illuminaret, & in viam rectam reduceret, ideſt in cultum veri Dei, relicta idolatria. Quod dixit per Iſa. 19

*Aſcendit Deus per nubẽ.* (Silicet humanitatis, & in illa.) *Ingredietur Aegyptũ & commouebũtur omnia ſimulachra Aegypti a facie eius.* ꝙ quidem nunc ad impletum eſt. Licet enim Ioſeph. lib. 2. de bello Iud. ca. 30. Verba hæc intelligat de Onia, qui vt idola Aegypti dextrueret, templum ibi domino Deo Iſrael conſtruxit. Hieronimus tamẽ de Ioſepho & Maria in Aegyptum proficiscentibus exponit, & per nubẽ leuem intelligendam cenſet beatam Mariam virginem, in cuius vlnis ſaluator ductus eſt in Agyptum. Et nubes dicitur, quia per eã pluit Deus in orbem gratiam Chriſti, vt dicit Amb. de inſtitutione virginis, & leuis dicitur, quia non ex virili ſemine grauata, quia *Quod in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt.* Luc. 1 dicitur etiã leuis, quia nullũ habuit pondus peccati. Sed Zirilus per nubẽ leuẽ intelligit humanitatẽ Chriſti, qui dicitur nubes, quia pluuiam ſanguinis emiſit in paſsione, aſcendit ergo Chriſtus cum Maria & Ioſeph in Aegyptum. *Et cõmouebuntur omnia ſimulachra Agypti.* Hoc totum impletum eſt hodie. Euſebius enim ſuper hunc locũ dicit, demones qui animas Aegyptiorum ſubiectas habebant, cũ ſenſiſſent nouã, diuinam q. virtutem ad ſe acceſsiſſe, cõmoti ſunt, & perturbationem paſsi, vnde & fugam cæperunt. Sed Nizephorus. lib. 10. hiſto. cap. 31. Et magiſter hiſtoriarum narrant, ꝙ ea met nocte intrauit Chriſtus in Aegyptum, qua filii Iſrrael præcepto ſuo exierant. Et ipſo ingrediente non fuit templum, in quo idolum nõ corrueret, in tota terra Aegypti. Sicut enim intrante arca Dei in Azoto in templum Dagon, ipſa eſtatua Dagon corruit in terram, & comminuta eſt. Sic

Margin notes: Iſa. 19. Ioſeph. Hiero. Amb. Luc. 1. Ziri. Euſeb. Hiſto. 1. Re. 15

ingrediente in Aegyptum viua arca Dei cum manna cæli, ideſt Maria virgine cum puero Ieſu, omnia idola corrruerunt, quia idolorum ſubuerſor puer acceſſerat. Et ipſe magiſter narrat vbi ſupra, ꝙ princeps Aegypti Pharao prętioſiſsimo diademate caput ſuum ornabat, in quo idolum quoddam nomine Amon, ſculptum erat, quā coronam capiti infantis ſæpius ſuper impoſitam, ſemper ipſe infans Moyſes & repellebat, & pedibus conculcabat. Ex quo nihil boni coniiciens Pharao, puerum occidi iuſsit. Sed induſtria filiæ Pharaonis mortem euaſsit? Ecce quod tunc rex Aegypti timebat, nunc euenit ſuper regnum eius. Quia puer Hebreorum Chriſtus ingrediens Aegyptum, omnia idola eius conculcauit.

*Hiſto.*

Et ad hoc pręcipitur.

*Fuge in Aegyptum.*

FVge in *Aegyptum.* Ex hac fuga in Aegyptum aliud etiam miſterium colligit Chriſoſtomus hom. 2. in fæſto Innocent. Scilicet, quod poſt flagella dura diuinitus irrogata, Deus pietate commotus filium ſuum miſsit ad Aegyptum, vt quæ ſub Moyſe debitas ſui ſceleris pænas expenderat, nunc ſuſcipiendo Chriſtum ſpem ſalutis acciperet. Ecce ergo ad quid tantis plagis percuſſerit Deus Aegyptum. Vt ſcilicet ſuperbia eius fracta humilis, & beneuola ſuſciperet dominum ad ſe venientem. Iudit. 3. Holophernes miſſus ad debellandas prouintias, Regiq. Nabucho ſubjiciendas, exercitum per validum præmittebat, vt vi vel metu conſtricti eum venientem humiles, & beneuoli reciperent, qui timentes veniebant obuiam ei cum coronis, & palmis, In ſignū ſubiectionis.

*Chriſoſt.*

*Iudit. 3.*

nis. Sic princeps pacis Chriſtus ad rebelles gentes ſubiugandas exercitus per validos ſolet præmittere, flagella, ſcilicet, dolores, & afflictiones. Quibus armis vti ipſe ſolet, ad fortiſsimos quoſq. debellandos. Ideo dicebat David. *Vides quoniam tu laborem & dolorem conſideras, vt tradas eos in manus tuas.*
Pſ.9. Pſal. 9. Quaſi dicat, attentius conſideras, quantum doloris, & afflictionis ſufficiet ad quemlibet debellandum, & tantum immitis. Hinc eſt, quod ad quoſdam grauiora, ad quoſdam leuiora mittuntur flagella, ſed ad quemlibet totum id, quod neceſſarium eſt, ſecundum duritiam eius.
Pſ.79. Et Pſal. 79. *Potum dabis nobis in lachrimis in menſura.* Et Iſaia. 28. *Ponam in pondere iuditium, & iuſtitiam in menſura. Non enim in ſerris triturabitur Gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum pertranſibit Sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo.* Quia hoc illis ſufficiens erit. Ecce ergo ad quid flagella mittatur hominibus. Ideo ſponſæ dicenti. *Vadam poſt amatores meos.* Dixit Deus. Oſſe.2.
Iſa.28.
*ſepiã vias tuas ſpinis.* Ideſt laboribus, & amaritudinibus. Sed ad quid? vt dicat ſponſa. *Reuertar ad virum meum priorẽ, quia melius erat mihi tunc, magis quam nunc.* Et ob hoc filium prodigum, fame, & nuditate præmebat, vt cogeretur dicere. *Reuertar ad pattrem meum.* Et ideo tot plagis percuſsit Aegyptum, vt Deum ad ſe venientem humiles ſuſciperent hodie. *Fuge in Aegyptum, &c.*

Et ſto ibi vſq. dum dicã tibi. Et quãdo dices mihi? nec id quæſiuit Ioſeph, Solicitus enim minime fuit ad quærendum, Quot diebus, menſibus, vel annis, hanc peregrinationẽ, hæcq. dura mala ſuſtinebo?

nec Angelus id ei aperuit. ſed ſolum dixit. *Sto ibi vſq. dum dicam tibi*. Noluit Deus cognoſcant homines quanto tempore afflictiones duraturæ ſint eis, vt parati ſint ad eas per totam vitam tolerandas, ſi ſic ei plecuerit. Vt ſic licet vno tantum die perſeuerauerit affiictio, meritum tamen eius non ſit vnius diei tantum, ſed totius vitę

Sap.4. Sic intelligitur illud. Sap.4. *Conſumatus in breui, expleuit tempora multa.* Quia iã ſe ipſum ad labores, & afflictiones multorum temporum ſuſtinendas obtulerat, ſi ſic beneplacitum eſſet Deo. Et eas iam mente conceptas acceptabat, & eas pro Deo pati amabat. Vnde nec earum meritis priuari debuit, quaſi ſi opere eas pertuliſſet, per accidens enim fuit quantum ad hoc, ꝙ ſic cito raperetur e vita. Iam enim animo paratus erat ad eas multis temporibus ſuſtinẽdas. Et ideo *Conſumatus in breui, expleuit tempora multa*. Ideſt meritis afflictionum multorum temporum coronatus eſt. Sunt qui referant, clauos quibus Chriſtus cruci affixus eſt, ex altera parte repercuſſos fuiſſe. Que eſtauan rebatidos, y remachados. Sed ad quid hoc, cũ per ſpatium ſex horarum tantum cruci affixus eſſet permanſurus? diuina id prouidentia contigiſſe nõ dubites, vt Chriſtus ſe totum offerret voluntati patris fixum ſe ibi per manſurum vſq. ad finem mundi, ſi ſic ei beneplacitum eſſet. audiſtis ſæpius quanta patientia tot flagella ſuſtinuerit Iob. Et ad huc dicebat. Iob.23.

*Anima eius quod cunq. voluit, hoc fecit, cumq. expleuerit in me voluntatẽ ſuã & alia multa ſimilia, præſto ſum ei.* Ideſt dura flagella miſit in me, ſed ſi duriora mittere voluerit, paratus ſum ad ea pro illo libenter ſuſtinenda. & cap.13. Iob.13.

Etiam

*Etiam ſi occiderit me ſperabo in eo.* Ideſt etiam ſi vſq. ad finem vitæ præmat me flagellis, humiliter portabo Vnde meritis eorū non priuatus eſt, quaſi ſi per totam vitam ea ſuſtinuiſſet. Mat.20 Hinc eſt ꝙ qui ad occaſū ſolis venerunt ad vineam, æquale præmium receperunt cum illis, qui pondus diei, & æſtus portauerant colendo terram. Quia parati acceſſerant ad laborandum per totam diē, ſi dies longior per multum extitiſſet. Per accidens enim fuit ꝙ ſic cito finirūtur eis dies. Vnde præmio laboris totius diei munerati ſunt, quaſi ſi per totum diem elaboraſſent. Quia ergo Ioſeph paratus erat pati mala illa per totā vitam, ſi Deo placuiſſet, nil interrogat, ſed audit. *Sto ibi vſq.*

E*rat ibi vſq. ad obitū Herodis*. Non deſtitit Herodes a concepta ſemel ira contra Chriſtum vſq. ad mortem ſuam. O miſeri o infælices obſtinati peccatores qui nulla vi, nullo metu, nulliſq. flagellis, a vitiis di moueri valent vſq. ad mortem. Nunquā Saul valuit erradicare de corde ſuo, quam ſemel admiſſerat in eo irā contra Dauid, vſq. ad diem mortis ſuæ. Quam ſemel concepit irā Eſau contra Iob, etiā in ſucceſſoribus cōſeruauit. Idumei enim ob eo deſcendētes armis inſurgentes contra Hebreos egreſſos de Aegypto tranſitum ad terram promiſſam per Edon impediebant eis vt patet. Amos.I. Amos.1. *Super tribus ſceleribus Edon, & ſuper quattuor non conuertam eum, eoꝙ perſecutus eſt in gladio fratrem ſuum, & indignationem ſeruauerit vſq. in finem.* Fratrem ſuū vocat populum Hebreum quia ex Iacobo fratre patris ſui Eſau deſcendebat. Et Apoc.9. dicitur. *Poteſtas equorum in ore eorum* Apo. 9.

*eſt, & in caudis eorum,*
*nam caudæ ſimiles ſerpen-*
*tibus habent capita, & in*
*his nocent.* Ecce equi iſti
ore dilacerabant, tanquam
leones, ſed cauda fortius.
Id eſt, in principio crude-
les, & impii erant, ſed in
fine longe peiores. Et
quid de obſtinato Pharao-
ne referam? ſemel appræ-
hendit. *Non dimittam po-*
Exod. 14 *pulum.* potuit ne ab hac
impia determinatione di-
moueri quo vſq. ſub vn-
dis periit? Nabuchodono
ſor cępit amare ſuperbiam
Et eam non ſolum vſq. ad
mortem retinuit, ſed & ad
inferos ſecum duxit. Sic
Iſa. 14. Iſa. 14. *infernus ſubter*
*conturbatus eſt in occur-*
*ſum aduentus tui, omnes*
*principes terræ ſurrexe-*
*runt de ſoliis ſuis.* Et Eze-
chie. 24. De quibuſdam
eze. 24 obſtinatis dicit. *Multo*
*labore ſudatum eſt, & non*
*exiuit de ea nimia rubigo*
*eius, neq. per ignem.* Qua-
ſi dicat, nec exibit, quouſq.

eam æternis flammis cru-
ciandam tradam, & Iob.
20. *Oſſa eius repleban-* Iob. 20
*tur vitiis adoleſcētiæ eius,*
*& cum eo in puluere dor-*
*mient.* Entrañados en los
hueſos, y coſidos dentro
dela mortaja, los an de lle-
uar a la ſepultura. Nulla
enim vi obtinebitur, vt ea
deſerant vſq. ad mortem.
Ezech. 32. *Ibi Moſoch,* eze. 23
*& Tubal, & omnis mul-*
*titudo eius, qui deſcende-*
*runt ad infernum cum ar-*
*mis ſuis, & poſuerunt*
*gladium ſuum ſub capiti-*
*bus ſuis, & fuerunt iniqui*
*tates eorum in oſsibus eo-*
*rum.* Debaxo de las almo-
hadas de ſus ſepulchros te
nian las armas, con que per
ſiguieron a ſus enemigos,
y lleuaron ſus rancores, y
peccados, metidos enlos
miſmos gueſos. Quid non
fecit dominus vineæ, vt
ficus ariditatem expelle-
ret, & vireſceret? primo
ſecundo, & tertio anno
expectauit eam rigando,

excolendo, & mittendo
Luc. 13. ſtercora; ſed certe laborem & operam perdebat quia duritiam non amiſsit. Et de tota vinea conquerebatur poſtea dicens. *Quid amplius debui facere vineæ meæ & non feci*. Et poſt tot beneficia quos fructus reddidit tibi? *Expectaui vt faceret vbas*
Iſa. 3. *& fecit labruſcas*. Labruſcas ſemel cæpit reddere domino, & labruſcas reddet, quo vſq. in cinerem redigatur, quia nullo benefitio adduci poterit, vt reiectis labruſcis vbas optimas producat. Sic Herodes cæpit perſequi Chriſtum, nec deſtitit vſq. ad mortem.

SEd contemplare obſecro. O anima mea, quantus timor virgineam mentem in hac fuga euaſſerit, quantuſq. dolor percuſſerit cor eius, in itinere. Quot noctes duxerunt in ſomnes Maria & Ioſeph. Quot vicibus ſiti æſtuarent. Quoties abſq. cibo per noctarent, qui cibum angelorum ſecum portabant. Compatere o anima mea Deo tuo peregrinanti. Compatere fideliſsimo Ioſeph afflicto, quia neceſsitatibus matris, ac filii poſt tantum laborem ſuum ſuccurrere non valebat. Compatere & puerperæ virgini, quæ ex his omnibus iam terretur, iam pauet, iam ingemiſcit, iam filium inter vbera aſtringit, vt nudum a frigore noctis calore ſuo foueat, & defendat. iam in ſuper adorat, iam oſculatur eum, faciem eius lachrimis pro fuſsis rigat, & lauat. Iam eius aſſumptas pænalitates deplorat. Contemplare & alia multa, quæ in longo hoc itinere eueniſſe neceſſarium erat. Contẽplare deniq. quanta per

ſeptem annos paſſa ſit in Aegypto intergentem ignotam & impiam. Cui enim alienigena puerpera nota erat, qui neceſsitatibus eius ſubueniret? quis reciperet eam in domo ſua? tot tantaq. ſunt iſta, vt vix intellectu meditari poſsint. Tu conſidera, vt compatiens, & corregnes etiam

&c.

# DE CIRCVNCISSIO-NE DOMINI.

## SERMO PR MVS.

*Poſtquam conſumati ſunt dies 8. vt cir-cunciderentur puer. Luc. c. 2.*

Dies quæ illuxit nobis hodie ſolenioribus præ cæteris debet cęlebrari lętitiis, quia ſolē-niores occaſsiones occur-runt in ea, primo enim ce-lebramus feſtum circun-ciſsionis, ſecundo primam ſanguinis Chriſti effuſsio-nem in prætium redemp-tionis noſtræ., tertio habe mus impoſitionem altiſsi-mi nominis Ieſu. Cui om-ne genu flectitur terreſ-trium, cæleſtium & infer-norum , quarto octauam natiuitatis eiuſdem reco-limus . Ad tanta miſteria magna gratia eſt neceſſa-ria. Aue Mar.

*Poſtquam conſumati ſunt.* El hablar poco es de virtuoſos . Legatus quidā venit ad regem lacedemo niorum Agis, qui legatio-nem ſuam maxima verbo rum copia propoſuit, quā totā rex ſilenter audiuit. & interrogatꝰ a legato. Quid reſpondes ad hæc? illud re nuncia (inquit). Quantum tempus tibi fuit opus ad di cendum, tantum me ſilen-ter audiſſe. In quo loqua-citatem legati repræhen-dere, & prudentiam ſuam in tacendo ponderare vo-luit, hinc Plinius dicebat, non minus oratoris eſſe ſci re tacere , quam ſcire lo-qui. Et ſapientiſsimus Pi-tagoras gimnaſium habe-bat, vbi docebat tacere. Ec ce ꝙ opus virtutis ſit fræ-

*Hiſto.* *Plinius.*

nare linguam. El hablar poco. Sed parum, & bonum loqui perfectorum eſt. Iacobi. 1. *Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio.* Et Clarius. ca. 3. *Qui patiens, & diſciplinatus eſt, oſtendat ex bona cōuerſatione.* En hablar poco, y bueno. Sed tamen parum, bonum, & miſteriis plenum loqui, prudentiſsimorum iam virorum eſt. El hablar poco y bueno, y compendioſo, es de muy diſcretos. Quia vno verbo plures ſententias tradere non omnibus conceſſum eſt. Magis rethoricū fateor, vnam ſententiam mille viis elucidare. Sed vno ſolo verbo mille ſententias inuoluere, prudentiſsimorum eſt. O prudentia maxima Dauid, qui vt omnes miſerias corporis vno verbo traderet, carcerē vocauit dicens. *Educ de cuſtodia animam meā.* nec ſatis laudatur vnquam prudētia Homeri, qui corpus appelauit ſepulchrum, quia in his duobus verbis omnes miſeriæ, & infelicitates corporis comprehēduntur. Vnde Ageſilaus vbi ſupra, audito quodam oratore qui res minimas verbis mirifice amplificauerat, & rogatus quid ſibi videretur de illo, reſpondit. Ego ne ſutorem illum arbitrer bonum, qui paruo pedi magnos inducat calceos? quaſi dicat pulchrius forte id erit, non tamē prudentius. Ecce, el hablar poco es de virtuoſos. Poco y bueno es de perfectos. Poco y bueno, y compendioſo, es de muy prudentes, y diſcretos. Hæc ergo maxima prudentia vſus eſt hodie euangeliſta noſter, qui in duabus euāgelii propoſitionibus infinita miſteria recluſsit. Prima propoſitio eſt. *Poſtquam conſumati ſunt dies.* 8.

Iacobi. 1 | Pſ. 141 | Hiſto.

P*Oſt quam conſumati ſunt dies* 8. Non diſtulit ad trigeſsimum annū, ſanguinem pro te fundere, ſed,

ſtatim natus in 8. die. Ecce æſtus, ecce ſitis ſalutis tuæ. Que prieſſa ſe da Dios por verte remediado. Et poſtea in vno dũ taxat die fuit captus, iudicatus, flagellatus, coronatus, colaphis cęſſus, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Que prieſſa ſe da. Cum primum propoſitũ fuit verbo, q carnem ſumere deberet, ad patiẽdũ pro homine. *Tunc dixi, ecce venio.* Pſ. 39. Non dixit. *Veniam*, ſed, *Venio.* Quaſi dicat, para luego es tarde. Et quãdo tempus acceſsit, vt veniret. *Exultauit vt gigas ad currendã viã.* Quod multi intelligũt d ipſo ſole materiali, qui dicitur exultaſſe vt gigas ad currendã viam, ob rapidiſsimũ motum quo orbem percurrit. Aug. tamen, & Theophil. per cælos intelligunt apoſtolos. *Cæli enarrant gloriã Dei.* Ideſt Apoſtoli. Et per ſolẽ intelligũt Chriſtũ qui eſt ſol iuſtitię. Sic Theophilactus explicat illud. *In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ* ideſt, in Chriſto homine. Iſte. *Exultauit vt gigas.* Cobro aliẽto, y ſe corroboro en el brio, y corazon como vn robuſtiſsimo gigãtazo. *Ad currendã viã.* Vt citius perueniret. Sic Theophil. libẽtiſsimo animo ad nos accurrit, potius quã acceſit aduolauit potius q̃ accurrit, y como venia cõ tãto impetu traſtorno tras ſi los cielos. *Inclinauit cęlos, & deſcẽdit*, atropellaua quãto encõtraua. Et diſceſſus iã ab oris illis veniebat. *Saliẽs in mõtibus, tranſiliens colles.* Et poſtea natus vocatur, el preſuroſo, el acelerado. Iſa 8. *Voca nomẽ eius accelera, ſpolia detrahere, feſtina prædari*, & hoc quia. *Ante quam ſciat puer vocare patrem, & matrẽ, auferetur fortitudo damaſci.* Antes q ſepa gorgear, y dezir tayta *Quid tu vides Hieremia? virgã vigilantẽ ego video.* alia litera. *Baculũ amigdalinũ ſulicitũ emitere flores* & reſpõdit Deus. *Bene vidiſti, quia ego vigilabo et pro*

Pſ. 39. Pſ. 18. Aug. Theophi Iſa. 8. Iere. 1.

*periclo, vt faciam verbum meum* Quaſi dicat; nulla amigdalus tanta properantia curret ad flores emitendos, quanta ego feſtinabo effundere ſanguinem meũ, & dare flores fructos præcedentes, quia effuſsio ſanguinis in circũciſione flos fuit fructuũ copioſiſsimæ redemptionis in caluario faciendæ. Qui pretioſiſsimam ſibi aliquã emit poſſeſsionem, ſi non ſtatim ſoluat prætium, timens ne ex dilatione ammittat, aliquam prætii partẽ ſtatim ſoluere feſtinat, in ſignum, ꝙ pactum ex vtraq. parte firmum erit. Salutem humanam ſitiebat Chriſtus vehementer, quam prætio magno ſanguinis ſui emere debebat, ſed illum vſq. ad trigeſsimum tertium annum ſoluere non debebat, ſecundum diſpenſatio nem patris. Et timens ne ex dilatione hæreditatem amitteret. Statim partem pretii in ſignum certiſsimũ tradere properat. Ideo die

*Simile.*

8. circũciditur. Duo verba protulit Chriſtus morti iã proximus, ex quibus vim ſitis ſuæ pro humana ſalute ſatis ponderauit. Primũ fuit ad Iudam proditorẽ. *Quod facis, fac citius.* Ioa. 13. Non præcipiebat illi ꝙ peccaret, quia vt ſic. *Deus intentator malorum eſt.* Iacobi. 1. Sed quaſi dicat. Perte dolebo quidem omiſer Iudas, ſed quamtum ad me attinet, iam mihi tardius valde videtur, vt tradar pro te. Secundum verbum fuit ad omnes diſcipulos ſimul. Marc. 14. *Amẽ dico vobis, nõ bibam de hoc genimine vitis, donec illud bibam nouum in regno patris mei.* Eſt phraſis loquẽdi. No comere mas bocado haſta acabar eſte negocio. Vt ponderetur quanta feſtinantia id compleri elaborabimus. Sic Acto. 23. *Quidam ex iudęis collegerunt ſe, & uouerunt dicentes, neq. manducaturos, neq. bibituros, donec occiderent*

*Ioa. 13.* *Iaco. 1.* *Mar. 14* *Act. 23*

Pau-

*Paulum.* Sic Chriſtus manducans cum diſcipulis ſuis, calicem q in manu habens ad bibendum dixit. *Amē dico vobis, non bibam amplius, &c.* In quo ſatis ponderauit, quanta auiditate, & cæleritate ſalutem noſtrā quæreret. Ideo in 8. die circunciditur. *Poſtquā conſumati, &c.*

D*ies octo.* Non longius diſtulit ſanguinem pro te effundere, vt & tu diſcas conuerſionem tuam accelerare, nec plus differre eam, ſed ab infantia te totum dicare Deo. Valde enim gratum eſt Deo ꝙ a prima ætate aliquis ſe ſe to-

*Hiere.* 1. tum ei tradat Hierem. 1. *Quid tu vides Hieremia? virgam vigilantem ego video. bene vidiſti.* Renueuo y ya los ojos abiertos, o q buena viſta, o que agradable. Et per Micheas. 7. Ex-

*Mich.* 7. clamat Deus. *Pręcoquas ficus deſiderat anima mea.* Anſias tiene mi alma por fruta temprana. Ideo præceperat. Exod. 23. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domū domini Dei tui.* *Exo.* 23.

Per primitias primos fructus terræ intelliguntur a multis. Hos auide deſiderat a te Deus. Fructus in infantiæ. Chriſoſt. autem *Chriſoſt.*

per primitias non primos, ſed perfectiores fructus intelligit. Et ſic intelligit illud Pauli de Apoſtolis. *Nos autem primitias ſpiritus habentes.* Rom. 8. Non *Rom.* 8.

primi qui ſpiritum habuerunt. Multi enim alii iam præceſerant ſpiritu pleni. Sed qui perfectiorem, & pleniorem ſpiritū acceperunt. Et vtrum q. ſatis ad intentum noſtrum facit, ſiue enim ibi primam ætatē noſtram petat, ſiue perfectiorem partem eius ad ſeruitiū ſuum, ſemper infantiam petere agnoſcamus. *Num.* 5.

Num. 5. Omnia quæ offertis Deo optima, & electa erunt Lo mejor de la edad es la niñez, eſa quiere. Hāc ergo ętatem amat Deus ei offerri. Ideo primam oblatio-

tionem obtulit patri ſuo Chriſtus ex teneris pueris tanquã illi gratiorẽ. De ligno vetito dicitur Genes. 3. (Gen. 3) ꝙ apparuit mulieri pulchrũ oculis, aſpectu q. delectabile inter cætera paradiſsi ligna. Immo & ad veſcẽdum ſuauius, et delectabilius. Vnde hoc? quia iſtud lignum ſecundum patrem Auguſ. (Aug.) Theodoretũ, & Orig. Vt citantur in bibliotheca patrum. Ficus erat, quæ prima fructus ſuos offert hominibus. La breba fruta mas temprana. Ideo pulchrior, & gratior cæteris arboribus. Ideo clamabat Chriſtus. *Sinite paruulos venire ad me*. Et certe qui cito dat, bis dat. Sic Paulus. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Cor 9. (2. Cor. 9.) Sed minime dicatur hilaris dator qui quod hodie præſtare poteſt, differt in craſtinũ, & Eccli. 5. (Eccli. 5) *Si quid vouiſti Deo. Ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſsio.* (Eccli. 9.) &.c. 9 *Quodcumq. facere poteſt manus tua ſtatim operare.* Ne differas, ne procraſtines, &.c. 51. (Eccli. 51) *Operamini opus veſtrũ ante tẽpus, & dabit vobis mercedẽ in tempore ſuo.* Apreſuraos a obrar aun antes de tiẽpo, que no ſepa el niño hablar, y ya ſepa rezar. &c. Hoc enim gratiſsimum eſt ei. Ecce Chriſtus nondum natus ſanguinem fudit.

*Dies. 8.*

Dies octo. No aguardo mas. La gracia no haze holgazanes, ni perezoſos. Sib Amb. (Amb.) Neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia. Cum primum pectora paſtorum tetigit, venerunt feſtinantes ad præſepium. Luc. 2. (Luc. 2.) Nec diſtulerũt quærere Chriſtum vſq. ad ſequentem diẽ. Et Zacheus deſcedit de ſichomoro feſtinans, ſtatim ꝙ vocatur a Chriſto. Ideo Paulus dicit (Ephes. 5) ad Epheſ. 5 *Vidite fratres quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed quaſi ſapientes redimẽtes tem-*

*tempus, quoniã dies mali ſunt.* Nota illud. *Redimentes tẽpus.* Pro illo. *Tẽpus.* Lyra. Caieta. Occaſionẽ, & opportunitatem vertunt Lyra, & Caietanus, & Eraſmus ſuper hunc locum. & pro. *Redimentes.* Legunt. *Ementes.* Quaſi dicat, nõ ſolum nulla vobis pretermittẽda eſt tẽporis particula opportuna ad currendũ bonis operibus, immo & emere debetis occaſiones, & opportunitates diſpendio cæterarũ Lyra. rerũ. Et Lyra dicit, *redimẽtes tempus.* Bonis operibus inſiſtẽdo. *Quoniã dies mali ſunt,* ideſt multis malis expoſiti. Vnde vt ab eis liberemur, ſoliciti valde eſſe debemus in via Dei, & Pſ. 94. Dauid P. 94. *Hodie ſi vocẽ domini audieritis nolite obdurare corda veſtra,* ideſt nolite differre cõuerſionẽ vſq. ad mane. Et Hebre. ex Heb. 3. hortabatur Pau. dicens. *donec hodie cognominatur in vobis.* Heb. 3. *Ad hortamini vos met ipſos per ſingulos dies.* Lyra. Per, *hodie,* tempus grtię intelligitur. Sic Lyra ſuper hoc, quaſi dicat. Pau. Quã diu durat tẽpus grtiæ ad hortamini vos met ipſos cõſcientias proprias cõtinue diſcutiendo, nec aliqua prętereat ocaſio in hoc tẽpore toto. Sed tota ſolicitudine veſtrã ſalutẽ operamini, ꝙ ſignũ erit in habitãtis in vobis gratiæ Dei. Quę in anima nõ ſolet eſſe vacua, vel pigra, ſed ſolicita ad operãdũ. Act. 2. *Factus eſt repẽte ſonitus de cęlo, tã quã aduenientis ſpiritus vehementis.* Act. 2. Spiritu ſancto, Y ruido caſi ſiẽpre andan iũtos. Quia non finit animã poſſeſam in ocio detineri, ſed in multis operibus occupari. *Martha martha ſolicita es.* Luc. 10. Quid mirũ quia fontem gratiæ habebat intra domum ſuam. Qualiter ocioſa eſſe poterat? nõ enim ocultari poteſt gratia, vbi cumq. fuerit ſuis met operibus proditur. *Et domus repleta eſt fumo.* dixit Iſa. 6. Iſa. 6. Euidens ſignũ, ꝙ ignis aderat intꝰ, iſte

ignis ſpiritus ſanctus eſt. Nec fieri poteſt, quim fumus, & vera inditia ſuæ aſſiſtentię appareant, vbicũq. ille fuerit, & hoc per feſtinantiam animæ in operibus bonis. animalia Ezechielis.cap 1. *Ibant in ſimilitudinem fulguris coruscantis* Ideſt velotiora fulgure ipſo rapiebantur. Vnde tanta eis velocitas ad currendum in hac via Dei? quia ſpiritus ſanctus erat in eis, cuius impetu rapiebantur. *Vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur.* Y como no haze ocioſos, corren y buelan, Ideo Christus. *Octauo die, etc.*

Ezech.1

*VT circũcideretur puer vocatum eſt nomẽ eius Ieſus.* Ideſt ſaluator. Vt ex ipſo nomine diſcat ad quid miſſus fuerit in mundum, & quid in eo facere debeat Frequens eſt in ſacra ſciptura, in ipſo nomine impoſiio repreſentare homini onus officii ſui, & ad quid ſtricte teneatur. Enel meſmo nombre le repreſentã ſus obligationes, paraque teniendolas ſiempre preſentes, las cumpla mas puntualmente. Sic dicitur. 4. Reg. 24. ꝙ cum rex Nabucho eiecisset de regno ſuo Regẽ Ioachim, & patruo ſuo Mathathiæ tradidiſſet illud, mutato nomine vocauit eum Sedechiã. Ideſt iuſtitiam Dei. Et rationem reddit Lyra dicens. Fecit enim Rex Babilonis eum iurare per dominum, ꝙ ſeruaret ſibi fidelitatem, & tributum redderet, vt habetur. 2. Paral. 26. & propter hoc ſic vocauit enm (dicit Lyra) vt eſſet memor iuramenti, quod ſibi fecerat. Et cum primum Simon factus eſt caput eccleſię, mutato nomine vocatur Petrus. Ioa. 1. *Tu es Simon filius Iohanna, tu vocaberis Cephas, quod interpraetatur Petrus.* Quia ſuper hãc Petram decreuerat ædificare eccleſiam ſuam. vocetur ergo petra, ideſt firmitas, vt ex ipſo nomine diſcat

4. Re. 24

Ioa. 1.

cat, quanta firmitate fidem debeat amplexari, qui caput fidelium conſtituitur. Et quando Iacob rediens de Meſopotamia luctatus eſt cum angelo, imponitur ei nomen Iſrael Gen. 32 *Nequaquam Iacob apellabitur nomen tuum, ſed Iſrael.* Et rationem aſsignat Deus. *Quia ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis cõtra homines præualebis.* Et hoc vt ex ſuo met nomine diſcat non formidare faciem irati fratris ſui. Sic certe nũc puero noſtro nomen imponitur Ieſus, ideſt ſaluator, vt nomen ipſum ei proponat ante oculos ſemper, quanta diligentia inuigilare debeat ſuper ſalutem hominũ. Y le obligue a no tratar de otra coſa en toda ſu vida *Vocatur Ieſus.* *Gen. 32.*

V*T circũcideretur puer vocatũ eſt nomen eius Ieſus* Hæc duo immediate coniungit euãgeliſta circunciſſio, & Ieſus, ideſt ſalus, vt vnum ſit ſubleuamẽ alterius. Quod in omnibus fere operibus ſuis ſic fieri diſpoſuit optimus Deus, ꝙ ſatis patuit in plaſmatione hominis ex duabus naturis inter ſe longe ſic diſtantibus, ex corpore, in quam & ex anima, quarum vna tota terreſtris eſt, altera tota ſpiritualis, vna tota miſera, altera tota fælix. Vna quaſi de ſtyrpe diuina orta altera ex ipſo limo producta ſed quid ſibi vult hæc diſpar coniunctio O ſapiẽtia diuina, vt altera ſit medicamentum, & medicina alterius. Ne homo ex anima tota cęleſti ſuperbiret miſeram ei corporis naturam immiſcuit. Vt oculos ſuos dirigens ad pedes, arrogantiam potius amitteret. & ne ex eo deficeret, animam illi ad imaginem Dei factam conceſsit. Alteram ergo partem dedit, ne homo ſuperbiret, alterã ne deficeret animo, ſed ad altiora quotidie efferretur. Totum hoc mirabili- *Geneſ. 2*

ter in figura videbis in eſta tua illa regi Nobucho oſtéſa in ſomnis, cuius caput erat ex auro primo. pectus & brachia de argento, ſed pedum quædam pars erat ferrea, quædã fictilis Dan. 2. Ecce in hac eſtatua caput erat aureum, & pedes lutei. Hoc ne eſtatua superbiret, illud ne ad vilia proſterneretur. Hinc eſt ꝙ poſt peccatum dira ſententia damnauit hominem Deus, ſed vxorem eius vocauit Euam, ideſt mater vitæ ſecundum patré Aug. Echole Dios vn requiebro ternisſimo, vida, vida mia, conſuelo mio. O incompræhenſibilis ſapientia, & miſericordia Dei. Ne horrore ſententiæ debilis mulier deficeret, tanto eam fauore dignatus eſt fulcire, & ne ex fauorum magnitudine extollatur, crudelis ei ſententia ante oculos ponitur. Idem etiam contigit apoſtolo Paulo, quem ex altera parte in cælum videbis raptum & archana cernentem *Quæ non licet homini loqui.* Et ex altera parte ſtymulo carnis ſic collaphizatum, & afflictum videbis, vt ter genu flexus clamet ad Deum, petens auxilium ſuum ne deficiat Ad quid hoc bone Deus? ipſe Paulus declarauit. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtymulus carnis meæ.* Sed ad quid magnitudo reuelationũ data eſt tibi ſimul? ne præ afflictionibus deficeret. Sed in medio earum diceret. *Non ſunt condignę paſsiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Ecce vnum datum eſt in remedium alterius. Dicebat Fauorinus, nunquam de te ſuperbam opinionem concipias, nec e contra de te humiliter ſentias. Nite abatas a menos, ni te leuantes a mas. Ideo ex anima cęleſti factus eſt homo, ne in terra totus ſubmergatur. Et ex terriſtri corpore, ne plus extollatur. Sed vnum ſit remedium alterius. Ecce

Dan. 2.

Gen. 2.

1. Cor. 12.

2. Cor. 12.

Rom. 8.

Fauori,

miſterium quare hodie cir cincisſio, & Ieſus coniunguntur, eſfuſsio ſanguinis & ſalus, vt vnum ſit ſubleuamen, alterius. Nec terreat circunciſſo & effuſsio ſanguinis, & carnis dilaceratio, cum ſalus ſimul ad ſit. Nec ſalutem, & ſaluatorem audiens, relinquas circuncisſionem, & pænitentiam. Sed circuncisſionem ames, vt ſalus ſtatim aduēniat, & Ieſus ad ſit. *Vt circũcideretur puer, vocatũ. &c*

D*Ies.* 8. *vt circunciderетur puer.* Circuncisſio dupliciter poteſt conſiderari, vt præceptum, aut vt ſacramentum. Vt præceptũ obligabat in octauo die, ſic præcipitur *Genes.* 17. Vnde mortaliter peccabat, qui illud tunc nō ad implebat. Sed vt ſacramentũ ſemper, & inquolibet die fieret, vim ſuam, & eficatiam habebat ad abluendũ ab originali. Sicut etiã nũc contigit in ſacramentis legis nouæ, quia de neceſsitate pręcepti tenemur ſemel in anno confiteri, & eucha riſtiam ſumere in paſcha, non tamẽ eſt de neceſsitate ſacramenti, quia inquolibet alio tẽpore vim etiam ſacramentalem retinent. Nec de neceſsitate pręcepti ſumẽda erat circuncisſio ante octauũ diẽ, etiã imminenti mortis periculo, vt tenet Hugo de ſacramẽtis & inde etiã colligi poteſt quia Hebrei qui adhuc extant, circuncisſione antea nō vtuntur. Et ad pueros qui ante diẽ octauũ moriebantur, remediũ erat oblatio, qua ante circũcisſionẽ vtebãtur homines, vt ipſe Hugo affirmat. Nec ſine magno miſterio in die. 8. circũciditur puer, & nomẽ ei imponitur Ieſus, ideſt ſaluator, quia dies 8. reſurrectioni cõgruit. Vnde Dauid Pſ. 2. hũc titulũ dedit. *Pſalmus Dauid pro octaua*, ideſt pro reſurrectione, de qua ibi. Hinc Beda acutiſsime notauit ſup. Luc. 2. ꝙ lingua Greca litteris alphabeticis vtitur pro numeris. ꝙ etiam apud nos viget, quia

*Hugo.*

*Beda.*

quia littera.l. valet 50, & litera c. valet 100.litera.x. valet.10.ſic etiam in Greca lingua, literæ ſeruiunt pro guariſmo. Vnde ipſe Beda notauit, quod nomẽ Ieſu in Grega illa lingua cum his tribus literis ſcribitur 888.hæc enim eſt ſuma nominis Ieſu ex literis Grecis, quæ numeris deſeruiunt.

| | |
|---|---|
| I | 10 |
| H | 8 |
| Σ | 200 |
| O | 70 |
| Y | 400 |
| Σ | 200 |

Quæ omnes littere hunc numerum complent. 888. Tres ochos. Tres octauas. Tres reſurrectiones denotant, inquit Beda, & cauſã aſsignat, quia triplicem reſurrectionem inducit hoc nomem, animæ ad vitam gratiæ, corporis ad vitam immortalẽ, & reſurrectionem ſui ipſius. Vnde vocari Ieſus idem eſt quod multipliciter reſuſcitator. Et ad hoc ſanguinem ſuum fundit, cum vocatur ſaluator, quia hanc ſalutem, & reſurrectionem operaturus eſt mediante ſanguine ſuo. Sic Dauid Pſ.29. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionẽ?* Quaſi dicat ipſe Chriſtus hanc ex mei ſanguinis effuſsione percipietis vtilitatem, quod per eam reſurgetis, ſicut & ego reſurrexi. Et nomen Antichriſti ex numeris etiam compoſitum eſt. Sic Ioannes loquens de illo dixit, Apoc.13. numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex. Tres vezes. 666. ex ſenaris conficitur. Sed nomen Chriſti ex octonariis. Quia ſenarius non peruenit ad ſeptenarium qui requiem ſignificat. Octonarius vero ſimbolum eſt glorię. Quaſi dicat, ex ipſis nominibus intelligant homines, ſequaces Antichriſti ad eam requiem minime preuenturos, ad quam Chriſti imitatores aſcendent, quod totum eueniet eis

*Pſ.29.*

*Apo.13.*

eis ex meritis ſanguinis effuſi. Ac ideo diſpoſuit Deus, ꝙ crux Chriſti poſita fuerit in caluario ſuper ipſum ſepulchrum Adæ, vbi cadaber eius iacebat, vt teſtatur Hieronimus, & multi alii doctores. Vt ſanguis Chriſti deſcenderet per illam ad corpus Adæ, & viſicaret illud. In ſanguine ergo Chriſti tota vita, ſalus, & reſurrectio noſtra ſita eſt. Inde habent eficaciam ſacramenta ad peccata actaualia & originalia abluenda, ideo Auguſti. lib. S. hæreſum. Fuſus eſt ſanguis medici, & factum eſt medicamentum frenetici. Quare ergo decens fuit, vt in octauo die circunciderecur, & ſanguinem funderet, quo nos lauaremur, & reſurgeremus ad gratiam, & ad gloriam, ad quam. &c.

*Hiero.* *Aug.*

D E

# DE CIRCVNCISSIONE DOMINI.

## SERMO SECVNDVS.

*Poſt quam conſumati ſunt dies 8. vt circuncideretur. Luc. c. 2.*

DVo tangit euangelium hodiernum, primum infantuli Chriſti circuncisſionem, & ſanguinis effuſsionem intenerrima ætate ſua, ſecundum altisſimi nominis impoſitionem. Quia *vocatum eſt nomen eius Ieſus*, Ideſt ſaluator. Quoties primum conſidero, prorrumpentes lachrimas cohibere non valeo. Statim enim occurũt mihi quanta pro peccatis meis paſſus fuerit Deus. Sed contemplans ſecundũ incredibili haudio, & cõſolatione afficior, inenarrabiliq. lætitia tota perfunditur anima mea, atq. ſpe firmisſima corroboratur. ꝙ virtute effuſsi ſanguinis veniam, gratiã, & gloriam obtinebit. Albertus Magnus afirmat nulla alia via fertiliorẽ fieri terrã, ac vberiorẽ ad fructus ampliores reddẽdos, quá ſi ſanguine humano colatur. Quid ſi humano, & diuino? fructus quidem infiniti prætii, ac valoris reddet, eſſo ſe haze oy. Aue Maria.

POſt *quam conſumati ſunt dies* 8. Seneca inter prouerbia ſua illud celeberrimum intexuit, amare & ſapere, vix *Deo* concediturr. Amar bien, y no ſalir de ſi, y hazer coſas al parecer deſcõcertadas. Et Dionisius Areopagita audemus Sene.

mus hoc pro veritate dicere, ꝙ Deus ex vi charitatis extra ſe ipſum ſit, que con el demaſiado amor ſalio de ſi. Vis enim veri, & vehementis amoris ea eſt, vt hominẽ extra ſe ipſum rapiat. Et mentem eius ſic occupet, vt quid agat, aduertere non poſsit. Vnde ſæpius indigna ſua authoritate verus amator facit, licet non vero amore indigna. Immo in hec exceſſu perfectio veri amoris ſita eſt. Quæ Deus pro ſalute hominum fecit, longe certe a diuina mageſtate diſtabãt. Sed non a vero amore. Ideo viſus eſt gentibus inſanire. Sic. *Pau.* 1. Cor. 1. *Prædicamus Chriſtum crucifixum, iudęis ſcandalum gentibus ſtultitiam. Sed nobis*(vim veri amoris callentibus.) *Dei virtutem et ſapientiam.* Et Iſaias miratus dicebat. *Vt faceret opus ſuum, alienum eſt opus eius, vt operetur opus ſuum peregrinũ eſt opus eius ab eo.* Iſa. 28. Quia

1. Cor. 1.

Iſa. 28.

certe vt opus redemptionis in finem duceret (quod opus ſuum vocatur) peregrina, & aliena opera a tãta maieſtate non dedignatus eſt facere, ſed ſi aliena a maieſtate ſua, non tamen a vero amore ſuo. De Placella imperatoris Theodoſii vxore tradit hiſtoria eccleſias. lib. 1. cap. 2. ꝙ hoſpitia pauperum frequentare ſolebat, vt eis miniſtraret. Et cum de hoc arguetur a principibus, illud ſolum reſpondebat, fateor me indigna regia authoritate facere, ſed non indigna ardenti amore, quo vror erga dominum meũ Ieſum Chriſtum. Et Micol contempſit Dauidem ludentem coram arca Dei, & dixit. *Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi nudetur vnus de ſcurris.* Que mas pudiera hazer vn truhan. Et reſpondid Dauit. *Ante dominum, qui elegit me,* vi-

Hiſto.

2. Reg. 6

*vilior fiam pluſq̃ iam fa-
ctus ſum.* 2 Reg 6. Quaſi
dicat, ſi indignum opus eſt
hoc diademate regio, nõ
*Hiſto.* tamen vero amore, quo eli
gentem me proſequor. Et
de quodam iuuene Athe-
nienſe traditur, ꝙ tanto a-
more cuiuſdã marmoreæ,
pulcherrimæq. eſtatuę ac
cenſus erat, vt colloquia
ſic dulcia haberet cum illa,
quaſi ſi cum pulcherrima
puella loqueretur. Qua
propter relegatus fuit ex
Athenis. Qui ex vi amoris
ſpiritum initinere emiſiſſe
dicitur. Ecce opus ab ho-
mine rationali longe alie-
num, ſed non certe a per-
fecto amore. Sic nũc quid
longius a Deo, quam circũ
cidi vt peccator quid ma-
gis peregrinum ab eo quã
ſanguinem fundere, & tan
ta mala pati? ſed minime
aliena erant iſta a nimia
charitate, qua æſtuabat.
Ideo nec differre paſſus eſt
effuſionem ſanguinis. *Sed
poſt quam conſumati ſunt
dies 8.*

VT *circũcideretur puer*
Circuncisſio tunc pro
baptiſmo reputabatur in
remedium originalis, quo
in nulla lege caruerunt ho
mines. In lege enim natu-
ræ ſacrifitiũ inſtituit Deus
in remediũ originalis, & in
lege eſcripta circuncisſio-
nem propoſuit in 8. die.
Nec antea tenebantur cir-
cuncidi, ꝙ ſi antea pericu-
lo mortis ſubiacebat ali-
quis, non ideo erat reme-
dio deſtitutus. Quia vt di-
cit. D. Tho q. 70. vel vte- *D. Tho.*
bantur eo, quo ante circun
ciſsionẽ vti ſolitũ erat, vel
priuilegio quodã ſalui fie-
bant. Sic Gregor. 2. Mor.
ꝙ apud nos valet aqua bap *Gregor.*
tiſmatis, hoc egit apud ve-
teres pro paruulis ſola fi-
des, vel pro maribus virtus
ſacrifitii, vel pro his qui ex
ſtirpe Abrahæ prodierant
miſterium circuncisſionis
in octauo die. In lege vero
euangelica baptiſmus inſti
tutus eſt in remediũ illius. *Leui. 12*
Ideoq Leuit. Pręcipieba-
tur c. 12. ꝙ infans octo die-
rum

dierum circuncideretur, ſicut etiam ꝙ purificaretur puerpera poſt dies 40. ſed certe ex contextu ipſius legis conſtat, ꝙ Chriſtus nō comprehendatur ſub ea. Dicit enim lex. *Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit,* Ideſt opere virili. *Immunda erit, & infans circuncidetur.* Vt immundus. *In 8. die.* Virgo autem non concepit ſuſcepto ſemine. Ideo nec ipſa, nec filius eius ſub hac lege comprehenduntur. Quare ergo voluit Chriſtus circuncidi? multis de cauſis. Primum, vt pactum inter ſe & Abraham factum ſolueret. Cui dixerat. Gen.
Gen. 17 17. *Hoc pactum meū, quod obſeruabitis inter me, & vos. Circuncidetur ex vobis maſculum, & circuncidetis carnem preputii veſtri, vt ſit ſignum fœderis inter me et vos* Quaſi dicat, a vobis incipiet, & in me finē faciet, a vobis vſq. ad me durabit. El pacto fue que auia de naçer Dios de Abraham. Et circuncisſio data eſt in ſignum pacti, vt ſignū ipſum proclamaret cuius rei ſignum eſſet. Quod frequens eſt apud ſcripturam. Sic Gen. 28. Dormienti Iacob inclinato capite ſuper petrā promiſsit Deus.
*Terram in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo.* Cumq. euigilaſſet Iacob de ſomno. *Tulit lapidem, quē ſup poſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum.* Sea ſeñal y teſtigo del pacto, la miſma piedra dōde ſe dio, y ſe me prometio, & Gen. 9. *Ecce* Gen. 23
*ego ſtatuam pactum meū vobis, cū nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuii.* Et ſtatim addidit. *Hoc ſignum fœderis, arcum meum ponam in nubibus.* Sed quare potius in nubibus datur ſignū, quā in aliis rebus? quia diluuiū ex nubibus originatur. In eis ergo ponatur ſignum pacti. Paraque quando vea Dios las nubes muy cargadas, vea tambien la ſenal, y ſe acuerde del cōcierto, y pacto q̄ tiene echo, y las de Gen. 9.

tenga, &c. Sic prorſus, promiſsit Deus Abrahæ ex ſemine illius ſe naſciturũ, & ſignum fæderis, & pacti in inſtrumento generationis conſtituit, in circũciſsione. Vnde nil aliud figurabat proprius circunciſsio, quã Deũ de generatione Abrahæ naſciturum, & circuncidari erat, profeſſar q̃ eſperauã auer de nacer Dios de ellos. Ex quo aperte ſequitur, ꝙ nato iam ex illis domino, inutilis eſt circunciſsio. Imo & ſuperſtitioſa, fatetur enim qui nunc circunciditur, Chriſtum non dum fuiſſe natũ, ſed ad huc expectat eum naſciturum Ideo ad Gal. 5. *Si circuncidamini. Chriſtus nihil vobis proderit.* Et quia generatio Chriſti iam nati, non carnalis, ſed ſpiritualis debet eſſe, eo iam nato ceſſet circunciſsio in carne, & aliud nouũ, ac ſpirituale lauachrum accedat, baptiſmus ſcilicet. Hinc Epiphanius dixit Chriſtũ circuncidi voluiſſe, vt finẽ imponeret circunciſsioni, & aliam maiorem oſtenderet. Scilicet baptiſmũ. Sicut enim ſole accedente vmbrã euaneſcere oportet, ſic accedẽte ſole iuſtitiæ Chriſto vmbra legis abſceſsit. Nec ſine miſterio Moiſes cõminuit tabulas legis ſuper petram. *Ad radicem montis.* Exo. 32. Sed quia. *Petra erat Chriſtus.* Inſignum ꝙ lex illa in Chriſto Petra angulari finiẽda erat, & Pau. Rom. 10. *Finis autẽ legis Chriſtus*, & quia, *cęlũ et terra tranſibunt, verba autẽ mea non tranſibunt.* Ideo. 8. *die voluit circũcidi Chri.*

Gal. 5.

Epipha.

Exo. 32.

Rom. 10

Mat. 24

SEcundo circuncidi voluit, ne repelleretur a iudæis, incircunciſſos enim toto odio repellebãt iudæi Vnde ex contẽptu vocabãt gentiles incircunciſſos. 1. Reg. 17. Dauid dixit de gigante. *Quis eſt enim philiſteus hic incircũciſsus, qui exprobrauit agmẽ Dei viuentis.* Ideo Chriſtus voluit circuncidi. Nec mirũ ꝙ tanto ſuo labore eis aſsi

1. Re. 17

milari voluerit, vt eos redi
meret, cum Paulus dicat.
1.Cor.9. *Factus ſum omnibus om-
nia, vt omnes lucrifacerem
cũ liber eßem ex omnibus,
omnium me ſeruum feci, et
factus ſum iudęis tãquam
iudęus, & his qui ſub lege
ſunt, tanquã ſub lege eſſem
cum ipſe non eſſem ſub le-
ge, ſed in lege Chriſti, vt
eos qui ſub lege erant, lucri
facerem*. Vt ab omnibus
amaretur Paulus, & a nul-
lo deſpiceretur, & ſic om-
nes lucraretur, omnibus
multo ſuo labore aſsimila-
ri elaborabat. Ac ideo vo-
luit Paulus ꝙ diſcipulus ſu
us Timotheus circuncide-
Chriſoſt retur, vt dicit Chriſoſt. ho.
34. in acta, ne a iudęis odio
habitus, ipſe, & doctrina
eius deſpiceretur, & nullũ
fructum in eis faceret. Sic.
Act.16. Act.16 *Erat diſcipulus ibi
nomine Timotheus, hunc
voluit Paulus ſecũ proficiſ
ci, & aſſumens circuncidit
eũ, propter iudęos qui erãt
in illis locis*. Si ergo homi-
nes pro ſalute aliorum ho-
minũ hoc facere nouerũt,
quanto magis Chriſtus tor
menta circuncîſsionis ſub
iret, qui amore hominum
flagrabat, ideo voluit cir-
cuncidi.

QVarto ad exemplum
prælatorum, vt diſcãt
etiam cũ proprii ſanguinis
effuſsione, cum diſcrimine
honoris, ſalutis, & vitæ, le-
gem adimplere ad exẽplũ
ſubditorũ. Iſa 9 *Factus eſt* Iſa. 9.
*principatus eius ſuper hu-
meros eius*. Ad literam lo-
quitur de Chriſto domino
paraphraſis caldaica habet.
*Et reſpiciet ſuper legẽ ad
ſeruandum eam* Ipſe dedit
legem, ipſe q. pręcepit eã
nimis ſeruari, ideo ipſe pri
mus ponet eã ſuper hume
ros ſuos ſeruans eã. Iuſtin'
l.3 hiſt. Laudat valde Licur
gum legiſlatorem. Si qui-
dem nihil (inquit) lege vlla
in alios ſanxit, cuius non
ipſe in ſe documenta da-
ret. Et Ariſt. in epiſt ad An
tipatrũ diſcipulũ ſuũ, ac du Ariſt.
cẽ militię Alexãdri dicit, vt
refert Plutarchus in Mor. l.

de profectu morũ. Nec dũ par eſt ſapientia præſtare eum qui imperio antecedit, ſed etiam religione, & pietate. & Baſil. in Pſ. 28. legislatori contumelia eſt deſpectio legum, atq. contẽptus. Hinc cum a Rege Ageſilao pater met eius aliquid peteret ab eo contra leges ab ipſo ſancitas reſpõdit. Imo abſte a puero dideci parere legibus, quam ob rem nunc quoq. tibi obtempero cauens, nequid faciam contra legem. Eleazarus vir nobilis & Senex cogebatur carnes porcinas contra legem manducare, aut mortem crudelem ſubire. 2. Mach. 6. Sed reſpondit. *Non ætatis noſtræ dignum eſt fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonagenariũ tranſiſſe ad vitam alienigenarum decipiãtur.* Maluit nobilis ſenex legem ſeruare cum ſtypendio vitæ, vt adoleſcentibus præberet exemplum. Et Pau. 2. Cor. 6. dixit. *Nemini dantes vllã offenſionem.* (Estropiço cõ mal exemplo de no guardar la ley.) *Vt non vituperetur miniſterium noſtrũ.* Caueat ergo prælatus ne vnquam dicat, nõ poſſum communem vitam ſequi, non valeo ad matutinum cum cæteris reſurgere, cõmuni potu, aut cibo vti nõ ſuſtinet ſalus mea. Oportet enim ꝙ in his omnibus primus conſpiciatur prælatus vel dignitatem deponat, quia ſi ipſi communem vitam ſequi negligunt, eam etiam ſubditi contemnent amplexari, ex quo perfectio religionis minuatur neceſſe eſt. Nec enim bonus Dux erit ad victorias obtinendas, qui primus ſe ſe periculis non expoſuerit, & exemplo ſuo cæteros ad bellum non incitauerit, ſi enim ipſe fugerit, certe ceteri ſpargentur, & non ſubſiſtent. Vnde primi illi duces Machabei potius eligebant mori in bello, quam arma ſumere in ſabbato cõtra hoſtes, quia lege prohibitum

Baſil. Hiſto. 2. Ma. 6. 2. Cor. 6. Simile.

bitum erat eis. Vt morte etiam ſua docerent poſteros, quanto rigore lex obſeruanda ſit. Et Deut. 17. de rege nuper electo dicit Deus. *Poſt quã ſederit in ſolio regni ſui, deſcrebit ſibi deuteronomiũ legis huius in volumine.* Nota illud. *Sibi.* Primero para ſi, para guardarla el. Ideo addit. *Legetq. illud omnibus diebus vitæ ſuę, vt diſcat timere Deum ſuum, & cuſtodire verba, & ceremonias eius.* Haſta lo minimo q̃ en ella ſe manda. Ideo Chriſtus, cum proprii ſanguinis effuſione legem ſeruare docet Et circũciditur. &c. *Deu, 17*

D*ies* 8. Vt circuncideretur puer. Nec longius diſtulit pro peccatis ſanguinem fundere, vt inde quanto odio habeat peccatum colligamus, & quanta cæleritate ab eo reſurgere oporteat. Quoties infirmitas grauior eſt, ac periculoſa, celeriter ad euacuationem ſanguinis recurritur, & iterum, atq. iterum venæ aperiuntur. Ex qua celeritate grauitatem infirmitatis colligere ſolemus. Sic Ioannes. Apoc. 1. *Apocalipſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus palam facere ſeruis ſuis, quę oportet fieri cito.* Et quę ſunt iſta, quæ oportet fieri cito? expellere peccata, reſurgere a peccatis. Et quare hoc ſic cito fieri oportet? *Quia tempus breue eſt.* Tempus in quam rationis reddendæ in ianuis eſt Si tunc cum peccatis inueniamur, melius eſſet nobis natos nõ fuiſſe. Tanta fuit accerbitas tormentorum Chriſti, vt dicat Aug. nec mortẽ ſolus Deus ſẽtire, nec ſolus homo ſuperare poſſet. Et Iſa. 53. *Vidimus eũ quaſi percuſſum a Deo.* Ideſt, talibus percuſſum flagellis, quæ a ſolo omnipotenti brachio Dei imponi poſſent. Alia litera dicit. *Vidimus eum quaſi percuſſum Deũ.* Como vn Dios açotado. Quia ſolus ipſe *Apoc. 1* *Aug.* *Iſa. 53.*

Deus ſimilia flagella ferre potuiſſet. Vnde ipſe met
Pſ 39. Chriſtus dicebat. Pſ. 39. *Sacriſitiũ & oblationẽ nolui ſti aures autẽ perfeciſti mi*
Heb. 10 *hi* Paul⁹ habet *Corpus autẽ ad aptaſti mihi*. Quaſi dicat, ad tantũ debitũ perſoluendũ animalia oblata nõ ſufficiebãt, & ſic corpus cõ ceſiſti mihi aptum ad tãta pro ſolutione perferenda, cuius in quã dorſum quinq. millia flagella poſſet reci pere, & cuius caput ſpineã coronã poſſet ſuſtinere, cuiuſq. manus, ac pedes duritiã clauorũ tolerarent, &c. Quare ergo piiſsime pater innocentẽ filiũ tuũ ſic dure percuſiſti? quia inuenit eũ. *In ſimilitudinẽ carnis peccati.* Væ ergo ei qui vere peccator, immo & peccatis plenus tũc inuenietur. Ideo cito peccata expellere, & ſanguine Chriſti lauare docemur hodie, id eo. 8. *die circunciditur puer.*

*Vocatum eſt nomẽ eius Ieſus.* Hic mouent queſtionẽ pater Aug. & Ter-
Aug. tulia. quare cũ promiſſerit Deus per Iſa. 7. *Vocabitur nomẽ eius Emanuel.* Nunc præcipit vocari Ieſum? & reſpõdent, quia hoc nomẽ Ieſus cætera omnia nomina de ipſo Chriſto prolata cõplectitur. Si enim Emanuel, idem eſt ꝙ nobiſcum Deus, Ieſus idem eſt, ꝙ Deus & homo, & ſic nobiſ cum eſt. Ideo de eo dixit ſponſa. Cant. 1. *Oleum effuſſum nomen tuũ*. Es balſamo, o azeyte derramado Cant. 1.
Quia ad cætera omnia nomina ſua difunditur. Septuaginta legunt. *Vnguentum euacuatum.* Y el thargum Hebreo. *Vnguentum quo vnguntur reges, & ſacerdotes,* & hoc quia omniũ odoramentorũ cõpoſitio ne cõſtabat. Sic hoc nomẽ Ieſus ex cæteris omnibus Chriſti nominibus cõditũ videtur. Sed maxime nomẽ eſt fortitudinis. Sic Exo 17 videns Moyſes Amalech veniẽtẽ cũ exercitu magno timuit, nec auſſus eſt aggredi cũ, ſed miſit ducẽ no

mine

mine Ioſue. *Dixit Moyſes* Exod. 17 *ad Ioſue, elige tibi viros, et egreſſus pugna cõtra Amalech.* S. Amb. dicit q̃ Ioſue prius vocabatur Auxes, & iturus ad prælia, proprio nomine mutato, vocatur Ioſue, ideſt Ieſus. Imo & Origenes Origen. ſuper hoc dicit, alia litera dicit. *Dixit Moyſes ad Ieſũ elige tibi viros*, quaſi dicat Moyſes, in fortitudine nominis hui⁹ debellabis inimicos tuos. Pſ.100 Pſ. 100. *Sãctũ, & terribile nomẽ eius* Sãctũ in ſe, terribile inimicis, & in hoc nomine Angeli ſancti vicerunt in cælo. Apo. 17 *Ipſi autẽ vicerũt propter ſãguinẽ, & propter teſtimoniũ, quod habebãt.* Bernar. dicit, q̃ viẽdo S. Miguel la batalla dudoſa, dio por apellido alos ſuyos eſte ſãtiſsimo nõbre de Ieſus. Y como aca dezimos, Santiago y a ellos, aſi deziã alla Ieſus y a ellos, y aſi preualecieron. *Propter teſtimoniũ quod habebãt.* Por el apellido q̃ auiã tomado. O nomẽ miræ fortitudinis, ideo Ieſus, ideſt ſaluator.

V*Ocatum eſt nomẽ eius Ieſus*. Ideſt ſaluator. Quãdo ſanguinẽ fudit, ſaluator appellatur. Si ſaluator, quomodo ſanguine aſperſus? ſi Ieſus, quomodo circũciſſus? nec angeli hoc calluerũt. *Quis eſt iſte qui venit de Edõ tinctis veſtibus?* Iſa. 63. quibus ipſe reſpondit. *Ego ſum qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluãdum.* Et ex hoc ipſo magis creſcit admiratio noſtra, ſi ſaluator, & fortis propugnator. *Quare ergo rubrum eſt veſtimentum tuum?* Quia ſalutem noſtram ſanguine ipſo ſuo cõparare venerat. Ideo in omni lege diſpoſuit Deus, q̃ teſtimonium fidei Chriſti per ſanguinem profiterentur homines. In lege naturali per ſanguinẽ animalium quæ offerebantur, in quibus mors ipſius Chriſti, & effuſio ſanguinis eius figurabatur. In lege veteri ſanguine noſtro effuſo per circuncisionem

id proclamabamus. Sed in lege noua, quando iam ſaluator acceſit, fidem noſtrā non amplius ſanguine animaliū, nec noſtro, ſed ſanguine ipſius Dei ſubſcribimus, & profitemur. Sic
Heb. 12. Paulus. Ad Heb. 12. *Non acceſſiſtis ad montem tractabilem, & acceſſibilem ignem, & caliginem, & turbinem, & tubę ſonum, ſed acceſſiſtis ad Sion ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cæleſtem, & teſtamēti noui mediatorem Ieſum & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel*. Quia iſte ſanguis Abel vltionem exclamat. Sed ſanguis Chriſti veniā & miſericordiā petit. Merito ergo in die aſperſionis & effuſionis ſanguinis ſui appellatur Ieſus, ideſt ſaluator, ſi quidem ſanguine ſuo ſalus & remiſsio peccatorum comparanda erat. Interfecturus Deus primogenita AEgypti præcepit Hebreis, vt portas ſuas aſpergerent ſanguine agni in ſignum ſalutis. *Videbo, inquit, ſanguinem, & tranſibo vos.* Exo. 12. Et Moiſes Exod. 12 tabernalū, & altare, & populum aſperſſit ſanguine, & deniq. inquit. *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſsio*. Heb. 9. Quia. *Lauit nos a peccatis noſtris in anguine ſuo*. Apoc. 1. & 1. Cor. 6. *Empti enim eſtis prętio magno*. Quo? Petrus dixit. *Scientes* ꝙ *non corruptibilibus auro, vel argento empti eſtis, ſed prętioſo ſanguine agni inmaculati Chriſti Ieſu*. Ac ideo quando totum ſanguinem ſuum fundat, nomen Ieſus in altiori, & eminentiori loco collocandum eſt vt omnibus innoteſcat, ꝙ ſalus omnium ex profuſſo illo ſanguine dimanat. ſed nunc quando incipit fundere ſanguinem, nomē ei imponitur. *Ieſus*. Ideſt ſaluator, quia omnes per eum ſaluabimur. &c.

Heb. 9.
Apoc. 1
1. Cor. 6.
1. Pet. 1

# DE CIRCVNCISSIONE DOMINI.

## SERMO TERTIVS.

*Poſtquam conſumati ſunt dies 8. vt circuncideretur puer.* *Luc c. 2.*

EXod.29.pręcepit Deus filiis Iſrael duos ſibi quotidie offerri agnos immaculatos. *Vnũ inquit offerretis mane, & alterum ad veſperam.* Sed cum *Omnia in figuris contingebant illis*. Vt Paulus dicit, veritatem huius figurę Chriſtum dominum fuiſſe, patebit contemplanti, qualiter agnus iſte immaculatus, mane & veſpere oblatus eſt patri pro peccatis noſtris. Ecce hodie in mane ætatis ſuæ circunciditur, & poſtea ad veſperum, & ad occaſſum eius in caluario offerretur ſecundo Hodie incipit effundere ſanguinem ſuum, poſtea totum infundet in cruce, de hoc ſacrifitio mane facto agendum eſt. Aue Maria. *1. Cor. 10*

POſtquã conſumati ſunt dies octo. Cant. 2. Gloriatur ſponſa. *Introduxit me Rex in cellam vinariam* Et quidem, o pulcherrima ſponſa, ſi de vino vitis hoc intelligas, non in honorem, ſed potius in ignominiam tuam id decantas. Olim enim apud Romam mulieres vino vtentes habebantur infames. Et Plinius refert, ꝙ ſolummodo ſenatores poterant mulieribus infirmitate laborantibus concedere, vt modico vino vterentur, & hoc extra ciuitatem. Et Machobrius tradit ꝙ cum duo ſe *Cant. 2.* *Hiſto.*

natores rixarentur inter ſe & alter alterum exprobraret, q vxorem adulteram haberet, & alter reſpondiſſet, & vxor tua ebria eſt. In ſenatu definitum fuit, illum maiori iniuria fuiſſe affectum, cuius vxor ebria dicta eſt. De altero ergo, vino longe altiori credendũ eſt ſponſam loqui, & alte bibiſſe gloriari. De illo inquam, de quo Zacha. 9. *Vinum germinans virgines.* Et loquitur Zacharias de ſanguine Ieſu Chriſti domini noſtri, cuius carnem panem vocauit ad manducandum, & ſanguinem vinum ad bibendum Ioannes. cap. 6. Et cella huius vini quæ erit? latus Chriſti lancea per foratũ, & quinque vulnera eius, in eam ergo in ſe troductam fuiſſe gloriatur fælix ſponſa, & illo vino ebriã emptã & latã. Hæc cella vinaria hodie incipit aperiri, vt vinum effluere incipiat, quo nos lauandi ſumus. Sine quo nec Loti, nec redempti fuiſſemus. Non Loti, quia. *Lauit nos a peccatis ſanguine ſuo* Non redempti, quia. *Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis, ſed prætioſo ſanguine Chiſti.* Hodie incipit ſanguinem iſtum efundere Chriſtus, in die. 8. *Poſt quam conſumati ſunt dies. 8.*

Zach. 9

Ioa. 6

Apoc. 1

1. Pet. 1.

POſt quã conſumati ſunt dies. 8. Quiri tuplex remedium cognouimus ad hibitum maculæ originalis culpæ. Primum fuit oblatio, quæ ex animalibus, pane, vino, vel frumento fiebat. Et hęc oblatio non tantum fiebat per ſacerdotes, ſed etiam per homines laicos. Quæ quidem incepit ab Abel, vſq. ad diluuium. Secundum remedium fuit ſacrifitiũ, & hoc ſolũ fiebat ex animalibus manu ſacerdotũ occiſis. Et hoc incepit a Noe vſq. ad Abrahã. Tertiũ fuit decimatio. Et hęc incepit ab Abrahã vſq. ad Melchiſedec. Quartum fuit circuncisſio, quæ incepit ab ipſo Abraham vſq. ad

ad Chriſtũ dominũ. Et erat ſacramentũ veteris legis, non quia in lege inſtituere tur, ſi quidẽ iã extabat ante legem. ſed quia in toto tẽpore legis vigebat, & ſimu obiit cum illa. Et conceſſũ fuit hoc ſacramentũ in remediũ maculæ originalis. Et etiam vt per ſignũ hoc paruulus dominici gregis populus diſtingueretur a gentibus. Quia ſecundum Aug. 5. de ciui. ca. 12. Tunc tẽporis omnes gentes excepta vna Hebrorũ, deos falſos colebant, & ſic fideles per circũciſsionẽ diſtinguebantur ab infidelibus. Quintũ fuit baptiſmus, qui incepit a Chriſto domino, & durabit vſq. ad finẽ mũdi. Vnde Chriſtus dominus principiũ fuit baptiſmi, & finis circũciſionis. Deu 17 Præcepit Deus filiis Iſrael *Cum tranſieris Iordanem, in terram quam dominus Deus dabit tibi, eriges lapides, & calce leuigabis eos, vt poſsis in eis ſcribere, verba legis*. Quid hoc? non ne

*Aug.*

*Deu. 17.*

firmius, durabilius q. ſcriberentur ſuper lapidẽ ipsũ? hoc enim eſt ꝙ ardenter exoptabat Iob. *Quis mihi det vt ſcribantur ſermones mei? vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice?* Et hoc vt in perpetuam rei memoriã manerent. Immo quia id non deſiderat Deus, præcepit ꝙ ſuper calcem, & non ſuper lapidẽ ſcribantur verba legis. Vt innuat, q. nõ in perpetuũ duratura erat lex illa, ſed cum calce peritura, quando lapis inciperet apparere. Sed. *Petra erat Chriſtus*. Dixit Paulus. Hec Petra cęremoniis legis quaſi leuigata erat. Quæ apparẽte Chriſto finem habebãt. Hodie petra hec diſcooperiri incipit per circunciſsionẽ. vnde eam obire, & finẽ facere neceſſe eſt. Et admodum quo hercules luctans cum Antheon, & eum amplexans, & in altum eleuans in ipſo ſtrictiſſimo amplexu [illegible] mittere coe

*Iob. 19.*

*Fabula.*

git, ſic Chriſtus amplexatus eſt hodie circuncisſionem ſed in ipſo amplexu vita, & ſpiritu priuauit eam. Si acutisſimo gladio molem rem aliquam ſcindere velis, aciem ſemper retinebit gladius. Sed ſi petram durisſimam percutias cum illo, aciem prorſus amittit. *Simile.* O acutisſimus gladius circuncisſio, ſed molem peccatorum carnem, ne dicam mortuam ſecare ſolebat, ideo ſemper aciem retinebat, ſed poſtquam auſſa eſt ipſam petram viuam Chriſtum percutere, acié omnino amiſsit, & inutilis prorſus remanſit. Vnde qui nunc circunciderẽtur, grauisſime peccarẽt. Hinc quærit Athanas. q. 38. quare cum Chriſtus circiſſus fuerit, non circuncidamur & nos? & reſpondet quod Chriſtus. *Non venit ſoluere legem ſed adimplere.* *Atha.* *Mat. 5.* Ne videretur contra Deũ facere, qui dedit legem. cum autem ipſe pro nobis quæ ſunt legis adimpleuerit, iam nos non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia Sic etiã Pau. Gal. 5. *Si Circũcidamini, Chriſtus ad nil vobis erit vtilis, euacuaſtis a Chriſto, qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis.* *ad Gal. 5.* Sicut enim omnes, qui per ſanguinem irrationalium putantes oblationem eſſe faciendam Chriſti exangue ſacrifitium corrumpunt, & abominabile faciunt. Ita omnes qui carnem circuncidunt, ſpiritualem circuncisionem (ideſt, baptiſmũ) Vilipendunt. Hæc omnia Athanas. Vbi ſupra.

SEd quare. Homines, & non feminæ circuncidebantur? S. Thomas in 4. diſtin. 1. queſt. 2. arti. 2. *D. Tho.* Reſpondet, quod peccatum originale quamtum ad culpam, & reatum deſcendit a patre in filium; Et quãtum ad pænalitates deſcendit a fæmina. Quia pater eſt efficiens in generatione, mater vero materiam ſubminiſtrat Et circuncisſio data eſt cõtra ori

gina

ginale ad tollendam culpam, non ad tollendas pænalitates. Ideoq. viris data eſt, non mulieribus. Licet enim peccatũ inceperit a fæmina, cauſa tamen trãſfuſsionis culpæ originalis non fuit fæmina, ſed vir, quia ſi vir non peccaſſet, non eſſet transfuſſum originale. Vnde Paulus dixit Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum.*

Rom. 5.

POſtquã conſumati ſunt dies 8. Vt circuncideretur puer. Sic enim lege ſancitum erat. Leuit. 12. Cui legi ipſemet legislator ſubiici voluit. Hoc enim bonorum principum, & legislatorum eſt. Licet enim dicatur lege digna vox. cap. de legibus, ꝙ legislator nõ tenetur ſuis legibus, hoc quã tum ad vim coactiuam intelligas, & in foro exteriori, quia a nullo conſtringi poteſt, vt eam ad impleat Sic d. Tho 1.2. q. 96. ar. 5. ad 3. Ideo Dauid poſt adulterium clamauit ad Deum. *Tibi ſoli peccaui.* Super quod dicit gloſa, ꝙ rex nõ habet hominem qui ſua facta diiudicet, ſolus Deus id facere poteſt. Ideo ſecũdum Aug. Hiero. & Amb. dicere vult Dauid. *Tibi ſoli peccaui.* Licet cõtra vriã etiam peccaſſet, quia cum Rex ſupremus ſit, ſolus Deus poterat vindictam ſumere dͤ peccato eius. Sed quantum ad vim directiuã legis, ideſt in foro conſciẽtiæ princeps ſubditur legi propria voluntate. Et citat diuus Tho. Locum illum extra de conſtitutionibus. cap. cũ omnes. Quod quis iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet, Quaſi dicat, impleat quiſq. legem quam ipſe tulerit. Sic quidam iuris conſultus dixit, patere legem, quam ipſe tuleris Et Aegiſipus definens principem dixit, princeps eſt homo imperans iuſta legem, illi ſubiectus. Et Bias dixit quis nam eſt vere princeps, &

Leui. 12
D. Tho.
Pſ. 50
Gloſa.
Aug.
Egiſſius
Bias.

qui primus legi ſubiicitur. Quando Saul recto animo procedebat, & gubernabat regnum, legem poſuit. *Maledictus vir qui comederit panem vſq. ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis meis.* Et quia Ionathas filius eius transgreſſus eſt legem, vix totus populus liberare eum potuit de manibus illius, ne interficeretur, o bonus princeps, qui legem a ſe latam prius, & ſeuerius in domo ſua ad impleri volebat. Et de Zeleuca rege locrenſum dicitur, quod cum lege ſanxiſſet, vt adulterorum oculi eruerentur, & in adulterio compræhenſus fuiſſet filius eius hæres regni ſui, ne vtroq. oculo priuaretur, nec lex violaretur, fecit vt alter oculus erueretur ab eo, & alter a filio eius, o rex bone. Heraclius lib. de Politiis refert de rege Thenes, quod cum legem dediſſet ad Theneios vt quilibet eſſet iudex ad vltionem criminum, quæ in propria domo committerentur, filium proprium ſuum decapitauit, quia adulterium commiſsit. Et certe inditium eſt minimi timoris Dei, aut nullius, quod legem ponat quis ſubditis ſuis, quam ipſe ſeruare contemnat. Exod. 4. Voluit Angelus occidere Moiſem, quia non circunciderat filium ſuum, qui cæteros circudcidi cogebat ex lege. Moriatur qui legem non ſeruat, cogens cæteros ad eam cuſtodiendam. Ideo Deut. 17. Præcepit Deus, vt regi nouiter electo, exemplar legis daretur a ſacerdote, & haberet illud ſecum, legeret q. illud cunctis diebus vitæ ſuæ. *Vt diſcat (inquit) timere dominum Deum, & ſeruare verba legis, & ceremonias eius.* Ideo de principibus conquærebatur Deus. Iſaia. 1. *Principes tui infideles.* Vbi Hieronimus, & ſeptuagin-

Margin notes: 1. Re. 14 · Hiſto. · Exo. 4. · Deu. 17. · Iſa. 1.

ginta vertunt. *Principes tui inobedientes*, Scilicet, legibus. Ideo Chriſtus circuncidi voluit, & legem a ſe latam ſeruare ad exemplum noſtrum.

QVod ſi legem veterem, tanto rigore adimpleuit ipſe Chriſtus, quãto maiori nouam adimpleri petet a nobis? dicat

Pſ. 118. David. *Tu mandaſti, mandata tua cuſtodiri nimis.* Notate illud. *Nimis.* Notate etiam argumentum

Heb. 2. Pauli ad Hebreo. 2. *Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricator, & in obedientia accepit iuſtam retributionem mercedis, quomodo nos efugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Quam? Quia nouiſſime locutus eſt nobis in*

Heb 1. *filio* Heb. 1. & Heb. 10.

Heb. 10. Eodem argumento vtitur. *Irritam quis faciens legẽ Moiſi, ſine vlla miſeratione moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplitia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit?* Et addit. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Ecce quibus minis concluſit Paulus argumentum ſuum, vt pertimeſcat quiſq. legem nouam in minimo non ſeruare. Ad exemplum ergo noſtrum circunciditur Chriſtus. *Die.* 8.

V*T circũcideretur puer* Non dubiũ quim faciloribus remediis potuiſſet nos redimere omnipotens Deus. Sed noluit clementiſsimus pater niſi per accerbiſsimam paſsionem & per ſanguinis effuſsionem. Vt maiorem oſtenſionem faceret dilectionis, & charitatis ſuæ. Et nos etiam ad feruentiorem dilectionẽ excitaret. Quia certe ex ipſo modo redimendi maiorẽ obliga-

tionem impoſuit nobis. Ibi enim materiam ſuperabat opus, vt intonuit poeta. Tanta enim arte anullus conſici poteſt, vt ars ſuperet materiam, etiam ſi aurea ſit. Valga mas la hechura que el oro. Sic certe eo ſolo quod factus eſt homo Deus poterat nos liberare, vel per lachrimā vnam, quā pro nobis effudiſſet, ſed maluit tanta pati pro nobis, vt nos obligatiores redderet Quod ad notauit *Pau.* Ad *Gal.* 3. *Redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Et vt liberaret nos a peccato factus eſt pro nobis peccatum. 2. Corin. 5. Vnde caſtigatus eſt vt peccatū ipsū. In peccatore duo concurrunt, natura, & peccatum. Primum diligit Deus ſupra modum Secundum odit ſupra ponderationem. Ideo peccatum in ipſo peccatore maxima cum clementia punitur. Sed ſi inuenisſet Deus peccatum ſolum, & ſeparatum ab homine, atrociter valde puniret illud. Dicit ergo Paulus de Chriſto, factus eſt pro nobis peccatum, qui peccatum non fecit. Quaſi dicat, ſic attrociter, & dure caſtigatus eſt, quaſi peccatum ipſum eſſet. Ideo. Iſa. 1. *A planta pedis vſq. ad verticem capitis non eſt ſanitas in eo.* Et cap. 53. Vocauit eum. *Virum dolorum.* Retablo de dolores. Et hoc quia. *Poſuit Deus in eo iniquitates omnium noſtrum.* Et ſic quaſi pro omnibus puniri voluit ipſe ſolus. Et ad hoc meditandum inuitat nos ipſe Pau. Hebreo. 12. dicens. *Recogitate eum qui talem pro vobis ſuſtinuit paſsionem.* Quaſi dicat, perpendite, quod cum Deus eſſet, & vno ſolo verbo poſſet nos liberare, noluit niſi per acerbiſsimam paſsionem, fieri hominem ſufficiebat, vt homo liberaretur, & factus eſt, *Opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Pſal. 21. Poterat deſcendere liber. *Et formam*

Poeta. Gal. 3. 2. Cor. 5. Iſa. 1. Iſa. 53. Heb. 12. Pſ. 21.

Philip. 2 *mam ſerui accepit, ad Phi*lip. 2. Poterat vna lachrima delere maculas criminum, & flumina ſanguinis dedit vt materiam ſuperaret opus, & ars, & ex ipſo modo redimendi obligationem maiorē induceret. *Vt circuncideretur puer.*

Luc. 1 **V***Ocatum eſt nomē eius Ieſus*. Quod vocatum eſt ab angelo priuſquā in vtero conciperetur. Merito id ad notatur. Quia niſi ab angelo in annunciatione hoc nomen traderetur e cælo, in terra minime cognoſceretur. Nomē enim vt proprium ſit, omnes eius proprietates, ac

Ariſt. totam eius eſſentiam comprehendere debet. Vnde nomina rebus imponere individuum eſt maxime ſapientiæ. Sic Dauid Pſal. 64.

Pſ. 64. *Magnus dominus et magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus.* Et vnde hoc colligis? *Qui numerat multitudinē ſtellarū, & omnibus eis nomina vocat.* Signum certe ꝙ ſcientia ſua omnes earum proprietates, & naturas callet, vt bene adnouit Theoretus in expoſitione huius verſiculi. Et in hoc ſatis oſtendit Adam quanta ſapientia fuerit condecoratus a Deo, ꝙ omnibus creatis apta nomina impoſuit. Ideo dicit Gen. 2. *Omne* Gen. 2.
*quod vocauit Adam animæ viuentis ipſum eſt nomen eius*. Et vocauit nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cæli, quia cuiuſcumq. rei naturam & proprietatem calluit. *Omne quod vocauit Adam animæ viuentis ipſum eſt nomen eius*. Tan proprio y tan al iuſto, que ſi el miſmo Dios les vuiera de dar nombre, no les diera otro, ſegun ſus propriedades. Cum ergo natura diuina incompræhenſibilis ſit, nullus homo nomen ei imponere valeret, ꝙ totam naturam amplexaretur. Hinc eſt ꝙ diuerſis nominibus vocarent

 eum

eum homines ſecundm diuerſos effectus, quos in eo conſpiciebant, Alii leonem proter maximam for titudinem, Alii Deum vltionis. Quia vltionibus glo riabatur. Ali Deum abſcon ditum, quia Deum nemo vidit vnquam, aliqui Deũ zelotes, quia nimio zelo in flamatus erat. Et in ipſo te tamento nouo millia nomina accepit ex effectibus ſuis. Pater, paſtor, rex, dux, ſponſus, agnus, &c. & poſt quam Auguſtinus l. de doc trina christiana mille nomi na altiſsima ei impoſuiſſet exclamauit. Diximus ne aliquid, an in ſonuimus? No a ſido mas que hablar? Et hoc inde proueniebat, quia nomen proprium ignorabant homines, quod vnum tantum eſt, vt dixit Zacha
Zach. 14 rias. 14. *Et erit nomen eius vnum.* Sed hoc vnum hominibus nondum erat tra-
Exod. 6. ditum. Exod. 6. *Et nomen meum Adonai non indi-*
Eccl. 39 *caui eis.* Ideo dixit Eccleſiaſticus. 39. *Et nomen eius requiretur a generatione in generationem.* Quaſi dicat, ſemper quæſtiones erũt de nomine eius, quod nã ſit, quo vſq. ab angelo manifeſtetur nobis. Quia
vt Plato dixit de Deo. Cu- Plato.
ius maieſtas nec mente cõ præhendi, nec ligna exprimi poteſt. Vnde nec ab ho
minibus nominari. Et Da- Damaſ.
maſc. l. 1. cap. 3. Deus cum in compræhenſibilis ſit, prorſus nomine caret, ignorantes ſubſtantiã ipſius, quomodo nomen ipſius ſubſtantiæ inueſtigare poterimus? quare vt nomen ſibi ipſi imponat neceſſe eſt. Hodie dicitur nobis, quod nomen eius propriũ totam naturam, ac proprietates eius comprehendens ſit. *Ieſus.* Debilitatẽ enim humanitatis dicit, ſi quidẽ circunciditur, & ſanguinẽ fundit, & potentiam diuinitatis indicat. Si quidem cum illo lauat crimina, &
ſoluit de rigore iuſtitię pro Bernar.
illis. Sic Bernar. ſuper Can. 15. Multa quidem ſpõ

ſi vocabula ſparſſa per ſacram ſcripturam legimus, ſed in duo ea vobis vniuerſa complector. Nullum eſt quod non, aut pietatis gratiam, aut maieſtatis potentiam ſonet. Sic Dauid.
Pſ.61. *Semel loquutus eſt Deus, & duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi domine miſericordia*. Hæc duo in nomine Ieſu compræhenduntur. Sic ipſe Dauid
Pſ.119. Pſ.119. *Sanctum & terribile nomen eius*. Sanctum quia iuſtificat, terribile, quia. *In nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtiũ, terreſtrium, & infernorum.* Philip.2
ſanctum quia. *Nemo poteſt dicere Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.* Terribile, quia demones eo audito contremiſcunt. Sanctum quia. *Non eſt aliud nomẽ, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Act.4
Terribile, quia per effuſsionem ſanguinis ſoluit de rigore iuſtitiæ. Sãctum quia ſaluator. Terribile, quia circunciſſus. In eo ergo ſaluemur.

&c.

# DE CIRCVNCISSIO- NE DOMINI.

## SERMO QVARTVS.

*Poſtquam conſumati ſunt dies 8. vt circuncideretur puer.* Luc. c. 2.

NVnquam natura hęc duo coniungere valuit. dolorē in ſummo gradu, qui cor transvulneret vndiq. & gaudium immenſum, quo cor ipſum, & anima tota repleatur. In rebus tamen ſpiritualibus quotidie id videbimus aperte. Hinc pater
Aug. Auguſtinus habens cor cō tritione comminutum dicebat. Si tā dulce eſt flere prote, quid erit gaudere dete? Ecce in media contritione cordis cor ipſum lætitia perfuſſum erat. Et
Rom. 5. Roma. 5. *Gloriamur in tribulationibus*. Sed hodie id maxime relucet. Dolor intimus, quo trans vulnerandum eſt cor noſtrum dum pueri carnes ſecari videmus, & lætitia intima, quia ei nomen imponitur Ieſus, ideſt ſalus, & ſaluator. De his agemus. Aue Maria.

*Poſtquā conſumati ſunt dies* 8. Si vim amoris perpēdere cupis, hiſtoriā in cap. 34. Geneſis tradi- Gen. 3
tam perlegas, & inuenies principem Sichē, qui amore pulcherrimæ Dinæ flagrans, paternas leges contemnere, & ad moſaicos ritus tranſire non dubitauit. Et non ſolum ipſe circunciſſus eſt, ſed & omnes ſibi ſubditos eodem tormento cruciari conſtrinxit, & totum hoc pro vili prętio iudicans dixit ad pa

trem

trem puellę, & fratres eius. *Inueniam gratiam coram vobis, augete dotem, et munera poſtulate, & libenter tribuam quod volueritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem*. Quid amplius dici poſſet de vi veri amoris neſcio. Sed hoc totum in Chriſto completum contemplemur. Qui amore pulcherrimæ animæ incenſſus, ex angelorum cætibus, ad peccatorum ritus duriſsimos deſcendit, & duram circũciſsionis pænam ſubire nõ recuſauit. Sed in ſuper clamat. Si hoc parum vobis eſt, augete dotem, munera poſtulate, & totum meum ſanguinem dabo. Tantum modo hanc pulcherrimã puellam date mihi vxoré.

*Hiſtoria* Mos erat apud antiquos, ꝙ ſponſæ prætio compararentur, vt ex hiſtoriis humanis didicimus. Immo & ex diuinis etiam id patet. Sic Micheas. 3. dixit de meretrice quam duxerat

*Oſſeæ*, vxorem. *Fodi eam mihi quindecim argenteis, & hordei coro, & dimidio coro hordei*. Ideſt, emi eam quindecim argenteis, &c. Et quia Iacob aurum & argentum offerre non poterat pro pulcherrima Rachel, ipſe enim confeſſus eſt. *In baculo meo tranſiui Iordanem*. Geneſ. 32. *Gen. 32.*

Con vn ſolo cayado en las manos. Obtulit ſeruire patri pro puella. 7. annis. Vt dicitur Geneſ. Et Dauid audiens ꝙ fieret gener Saul, *Gen. 29.*

ſubmiſsit humeros ſuos cognoſcens paupertatem ſuam, & dixit. *Num parum vobis videtur generum eſſe regis? ego autem ſum pauper & tenuis*. 1. Reg. 18. *1. Re. 18*

Quaſi dicat, qualiter pauperrimus ego filiam regis emere potero? Sed quam auro emere non valuit, nec ſine pretio ferre poſſet, centum præputiis philiſtinorum emit. Chriſtus ergo, ſi animam ducere vul ſponſam, debet emere eã Sed pauperrimus filius D uid, qui nec pannos hab

b.

[library stamp]

bat, quibus inuoluatur in præſepio, quo prętio emet eã, nõ auro, vel argẽto, nec præputiis philiſtinorum, vt Dauid pater eius, ſed prę putio proprio, ſanguineq. met ſuo. Sic Petrus. *Non corruptibilibus auro, vel argento empti eſtis, ſed prætioſo ſanguine agni Chriſti* Hoc prætium ſoluit hodie in circuncisſione. 8. *die circunciditur. &c.*

1. Pet. 1.

VT circũcideretur puer Non dixit, vt circunciderecur Deus, vel homo, ſed puer, quia quo Deum magis placere poſſemus neſcio, quam ſangui ne pueri. Plinius. lib. 8. cap. 22. dicit ꝙ ſolitum erat in Archadia per ſingulos annos quendam puerum ſacrificare Deo Ioui, credentes quod nulla alia via eum placabilem magis, ac fauorabilem reddere poſſent. Et hoc remedio vltimo vſi ſunt filii Iſrael ad Deũ, placãdũ vt liberaret illos de manu Holophernis Vt dicitur Iud. 4. *Et clamauit omnis populus ad dominũ inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis, & orationibus, ipſi, & mulieres eorum, & infantes proſtrauerunt cõtra faciem templi domini, vt non traderentur in prædã.* Et Oratius in Odis, nulla alia via ferociſsimã Thracienſium rabiem, ac iram placari poſſe exiſtimauit, quam infantes, & tenellos pueros, qui nulla cõtra eos reſiſtentia vſi fuerant, ponere ante eos, credidit enim Horatius, ꝙ nulla etiã fera in pueros fremere valeat. Et de magno illo barbaro Tamorlam traditur, quod cum quandam ciuitatem igne conburere decreuiſſet, ciues puerorum, ac infantium copiam præmiſſerunt, exiſtimantes ꝙ tenera eorum ætas ferocem animum eius mittigaret. Et Rex Niniue vt crudelem ſententiam ſubuerſionis euaderet, pueros

Histo. Iudit. 4. Horati. Histo.

ros omnes, immo & agnos, & hædos, & catulos quoſq. ab vberibus matris ſeparari fecit, vt & ipſi etiam ieiunarent, & clamarent ad dominum. Et ſic miſericordiam obtinuit. nec aliter rectius ferocitatem Medorum ponderare potuiſſet Iſaias. 13. quam dicens. *Ecce ſuſcitabo ſuper vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum, ſed ſagittis paruulos interficiant, ac lactentibus vteri non miſereantur.* O feroces Medi, qui ſitim ſuam ſanguine puerorum explebant. Chriſtus pro nobis patrem placaret ſtatuerat, Et ideo ab vberibus matris ſanguinem ſuum obtulit patri in octauo die. Hier. 17. dicitur. *Peccatum iudæ ſcriptum eſt ſtillo ferreo in vngue adamantino.* Quomodo ergo deleri poterit? ſolummodo ſanguine hædi cuiuſdam. Efundat ergo agniculus Chriſtu ſanguinem ſuum. *In die.* 3.

*Ionæ.* 3.

*Iſa.* 13.

*VT circunderetur puer.* Multis remediis prius fruſtra adhibitis, hoc poſtremo excogitauit Deus ad peccatores conuertendos. Quaſi dicat, ſi hoc non ſufficiat, ſcilicet me ad huc puerum ſanguinem pro illis effudiſſe, quid amplius faciam? tunc enim recte poteſt dicere. *Quid amplius debui facere vineæ meæ, & non feci.* Quod antea forte dicere non poterat. Reſpõderetur enim ei. reſtat ſanguinem tuum fundere pro ea. Extremum ergo remedium & efficaciſsimum hoc eſt. Et hoc vltimo intentum habuit Alexander. Cum enim, multis præhabitis eficere non potuiſſet, vt elephantes flumen quoddam magnum tranſiſſent, præcepit, vt miles quidam vnum ex elephantibus gladio percuteret, & fugiens tranſiret flumen natans, vt percuſſus elephans ita incenſus raperetur poſt illum in flumen.

*Iſa.* 5.

*Hiſto.*

Et

Et cæteri effuſſo percuſsi ſanguine incitati, proiicerentur etiam poſt eum. Et ſic contigit, vt omnes tranſirẽt fluuium, & hoc etiam vltimo remedio vti voluit Conſtantinus imperator, vt mundaretur a lepra. Vnde balneũ ex ſanguine puerorum parari iuſsit, quo lauaretur, & mundaretur. Et eo etiam vltimo remedio vſus eſt Moiſes ad ſaxea Aegyptiorum corda cõterenda, & omnes aquas Aegypti conuertit in ſanguinem. Nec alia medicina inuenta eſt eficatior ad adamantem ipſum comminuendum, niſi ꝙ ſanguine cuiuſdam hædi aſpergatur. Vt ſupradiximus. Ideo ad diamantina pectora peccatorũ conterenda, Eo tanquam vltimo, & eficaciſſimo remedio vtitur puerulus Ieſus noſter, & ſanguinem ſuum fudit hodie in circunciſsione. *In die octauo vt circuncideretur puer. &c.*

*Hiſto.*

*Exod. 7.*

V*Ocatum eſt nomen eius Ieſus.* Quando ſanguinem ſuum fudit, hoc ei nomen imponitur, præmium tanto operi debitum. Solitum eſt apud ſacras ſcripturas, prodigioſa quæq. opera perpetua reddere per aliquod aliud ſignum, quod nunquã excidat de memoria mortalium. Prodigium illud exitus de Aegypto fiat perpetuum in memoria hominum, per celebrationem Paſchę Sic præcepit Deus Exod. 12. H*abebitis hunc diem in monimentum, & celebrabitis eum ſolemnem domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno.* Et tranſgreſſo Iordane pede ſicco præcepit Deus, duodecim lapides erigi in modum columnæ. Adquid? *Vt ſi interrogauerint (inquit) vos filii veſtri dicentes cras, quid ſibi volunt lapides iſti? reſpondebitur. De fecerunt aquæ iordanis ante arcam fœderis, cum trãſiret eum, id circo poſiti ſunt lapi-*

*Exod. 12*

*Ioſue. 4*

*Lapides iſti in monimẽtum filiorum Iſrael, vſq. in æternum*. Et mare mortuum, quod vſq. in diem hodiernum durat, ſignum eſt incendii, quo quinq; illæ ciuitates incinerem redactæ ſunt. Gen. 19. & pro digium paſsionis Chriſti per ſacramentum eucha riſtiæ perpetuo conſeruabitur in memoria noſtra. Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſsionis tuæ memoriam reliquiſti, &c. Vt ergo ſolemne hoc opus circuncißionis perpetua memoria coleretur, hoc nomen Ieſus imponitur in ea Chriſto domino. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus*. Ideo hoc nomen appellatur. *Memoriale Dei*. Quia memoriam excitat prodigiorum ſuorum. Iſa. 26. *Domine nomen tuum et memoriale tuum*. (Ideſt ꝙ eſt memoriale tuum) *In deſiderio animæ*, Flaminius pro *Memoriale tuũ*. legit. *Memoria tui, in deſiderio animæ*. Ad literam

Gen. 19.

Iſa. 29.

deſiderat extẽſionem gloriæ, & cognitionis Dei per vniuerſum. Que anſias tiene mi alma de que todos os conozcan y ſiruan. Sed pro nunc deſiderat iã cognoſcere nomen ſuum, me moriam omnium mirabilium ſuorum. Hodie hoc aperitur ei. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus* Hoc nomen eſt tota gloria Dei. *Et timebunt gentes nomen tuum domine & omnes reges terræ gloriam tuam*. Dauid Pſal. 101. Gloriam tuam vocat nomen tuum. Primam enim propoſitionem explicat ſecunda. Quia nomen Dei eſt tota gloria, laus, & honor eius. *Et timebunt*. Dicit, quia timere eſt venerari. Abraham ſuaſit Sarræ, *dic obſecro ꝙ ſoror mea ſis, forte non eſt timor Dei in loco iſto*. Geneſ 20. & vertunt 70. *Non eſt cultus Dei in loco iſto*. Et Ioannes 1. *Ego Hebreus ſum & dominum Deum cæli ego timeo*. Ecce ergo hoc nomẽ

Pſ. 101

Pſ. 115.

Gen. 20

Tt Ieſus

Ieſus eſt ꝙ omnes gentes timebunt, & venerabuntur, tanquam totam gloriã Dei. Nomen non vſurpatũ ex prouintiis, quas effundẽdo ſanguinem ciuium ſubiugauit, vt fecit Scipion, ſed ab eis quos ſanguine proprio ſuo effuſſo ſaluare debebat. Ideo imponitur ei in circuncisſione dum ſanguinem ſuum fundit. Hoc nomen eficacisſimum eſt erga patrem ad quãcunq. rem poſtulatam obtinendam. Es vn coniuro para con el padre. *Quid quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Nomẽ eſt, quo audito pater ipſe totus ſibi cõplacet, & pro omnibus debitis placatus, & ſatisfactus remanet. pe͏̃t Dauid. *Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* Nota verbum. *Retribuere.* Eſt iterũ tribuere, quaſi dicat, iam ſemel dedit mihi multa Deus, ſed aliqualiter compenſationem dedi ei. Sed pro his quæ ſecundo dedit neſcio quid ei reddere poſſim. *Quid retribuam ei pro omnibus quæ retribuit mihi?* Quaſi dicat, tãto maiora ſunt quæ retribuit, vt ignorem prorſus qua retributione munerari poſsint. Longe enim excellentiora ſunt quæ eccleſia noſtra accepit, ſuper illa quæ donata ſunt ſinagogæ, ſed ſcio quid rettibuam. *Nomen domini inuocabo.* Con ſolo oyrlo el padre parece, que da ſatisfecho, y pagado. Hoc eſt nomen de quo Ioã nes dixit Apoc. 2. *Vincenti dabo manna abſconditum, & nomen nouum ſcriptũ in calculo.* Ideſt in lapide albo, in Petra Chriſto lapis eſt albus Chriſtus quia ſaluator. Et per lapides albos liberabatur aliquis a morte, ſicut per nigros condẽnabatur apud iudices antiquos. Hoc nomen nouum Ieſus eſt. Nouum quia hodie imponitur. Et manna abſconditum, quia tota gloria, & dulcedo Dei latet ſub eo. In eo fortitudo noſtra con

Margin notes: *Hiſto.* — *Pſ. 115.* — Apoc. 2. — *Hiſto.*

conſiſtit contra inimicos quoſq. noſtros. Marc. 16. *In nomine Ieſu demonia eiicient, linguis loquentur nouis, & ſi mortiferũ quid biberint, non eis nocebit.* Et Dauid. *Hi in curribus, et hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.* Et quid inde. *Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt, nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.* Vnde vim tã tam habebat virga Moiſi ad tot tãtaq. prodigia faciẽda, in mari, in cælo, & terra & in lapidibus? Abulenſis ſuper cap. 4. Exodi, q. 10 reſpondet, quia in virga illa ſculptum erat nomẽ ineffabile Dei Tetagramaton, cuius virtute omnia hæc miracula fiebant. Quid amplius dicam de nomine Ieſus? dicat Bernar. Ieſus mel in ore, in aure melos, in con deiubilus. Quia certe nil dultius profertur, nil ſuauius, auditur & nulla alia dulcedine ſic cor efficitur, & repltur, & poſtea cęleſti gratia, & gloria coronabitur. &c.

*Marc. 16* — *Pſ. 19.* — *Bernar.*

# DE EPIPHANIA DOMINI.

## SERMO PRIMVS.

*Ecce Magi ab orienti venerunt hieroſolimam. Math. cap. 2.*

*Aug.* REgnum cælorũ inquit Auguſtinus, tantum valet, quantum habes Te da, & habebis illud. Vnde nemo ſolicitus ſit de prętio. Quia ſi multũ habet multum valet. Si parum, eo paruo prętio emet illud. Gratiſsimum fuit regi Ataxerges vas aquæ a ruſtico donatum in itinere, qui aliud non habuit, quod regi donare poſſet, vt refert Plutarchus in vita Ataxerges. Hodie currunt paſtores ad præſepiũ, agniculos portantes, vt paſtores. Currunt & angeli cum muneribus ſuis, de cãtãt enim laudes pueri. *Gloria in excelſis Deo &c.* Currunt & reges, ſed cum regiis muneribus, aurum enim, thus, & mirrham portant. Curramus & nos munuſcula noſtra quælibet portantes, vel ſaltim corda noſtra ei offeramus, ſi aliud non habuerimus. Cõ la buena voluntad ſe paga. Aue Maria.

*Hiſto.*

ECce Magi. Quæſtio hæc agitata fuit apud priſtinos, quid hominem in dignitate principis, ſeu regis conſtituebat. Sed varietati opinionum parcens dico ꝙ vltima differentia id efficiens, eſt poteſtas. Licet enim bonus, prudẽs, & zelo repletus ſit, ſi tamẽ poteſtate careat, nõ eſt princeps. ſed ſi poteſtatẽ habeat Licet illis omnibus careat,

prin-

princeps erit. Hinc Paulus principem poteſtatem vocat in abſtracto. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit* Rom. 13. Et ibidem. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*. Vnde quanto quis maiori vtitur poteſtate, maior princeps erit. Et tanto rectius gubernabit rem publicam, & in omni pace cõſeruabit Quia melius ſic poterit merita munerari. Et ſcelera, ac ſceleratos perdere. Hinc eſt, vt quoties princeps paruę potentiæ eſt, millia incommoda patiatur regnum, Cum ſuperbos reprimere non valeat. De aqui an nacido las communidades, ciſmas, y heregias en el reyno. Quia princeps impotens eſt ad remediũ. Quæ omnia ceſſare neceſſe eſt, quãdo princeps ſuperemi net poteſtate Ideo Eccli. 7. dicitur. *Noli quærere fieri iudex, niſi virtute valeas diſrumpere iniquitatem*. Iſidorus. lib. 2. Ethimol. cap. 2. dicit ꝙ leo grece idem eſt ꝙ Rex latine, quia rex debet eſſe leo. De quo dicitur Prouer. 30. *Leo fortiſsimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum*. Et de ferociſsimo rege Totila refert Antonin. p. 2. tit. 12. cap. 5. ꝙ cum vi armorum ciuitatem Romæ inuaſiſſet, publico edicto præcepit, ne quis contra cuiuslibet ſtatus mulieres turpe aliquid committeret. Quo audito ſic quiſq. timuit, vt licet templa Dei ipſa expoliare non abhorruerunt, nullus tamen auſſus eſt, in fæminam manus mittere, nadie oſſo burlarſe con el Rey quebrantando ſu mandamiento. Et Dauid, cui promiſſerat Deus. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã* Petiit ab eo. *Deus iuditiũ tuum regi*. Filio meo. *Da. Et iuſtitiam tuam filio regis*. Et ad quid tantam poteſtatem ei petit? *Iudicare populum tuum in iuſtitia, et pauperes tuos in iuditio.*

Rom. 13 — Eccli. 7 — Iſidor. — Hiſto. — Pſ. 71.

Et hinc extendens oculos ad Chriſtum de ſe naſcitu rum, dixit. *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna*. Ideſt vſq. in finẽ mundi, & cauſam tantæ pacis explicat. *Et dominabitur a mari vſq. ad mare, et a flumine vſq. ad terminos orbis terrarum*. In tantum, ꝙ. *Corã eo procident Ethiopes, & inimici eius terram lingent, reges Tharſis, & inſulæ munera offerent, reges Arabum & ſaba dona adducent*. Et deniq. *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gẽtes ſeruiẽt ei*. Ex hac ergo maxima eius poteſtate, qua omnes reges ſubiugabit. *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundãtia pacis*. Ecce hęc prophetia hodie impletur. Quando tres reges venientes ab orienti cum muneribus ſuis in ſignũ ſubiectionis, ante natum puerũ proſternuntur, & deoſculantur plantas eius. *Ecce Magi ab oriẽte venerunt. &c.*

E*cce magi*. In hoc potentia regis nati ſatis oſtenditur, ꝙ vſq. ad præſepium indomita regum corda ante ſe conculcanda trahit. De ſapientia patris, qui eſt filius, dixit ſpiritus ſanctus. Sap. 8. *Attingit a fine vſq. ad finem, & diſponit omnia ſuauiter*. Quaſi dicat, tanta ſapientia diſponit omnia, vt quicquid voluerit faciat de quolibet noſtrũ, ita vt nemo ſit qui reſiſtat voluntati eius. Sponſa dicebat de ſponſo ſuo. *Genæ illius, ſicut areolæ aromatum*. Cant. 6. Per genas virtus attractiua Dei figuratur. Hæ ſunt. *Sicut areolæ varijs floribus plenæ*. Sed quare variis floribus plenæ ſunt? quia vt quemlibet ad ſe dulcius trahat, colorem eius induit, & diuerſas adinuẽtiones ex cogitat, pro diuerſitate attrahendorũ. Prouer. 21. *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu domini, quocũq. voluerit, vertet illud.*

Sap. 8

Cant. 6

Pro. 21.

Sua

Suauitate enim ſua ſic eũ captiuum tenet, vt ad libitum vertat illum. Haze del todo quanto quiere. Eſta en ſu mano todo el. Et de ſuperbo Pharaone dicebat Deus, vt refert
Rom. 9 Pau Rom. 9. *In hoc ipſum excitaui te vt oſtendam in te virtutem meam, & annuntietur nomen meum in vniuerſa terra*. Sed quomodo inde potentia tua ſic relucet? quia obſtinatum ſic cor eius reducere valuerit ad obediendum ei, vt dimitteret populum eius. Et ſi mirum eſt valde, ꝙ cuiuſuis principis cor ad ſe trahat, quid obſtinatiſsimi ſic regis? ſi quaſi prodigium magnum decantat Ioannes, quod principem Nicodemum (licet ſtatura puſillus erat, immo in omnibus humilimus) ad ſe attraxerit Chriſtus, & etiam præ admiratione, attentione prius petita, exclamauit. *Ecce homo ex phariſeis Nicodemus nomine, venit ad Ieſum nocte*. Et quid magnum eſt ꝙ homo acceſſerit ad Ieſum? magnum quidem valde, quia. *Hic princeps erat*. Merito potentia Dei, & nomen eius extenditur per orbem totũ, eo ꝙ obſtinatum cor Pharaonis, ad ſuam nouerit reduxiſſe voluntatem. Nec minus mirabile eſt ꝙ hodie tres barbaros Reges ad ſe ſic humiles attraxerit. O magna potentia. *Ecce Magi. &c.*

Ioa. 3.

*Ecce Magi*. Magi, ideſt ſilentes, ſecundum Baſilium, oratione de Chriſti ortu. Eo ꝙ ſilentium & quietem agerent, vt cõmodius philoſopharentur. Basil.
Sed Apuleius in prima apologia pro magia dicit, ꝙ Perſarum ſapientes appellabantur Magi, ideſt ſacerdotes. Quod teſtimonio Platonis corroborat. Cælius lib. 3. lectionum antiquarum cap. 24. dicit ꝙ Perſæ per Magos deorum interpretes, & cultores intelligunt. Vbi vtrãq. dictã Aulleii Cælius.

ſententiam compræhendiſſe videtur. Nam deorum cultores eſt ꝙ dixit Apulleius ſacerdotes. Et deorũ interpretes eſtꝙ Baſſilius apellat ſilentio philoſophiæ deditos, & addit Cęlius vbi ſupra, ꝙ Babilonii ſapientes ſuos vocãt Chaldeos, Aegyptii prophetas, Greci philoſophos & Perſſæ Magos. Vnde Magi, ideſt ſapientes. Scientia humanarum, ac diuinarum literarum florentes. Et hoc dicitur in euangelio. *Ecce Magi.*

ET ꝙ iſti Magi fuerunt reges probabilius tenẽdum eſt. Hoc enim totus fere ſanctorum patrum cætus approbat. Athanaſ. de variis quæſtionibus, quęſt. 2. Tertulianus aduerſus Iudęos, & li. 3. contra Marcionem. Ciprian. in ſermone de baptiſmo domini. Hieronimus ſuper Pſal. 71. & Auguſtinus ſermo. 43. ad fratres, & lib. 3. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ. ca. 4 & Chriſoſt. hom. 6 in Math. & multi alii. Et ad hoc ſic credendum ſufficere deberet vniuerſalis opinio eccleſiæ catholicę, quę ſemper regio diademate coronatos depingit eos. Et hodie alta voce eis applicat illud Pſalmi. 71. *Reges Tharſis et inſulę munera offerẽt reges Arabum & Saba dona adducent.* Et de eis præ dixit Iſa. cap. 60. *Ambulabunt gẽtes in lumine tuo & reges in ſplendore ortus tui.* Ecce Magi venerunt hodie ad præſepium ſplendore orti ſideris ducti. Reges ergo erant, & reges credendi ſunt. Et forte reguli erant, & paruorũ regnorum domini. Quales erant illi de quibus Iudic. 1 dicitur. ꝙ dicebat Adonibocerh. 70 *Reges amputatis manuũ, ac pedum ſummitatibus ſub menſa mea colligebant ciborũ reliquias.* Hinc eſt ꝙ apud Amb. l. 1. of. c. 12. amici Iob Reges, ac Magi apellantur. Immo & ipſe Iob a multis creditur

Rex

Marginal notes: *Atha.* *Cipria.* Hiero. *Aug.* *Chriſoſt.* *Pſ. 71.* *Iſa. 60.* *Iudi. 1.*

Rex. Nec mirum cum in hiſpania tot reges antiquitus inuenirentur, quot ciuitates præcipuæ. Nec tot reges eſſe poſſent, niſi reguli eſſent. Idem forte erit de Magis.

SEd quare euangeliſta. Non vocauit eos reges, ſed ſapientes? quia certe in conſpectu regis regum, & domini dominantium nō decebat aliquem appellari regem. Apoc. 4. Vidit Ioānes Deum in throno ſuo, & ſeniores mittebant coronas ſuas ad pedes eius, quaſi dicat, ante te nullum caput diademate debet apparere ornatum. In conſpectu regum terræ nullum vocamus dominum, quia ipſe ſolus dominus eſt. Sic in conſpectu regis cælorum nullus vocandus eſt rex. Apoc. 19. Vidit Ioannes ipſum Deū. *Ecce veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine & habebat in fęmore ſuo ſcriptum rex regum, & dominus dominantium.* Et Gen. 17. Quando circunciſus eſt Abrahā, addita fuit litera vna nomini eius. *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed apellaberis Abraham, quia patrem multarum gē gentium conſtitui te.* Sic quoties Christus ſanguinē fudit, aliquid additum fuit nomini eius. Primo in circunciſione fudit ſanguinē & imponitur ei nomen Ieſus. Secundo in horto, & tunc dicenti ei militibus, quem queritis? reſponderunt *Ieſum Nazarenū*, tertio in cruce, & ibi additur. Ieſus Nazarenus rex Iudęorum. Quarto nunc vidit eū Ioannes veſte aſperſa ſanguine, & ſuperadditur. *Rex Regum, & dominus dominantium.* Quem titulum habebat ſcriptū in fæmore, quod generationis ſimbolum eſt, quia omnes qui regenerantur ex ipſo, reges ſunt, nihilominus in conſpectu eius nullius dignitatis cenſentur. Mittebat coronas ſuas ad pedes eius

Apoc. 4. | Apo. 9. | Gene. 17 | Ioa. 18.

In

Simile

2.Re.16

2.Re.16

Cicero.

In conſpectu regum terræ nullum vocamus dominũ, quia ipſe ſolus dominus eſt, ſic in conſpectu regis celorum nullus vocandus eſt Rex. Ioannes extimabatur Meſias ob magnitudinem ſuam, ſed interrogatus ſi eſſet meſſias, reſpondit. *Nec dignus ſoluere corrigã. &c.* Quia nullus eſt magnus ante Deum. Hinc rex Dauid. ante arcam nudatus eſt, & veſtes regias depoſuit dicens. *Ante Deum vilior fiam.* Yo lo ſoy harto, pero delante del mucho mas Ideo non dixit, ecce Reges ſed ecce Magi.

ALii dicunt potius eos Magos appellaſſe, ideſt ſapientes. Quia tunc temporis ſolum Magi eligebãtur in reges. Immo inuiolabilis lex erat apud orientales, vt nullus ad regiã dignitatem aſſumeretur, qui in hac magorum profeſſione nõ emineret. Sic tradit Ciçero. lib. 1. de diuinatione, & Plinius lib. 2. de naturali hiſtoria. Non poteſt (dicit Tullius) Rex eſſe Perſarum, qui non antea magorum diſciplinã perceperit. Et Philo lib. de ſpeculo legis dicit de ſapientia apud Perſas. Non tantum eam Plebei ſectantur, ſed etiam reges maximi, ita vt regnare non liceat, niſi cũ Magis verſato familiariter Vnde regnũ iuræ hæreditario minime tũc poſsidebatur, ſed ſapientioribus per electionẽ tradebatur & merito quidẽ, quia ad rectã regni gubernationẽ primũ requiſitũ videtur eſſe prudẽtia, & ſapiẽtia regis. Vnde poſtquã hæreditario iure cepit poſideri regnũ dixit. Ecclſ. 2. *deteſtat⁹ ſũ omnẽ induſtriã meã, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui.* (en adquirir mas y mas reynos) *habiturus hęredẽ poſt me, quẽ ignoro, vtrũ ſapiẽs an ſtultus ſit futurus.* Non curat ſi pulcher, ſi deformis, ſi timidus, ſi fortis, ſi virtutibus vel vitiis prędi tus erit. Sed ſi ſapiens futurus

Hiſtoria.

Eccli. 2.

rus ſit, vel ſtultus. quia nec fortitudo, nec pulchritudo nec virtus ipſa ſic refert ad regimẽ, quãtum prudẽtia & ſapiẽtia rectoris. Quia ergo iſti ſapiẽtes erãt magi appellãtur, & nõ reges.

Epipha. Secundũ dubium poſſet hinc conſurgere. In quãto tẽpore vſq. ad præſepiũ venerũt Magi iſti? Epiphã. hęreſi 51. dicit ꝙ poſt duos annos a natiuitate Chriſti quã opinionem Oſiander hæreticus ſic cõfirmabat. Leui. 12 Quia in purificatione ſua virgo mater non agnũ obtulit, vt lege pręcipiebatur diuitibus, ſed par turturũ, aut duos pullos colũbarũ. Luc. 2. Signũ certe ꝙ Magi nõdũ venerant quãdo virgo purificata eſt, nec theſauros receperat ab illis ſed ardẽtẽ certe virginis charitatẽ ignorabat hæreticus iſte, qua triplicem theſaurum ſimilem in vſus pauperum iam diſtribuiſſet. Vnde ad argumentum eius reſpondent aliqui, ꝙ theſauros iã expẽderat virgo inter pauperes. Alii dicunt ꝙ non decebat virginem titulo paupertatis educatam in templo, Nunc repente diuitum dona offerre in illo, ne debilibus anſa præberetur ad ſuſpitionem, &c. Sed fortiorem aliam rationem ſubminiſtrat nobis euangelium ad hoc confirmãdum. Dicit enim ꝙ Hærodes interfecit pueros omnes ab imatu, & infra. Secundum tempus, quod exquiſierat a magis, ergo exquiſierat ab illis, ꝙ duo iam elapſi erant anni ex quo ſtella apparuit eis, & ex quo iter ſuũ cæperant ipſi.

Aug. Sed Auguſtinus, & Chriſoſt., & multi alii doctores tenent, ꝙ in ſpatio 13. dierum venerunt, vſq. in Hieruſalem, a die natiuitatis Chriſti. Et hoc approbat generalis authoritas eccleſiæ, quæ die 13. Poſt natalem eius cælebrat hoc fæſtum. Immo & ex ipſo contextu euangelii id colligi videtur. Dicitur enim

enim. *Cum natus eſſet Ieſus in betleem, ecce magi, &c.* Illud. *Ecce.* Cæleritatem, & velocitatem aduentus eorum indicat, & ponderat. Non enim eo vtimur, niſi cum prope iam adeſt id, de quo loquimur. Sic Gen. 24. *Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebeca egrediebatur, &c.* Et poeta cecinit. *Audiat hoc aliquis, vel qui venit ecce Palemon* Et Chriſ. opere incert authoris, hom. 2. in Math. dicit, ecce, ideſt confeſtim vt natus eſt Ieſus. Cum ergo nunc dicatur. *Cum natus eſſet Ieſus, ecce Magi venerunt.* Certe illud. *Ecce.* Bruitatem, & accelerationem aduentus magorum importat poſt natiuitatem Chriſti. Gen. 24.

AD rationem autem ex euangelio deſumptam in confirmationem, q͏ infantes occiſi fuerant ab imatu, & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a Magis. Reſpondet acutiſſimus Euthimius, quod illud. *Secundum tempus, q͏ exquiſierat a Magis.* Non refertur ad totam orationem præcedentem. Sed tantum ad particulam, infra. Quaſi dicat, *Occidit omnes pueros ab imatu Et infra, ſecundum tẽpus, &c.* Quia illi non dixeran Hærodi duos ſe annos in itinere conſumpſiſſe, ſed multo infra. Ipſe autem extendit ferocitatem ſuam vſq. ad pueros duorum annorum, tum quia timuit, ne in tempore etiam illuderetur a Magis. Tum quia vt tradit Ioſeph. lib. 16. de antiquitatibus cap 7. Herodes vocatus fuit Romam ab imperatore. Vnde non regreſſus eſt vſq. ad ſecundum annum. Ideo omnes pueros ab imatu occidit. *Et infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a Magis, &c.* Euthon Hiſto.

*SEd ad huc reſtat dubitaciuncula.* Qualiter in tẽ

pore

pore ſic breui, tan longum iter potuerint explere? *Venerunt enim Magi ab orienti Hieroſolimam*. Ex quibus tribus tria propoſita dubia poterant oriri. Primum dubium ex primo verbo. *Magi*. Vtrum iſti fuerint Reges. Ex ſecundo verbo. *Venerunt*. Secundum dubium oritur, in quanto tempore venerunt. Ex tertio verbo. *Ab orienti*. Tertium dubium originatur. Qualiter fieri potuerit, vt homines iſti orientales, in breuiſsimo ſic tempore tantum iter perficere valuerunt. Ab omnibus enim conceditur Magos ex remotis regionibus veniſſe. *Remigi'* Remigius breuiter ſe expedit ab hoc dubio, dicens ꝙ hoc ad miraculum referri debeat. *Auguſ.* Sed Auguſtinus, & Chriſoſtomus tenent, ꝙ ſtella illa, quæ Magos duxit ad præſepium, multo tempore ante natiuitatem Chriſti apparuit Magis, vnde bene perueni re potuerunt in Hieruſalem die. 13. poſt natalem Chriſti. ſed nullum horum ponere vrget neceſsitas. Cum conſtet ex Iſaia. cap, 60. Eos in Dromadariis veniſſe. *Iſa. 60.* Vbi loquens ad Hieruſalem dixit. *Inundatio camellorũ operiet te, Dromadarÿ Madiam, & Epha omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, et laudem domino anunciantes*. Hic enim manifeſte loquitur Iſaias de aduentu magorum. Quod ex eo apertiſsime conſtat, quia hanc prophetiam in hac feſtiuitate de aduentu Magorum ad præſepium ſæpius decãtat pia mater eccleſia, indicans de eis prænuntiatam fuiſſe. Venerunt ergo Magi ab orienti in Hieruſalem in dromedariis. Sed velocitas dromedariorum tãta erat. ꝙ (vt dicit Philoſtratus in vita Apollonii Tyranæi) in vno die mille ſtadia currunt. Et quodlibet ſtadium eſt octaua pars vnius milliarii. *H. ſto.* Vnde con-

tinet

tinet. 125. paſſus cum mille narium vnum mille paſſus habeat. Vnum ergo milliarium continet octo ſtadia, Vnde mile ſtadia faciunt. 125. millas. Y de tres millas hazemos vna legua. Luego mil eſtadios ſon quarēta y dos leguas, y entrecedias ſeran. 550. leguas. Nec tot credo diſtaret Regio Magorum ab Hieruſalem bene ergo ſine miraculo peruenire potuerunt in 13. diebus. Et hæc tria dubia ſuficiant pro primo ſermone iſto. Ad ſit gratia, vt ad gloriam nos perducat ille, qui ſine fine viuit & regnat, cum patre, & ſpiritu ſancto in ſæcula ſæculorum.

Amen.

(.:.)

# DE EPIPHANIA DOMINI.

## SERMO SECVNDVS.

*Ecce Magi ab orienti venerunt hieroſolimam. Mat. cap. 2.*

ISaias loquens de Chriſto domino dixit. cap. 13. *Voca nomē eius* Iſa. 8. *accelera ſpolia detrahere.* Et rationem addit dicens. *Quia antequā ſciat puer vocare patrem ſuū, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia ſamariæ coram rege Aſyriorum.* Quod ſic explicat Aug. Auguſtinus ſermo. 4. Epiphaniæ. Antequam loquatur paruulus Chriſtus offerent ei aurum, in quo ciues Damaſci ſpem collocatam habebant. Et auferet puerulus reges idolatras de manu Sathanæ. Quem vocat Iſaias regem Aſsiryorum (vt notauit Chriſoſto. ſuper Math. 2.) Chriſoſt. Quia Aſsiryii in tenebris in fidelitatis ſubmerſsi ſunt quarum princeps eſt ſathanas. Et Chriſoſto. ſic explicat. Auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ ideſt, ſapientes reges aduolabunt ad Chriſtum hodie totum hoc impletur, Aue Maria.

ECce Magi venerunt. Inter alia mala quæ homo ob peccatum incurrit, illud maius cenſetur, quod voluntas, quæ antea conformis, ac ſubiecta erat volūtati diuinæ recalcitrauit, & cōuerſa eſt ad creaturas, vnde proclinior, ac pronior remanſit ad malum. Et maius

maius malum, ad quod inclinari potuit, fuit idolatria. Quia in ea cultus vero Deo debitus tribuitur creaturæ. Hanc vocauit Moy-
Exod. 32 ſes in Exod. 32. Maximam omnium delictorum, dicens ad Aaron erectorem vituli. *Quid tibi fecit hic populus, vt in duceres ſuper eum peccatũ maximũ.* Que te hizo el pueblo, que tãto mal le has hecho, que ha incurrido en el maior de los pecados? & Sap. 14.
Sap. 14. dicitur. *Infandorum idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis*. El remate de todos los males, y la raiz de todos ellos. Hinc eſt quod pecatum dicatur per anthonomaſiam. Eccli. 49. *Præ-*
Eze. 49. *ter Dauid, Ezechiam, & Ioſiam, omnes peccatum cõmiſerunt*. Et quaſi explicans ſe addit. *Contẽpſerunt timorẽ Dei.* Ideſt, cultum Dei, vt alibi diximus. Et ꝙ de idolatria intelligendum ſit, patet, quia Dauid, & Ezechias alia peccata çomiſerunt. Sed econtra, cultus veri Dei initium & finis eſt totius boni. Abraham tanta fide in Deum corroboratus eſt, vt filium ſacrificare non dubitaret, in quo promiſsiones acceperat, certus ꝙ alia via ſibi ignota ad impleret Deus verbũ ſuum. O magna fides. De ea dicit Paulus. *Credidit in*
*ſpe contra ſpem.* Tuuo eſ- Rom. 4.
perança contra todas las razones de eſperança. *Vt ſit pater multarum gentium.* Et ſic euenit quidem, quia factus eſt pater credentiũ. Et ob hanc tantam fidem ſuam tanta bona promiſſa ſunt ei. *In ſemine tuo benedicentur omnes fines terrę* Sed odium Dei, contra gẽtiles inde principium habuit, ꝙ patrem habuerunt in fidelem, & principium Idolatriæ. Nemorath. De
quo Sap. 14. *Accerbo enim* Sap. 14.
*luctu dolens pater, rapti ſibi cito filii fecit imaginem, & illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cę-*

pit,

*pit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra, & ſacrifitia* Deinde interueniente tẽpore, ac conualeſcente antiqua conſuetudine, hic error, tanquam lex conſtitutus eſt. Ideo hunc infidelem populum abominabatur Deus gentilicum, quã tum fidelem amabat Hebreum. Sed hunc rigorem ſeruauit contra eos Deus, dum Deus ſolummodo erat. Sed homo iam factus non ſolum Deus Abrahã, Iſac, & Iacob vocari voluit, ideſt iudęorum, & nõ gentilium, ſed etiam Deus

Rom. 3. gentilium. Sic Pau. Rom. 3 *An iudæorum tantũ Deus non ne & gentium? immo & gentium.* Illud, *Immo.* Emphaſim habet magnam quaſi dicat. Principalmen

Rom. 9. te ſuyo. & Rom. 9. *Vocauit nos non ſolum ex iudęis, ſed etiam ex gẽtibus.* Et hoc. *Per viſcera miſericordiæ In quibus viſitauit nos oriens exalto.* Hanc maximam miſericordiam oſtendit hodie Deus, vocans gentibus ab orienti. *Cũ natus eſſet Ieſus in Betleem Ecce Magi.*

*Ecce magi venerunt.* Natus eſt in Betleem iudæ, & adduxit etiam ad ſe Magos, parum ſibi videbatur iudaico ſolum populo dominari, & remotiſsimos etiã reges ad obediẽtiam ſuam traxit. Eſtaua Dios deſeoſo de deſpoſar ſe con la gentilidad. Sic di- Cant. 4.
cebat Cant. 4. *Veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni coronaberis de capite Amana, &c.* Illa repetio, veni, veni, ſatis ponderat ſitim illius. Et illud. *Coronaberis.* Deſponſationẽ indicat. Antiquis enim mos erat, ſpõſas coronari in die deſponſationis earũ. *Egredimini filiæ Sion, videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius.* Et addidit. *In die lætitiæ cordis* Pro. 13
*eius.* Quia vt dicitur. Prouer. 13. *Deſiderium ſi com*

*Vu plea*

*pleatur,delectat animam.*
Y como Dios deſeaua tan
to eſſe dia,lo llama. *In die
letitiæ cordis eius.* Hoc ſic
habito notandum eſt, ꝙ
greci ſponſas coronabant
incenſo. Hebrei vero mi-
rrha. Et quia vtrumq. po-
pulum ad nuptias trahere
cupiebat Deus, impatiens
moræ clamabat. *Vadã ad
montem mirrhæ,ad colles*
*Cant. 4.* *thuris*, Cant.4. Vt vtramq.
ſponſam comprehenderet
Grecam & iudaicam, qui-
bus deſponſandus erat, vt
vnam ex vtraq. conſtitue-
ret ſibi. Vnde poſtea dice-
*Cant. 3.* bant angeli. Cant.3. *Quæ
eſt iſtaquæ aſcendit per de
ſertum,ſicut virgula fumi,
ex aromatibus mirrhæ, &
thuris,&c.* Ecce ex vtroq.
ex mirrha(inquam) & thu
re,vna iam virgula confe-
cta erat,ſuper omnia aro-
mata ſibi fragrantiſsima.
Ideo addit. *Et vniuerſi pul
ueris pigmẽtarij.* Quia om
nia odoramenta videntur
in illa ſimul cõgregata præ
fragrantia ſua. Cum ergo
paſtores iam de ſinagoga
veniſſent,nunc reges degẽ
tilitate vocat, vt vtriſq. co
ronetur. Iſa.10. *cõſumatio* *Iſa. 10.*
*abreuiata inundabit iuſti-
tiã.* Loquitur de Deo pue-
ro,de Deo abreuiato. Qui
dicitur conſumatio, quia
perfectiſsimus eſt. Et abre
uiata, quia ſub paruula pue
ri quãtitate delituit diuini
tas eius. Iſte ergo abreuia-
tus. *Inundabit iuſtitiã.* Inũ
dare magnã pluuiã impor *Pſ. 129.*
tat,& iuſtitiæ. Quia, *Copio
ſa apud eũ redẽptio.* Non
enim vnum,aut alterũ po-
pulũ liberabit,ſed, *domina* *Pſ. 71.*
*bitur a mari vſq. ad mare,
& a flumine vſq. ad termi
nos orbis terrarũ.* Inunda-
bit Iuſtitiam, vt extẽdatur
per orbẽ totum. Et Iſa.49. *Iſa. 49.*
*Dedi te in lucem gentiũ,
vt ſit ſalus mea vſq. ad ex-
tremum terrę.* Non ſolum
erit lux,& ſalus populi He
braici. Sed & omnium gẽ-
tium, quæ terminis terræ
clauduntur. Et ipſe Iſaias. *Iſa. 59.*
ca.59. dixit. *Cum venerit,
quaſi fluuius violẽtus, quẽ*

*ſpiri-*

*ſpiritus domini cogit, & venerit de Sion redeptor.* Quaſi dicat, quando accedat redempturus, quaſi fluuius erit, qui impetu magno exuberat. Sale de madre que arrebata arbores, y preſas, y molinos, &c. Sic quando ipſe deſcēdat, Hebreos, Arabes, Sabeos, & etyopes omnes ad ſe trahet. *Reges tharſis, & inſulæ munera offerent, reges Arabum, & Saba dona adducent.* Et Iſaias. 8. *Antequam ſciat puer vocare patrem, aut matrem, auferetur fortitudo Damaſci.* Ideſt reges, & principes eorū, qui fortitudo eorum dicuntur, quia vt dixit Gregorius, ꝙ humano corpori oſſa, & nerui ſunt, hoc rei publicæ ſunt, qui eius gubernacula tenent. Puerulus ergo adhuc Chriſtus omnem fortitudinem Damaſci, & Samariæ ad ſe trahet. Nec contentus erit cū ſolo populo Hebreo. Licet enim dixerit Plinius. l. 4. Facilius eſt vnū amare, quā multos. Hoc quantum ad homines verū tenet, quorū ſtricta pectora plures ſimul capere nō valēt. Deus autem qui vndiq. capaciſsimus eſt, adhuc puer multos ſimul poteſt facilime amare. Ideo natus in Betleem iudæ adduxit Magos. &c.

Iſa. 8.

Gregor.

Plinius.

*Ecce Magi venerunt ab orienti.* Hoc ad confuſionem indæorum prædicetur, qui Deum in domo eorum natum nō cognouerunt, nec receperunt. Et ecce iſti ex remotis regionibus volant ad eum adorandum. De hoc conquerebatur Deus per prophetā. *Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Pſ. 17. Ideſt populus, quem quaſi ignotum nullis fauoribus affeceram, prima voce, & primo ſigno cucurrit ad me. *Iſrrael autem me non cognouit.* Quem tanquam filium diligebam, & curabam. Et

Pſ. 17.

hoc etiam mirabatur Ioan-
*Ioa. 1.* nes. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Sui dicit. Quos tanquam ſuos filios enutrierat, quaſi dicat, o prodigium magnum, ꝙ alieni receperint eum, & ſui contempſerint illum. O cæcitas, o ingratitudo maxima. Perfectiſsimam imaginem Alexandri perfecerat quandoq.
*Hiſto.* Appellex, quam Alexãdro oſtẽdit gaudio plenus. Sed confuſſus apellex, ꝙ eam tepide laudaſſet Alexander, fecit equm Alexandri ante eam adduci, & nondum eam aſpexerat equs, & cæpit hinire, vt ei demore erat, quoties Alexandrũ ipſum videbat. Et tunc dixit Apellex Alexãdro. Ecce brutum animal calluit perfectionẽ imaginis, quã tu cum toto diſcurſu tuo non cognouiſti. Verbum imago eſt patris omnibus modis abſoluta, & per diuinum Apelex in clauſtro virginis formata in tabula humanitatis. Hanc ergo in lucem editam perſpicacibus iudæorũ intellectibus propoſuit contemplandã. Sed illi non ſolum nec te pide laudauerunt, ſed nec receperunt eam. Ad confuſsionem ergo eorum adduxit bruta animalia, Populum, in quam gentilicum, qui vt bruta animalia idola collebat. Qui ſtatim calluit perfectionem imaginis, & incluſam diuinitatem penetrauit, ac procidens adorauit eam. Hinc per Iſaiam. 1 *Ioa. 1.*
dixit Deus. *Bos cognouit poſſeſorem ſuum, et aſinus preſepe domini ſui, Iſrrael autem me non cognouit.* Alia litera dicit. *Bos cognouit emptorẽ ſuum.* Quod magis rem exaggerat, quaſi dicat. Apenas lo a comprado en la feria, quando luego al primero piẽſo lo reconoce, y mueſtra ſu agradecimiento. Vos autem mille benefitiis affecti, &c. Idẽ apparet Iudic. *Iudic. 15.*
15. Vbi interfectis Philiſteis gloriabatur Sanſon. *In mãdibula aſini deleui eos.*

Quaſi ſibi, & non Deo imputans, ideo os eius ſiti æſtuabat, & ex mandibula, & ex ore aſini fons aquæ ſcaturiuit. Quaſi dicat, Deus, Os iumenti cognoſcat, & fateatur, quod tu non cognoſcis, ſcilicet, ꝙ virtue mea, qui fons vitę ſum, id factum fuerit, & non virtute tua. Sic nunc, *Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, & aſinus, &c.* Rudiora ſunt duo hæc animalia ſuper omnia, & ideo per illa confudere nititur Deus Iudæos, & eorum ingratitudinem abominatur Ideo eis reiectis ad confuſſionem eorum aduxit gentes. Sic dixit per Moiſem. Deut. 32. *Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus* (Ideſt in vitulo quē erexerunt) *Et irritauerūt in uanitatibus ſuis. Et ego prouocabo eos, in eo qui nō eſt populus* (Scilicet meus. In populo gentilico, quem quaſi ignotum, & nō meū deſpexeram) *In gēte ſtulta irritabo illos.* Ideſt in gē- | *Deu 32.*

tilitate quæ eo amētiæ peruenit, vt idola lignea adoraret, yo les hare rabiar de zelos de vna gente tan perdida, y ciega, y necia, que adora piedras. Hos enim in conſpectu eorum diligā protegam, & regam, vt videntes ipſi dentibus ſtrideant præ inuidia. Sicut ſolet pater ſeruum in coſpectu inobedientis filii mille fauoribus afficere, vt filius irritetur, & confundatur. quo ſupplitio puniuit Deus infidelem domum Heli, cui promiſſerat ſacerdotiū in eternū. Sed quia eo male vtebantur. *Abſit, inquit a me facere hoc. Sed præſcindam brachium tuū, & videbis æmulum tuum in templo.* Quaſi dicat, non ſolum auferam a te ſacerdotium, ſed ad maiorē cōfuſsionem tuam tradam illud æmulo tuo. Hoc idem fecit cum Iudæis eum non recipiētibus, adduxit enim populū gentilicum eis valde exoſſum. *Ecce Magi ab orienti, &c.*

Similē. (margin, beside "protegam, & regam, vt vi-")

1. Re. 2. (margin, beside "le vtebantur.")

*Vidimus ſtellam eius, et venimus.* Statim vt vidimus, venimus. Ecce magnum prædeſtinationis inditium. Sponſa Cant. 2. *Ecce dilectus meus loquitur mihi.* Et quid dicit tibi. *Surge propera colũba mea* Quaſidicat, peto vt velocitate columbæ curras, & voles ad me. Primum ornatũ promiſsit ſponſus ſponſæ ſuæ. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Cant. 1. Zarzillos para horadar las orejas. y de oro plateado por cima, que es Chriſto. Quaſi dicat, hoc erit primum ornatum ſponſæ meæ, ſi aures attentas, & perforatas habeat ad vocem verbi primam audiendam. Ezech. 16. *Ornaui te ornamento.* Quo? *Dedi circulos auribus tuis.* Ideo. Eccli. 28. *Seras facito auribus tuis.* Quaſi dicat, ſeras aurium ſemper apertas, & vndiq. patentes habeas. Quia vt dixit Iob. *Semel loquitur Deus, & ſecundo id nõ repetit.* Quæ verba licet aliò tendât, noſtrum tamen intentum ſatis indicare vidẽtur. Multoties Deus non repetit voces, & pulſationes ſuas, ideo auribus erectis primæ voci obedire oportet. Quia ad primam vocem non ſurexit ſponſa, vt aperiret, fugit ſponſus, nec eum poſtea multo labore inuenire valebat. *Beatus ergo ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem.* Ideſt primæ voci obedire paratum Quia. *Super omnia bona ſua conſtituet eum.* Non ſic impii non ſic. *Sed aures ſuas aggrauant, ne audiãt.* Zacha. 7. *Aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent.* Et quid inde? *Cor ſuum poſuerunt vt adamantem.* Et Pharao dicebat. *Quis eſt dominus, vt audiam vocem eius.* Vnde ſequitur. *Induratum eſt cor Pharaonis.* Quia obſtinatio ſequitur ſemper ad inobedientiam. Sic Oſeæ, 7. *Factus eſt Ephraim ſicut columba ſe-*

Cant. 2. Cant. 1. Eze. 16. Iob. 33. Cant. 3. Luc. 12. Zach. 7 Exod. 5. Oſeæ. 7.

*ſeducta non habens cor.* Quod ſic interprætatur Hieronimus omnes aues ſumme filios ſuos diligunt & ira exardeſcunt contra raptores, Sola colũba raptos filios nec quærit, nec dolet. Sic tu Ephraim ſicut columba ſine corde, & ſine dilectione, nec doles de captiuitate populi tui, nec captiuos quæris. Sed alii ad intentum noſtrum explicant locum, dicentes, volatum columbæ velociſsimum eſſe, ſed in incipiendo ipſam eſſe ſeram, & valde moroſam. Vnde ſæpius ante volatum, vel laqueo capitur vel ſaggittæ venatorum transfoditur. Quaſi dicat, O Ephraim inde vniuerſa damna tua proueniunt, quia vt columba ſine corde ſerius valde volatum aſſumis, & tardius ſurgis ad obediendum. Non ſic Magi, qui cum primum viderunt ſignum, venerun volantes. *Vidimum ſtellam, &c.*

Hiero.

VBi eſt, qui natus eſt Rex iudæorum. Vt anſam præberet eis Deus ad hanc interrogationẽ, permiſsit vt ſtella euaneceret ab oculis eorũ. Quia ipſi certi iam erant de tempore natiuitatis Chriſti ſcilicet ꝙ iam natus erat. Ideo dicũt. *Vbi eſt qui natus eſt*. Locum tamen natiuitatis ignorabant. Iudæi e contra locum cognoſcebant, ſed tempus ignorabant. Ideo dixerunt. *In Betleem Iudę.* Sic enim ſcriptũ eſt per Prophetam, & tu Betllem. Vt ergo ipſi a Magis de tempore natiuitatis edoceantur. Et Magi ab eis de loco natiuitatis inſtruantur ſtella cælatur, & interrogare coguntur. *Vbi eſt qui natus eſt Rex iudæorum?* Sed audiamus Magorum perpendite, qui in curia Regis Hærodis,

nouum Regem audent proclamare. Iram tyranni non timetis? La gracia haze muy animoſos. Non mirũ ꝙ dixerit Moiſes Deo. *Niſi tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto*. Exod.
Exo.33. 33. Sed ꝙ Baruch iturus cõtra Siſara dicat deborę prophætiſſe. *Si venis mecum vadam, ſi nolueris, nõ per-*
Indic.4. *gam.* Iudic.4. Mirũ valde eſt. Sed certe fæmina vna cum gratia totum exercitum inimicorũ valet dextruere. Increpatus Paulus ne prædicaret Chriſtũ, ipſe Magis conualeſcebat prædicans, & affirmans, ꝙ hic eſt filius Dei. Et Mi-
Act. 9. cheas dicebat Regi Achab *Viuit Deus quod quęcumq. dixerit mihi dominus, hæc loquar*. Nec minas tuas timeo, nec mortem perhorreſco E contra impius timidus eſt. *Fugit impius nemine perſequente.*
Et Leuit.26. Terrebit eos Leui.26
ſonitus folii volantis. Quia conſcientia leſſa reddit hominem timidum. Sed conſciencia ſana a nulla exteriori violẽtia ſuperatur. Ideo
Heb.13. *Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis.* Heb.13.
Quaſi dicat, præſtat cor gratia ſtabiliri, quam corpora cibis. Ideo Paulo petenti vt auferetur a ſe angelus qui eum collaphizabat malus, reſpondit Chriſtus.
*Sufficit tibi gratia mea.* 2.Cor.2.
Correxit petitionẽ, quaſi dicat gratiam meam petere debes, quia per eam omnia aduerſa ſuperabis, & æterna bona conſequeris.

&c.

DE

# DE EPIPHANIA DOMINI.

## SERMO TERTIVS.

*Cum natus eſſet Ieſus in Betleem Iudæ. Mat. cap. 2.*

PLutarchus tradit, ꝙ inter alia dona naturalia Alexandro cõceſſa, maxime in velocitate eminebat, & cum in ludis olimpicis præciperetur a patre currere cum iuuenibus aliis, reſpondit. Libenter id facerem, ſi reges adeſſent, Cum quibus currere poſſem, ſed cum cæteris currere indecens eſt mihi, quia ſi cum plebeio velotior cucurrero, nihil inde gloriæ mihi comparauero Si autem ille velocior oſtẽdatur, regem viciſſe gloriabitur. Ecce Chriſtus in natiuitate ſua fecit paſtores currere ad ſe in præſepiũ. Hodie reges ipſos mira velocitate currentes trahit vt ſi tu ſuperbus dedignaris currere ad illũ cum paſtoribus, non dedigneris, currere cum regibus. Sed velocius accedere appetas, Aue Maria.

Hiſto.

CVm natus eſſet Ieſus. Geneſ. 49 dicitur ꝙ Patriarcha Iacob morti vicinus. Vocauit duodecim filios ſuos dicens *Congregamini, vt anunciem quæ ventura ſunt vobis in nouiſsimis diebus.* Et cum veniſſet ad Rubẽ recordatus ſceleris ſui cõtra ipſum patrẽ, dixit illi *Non creſcas* No te logres. *Quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius. Prior es in donis, maior in imperio.* Ya ſe q̃ eres el maiorazgo. Gen. 9

*Sed quia effuſus es vt aqua ad tãtũ malũ non creſcas.* Nec tãta fęlicitate fruaris. Videtur Iacob oculos ſuos in ſinagogã direxiſſe, quæ prior in donis, & maior in imperio erat. La maioraz-ga de Dios. La enriquecida de ſus dones. Sed quia fornicata eſt, quia macula uit ſtratũ ſpõſi ſui. Quia adulteriũ cõmiſsit, deſerens ſpõſum ſuũ Deũ verum, & tranſiens ad cultũ idolorũ. Et ſicut aqua ad idola effuſſa eſt. Quia ex omnibus fere quæ ad cultum veri Dei attinebant, nil remanſerat apud eam. Non ſacerdotes perfecti, nõ ſacrificia ſicut alias ſancta, non ceremonię, nõ arca, nec mãna nec tabulæ legis, & prophetæ iam finiti erãt. Omnia iam extincta erant, quãdo Chriſtus acceſsit factus homo. Ideo ſicut aqua effoſſa eſt. pulchre quidem. Quia cuiuſuis alterius liquoris ſi vas plenum effundatur, aliquid remanet in vaſſæ, ſi tamen aquæ plenũ ſit, nec veſtigium quidẽ remaneti eius, nec color, nec ſapor, nec gutta aquæ, ſic ſicut aqua effuſa eſt ad idola, quia nil ad cultum Dei veri pertinens remanſit aput ſe. O ergo adultera quę effuſſa es ad idola. *Non creſcas.* Fęlicitatem primogenituræ perdas, & alius obtineat pro te. Ad hãc ergo dignitatem, qua indignam ſeprębuit Sinagoga. Vocantur reges. *Ecce Magi.*

*CVm Natus eſſet Ieſus ecce Magi. Ecce.* Fere ſemper admirationem alicuius prodigii importat. Sed quid admiratione dignum hic indicat? & quidẽ ſuper omnia mirabile apparet, ꝙ reges, principes, & potentes vno ſigno, vnoq. nutu Deo obediant. Primitiæ crucis Chriſti latro quidem facinoroſus valde fuit, o res omni admiratione plena. Sed mirabiius forte ꝙ primitię cunęllius tres reges potentiſsimi fuerint. Quis nõ contre miſ-

miſcat audiens prodigia in
Aegypto facta, totus popu
lus perterritus erat, & præ
timore diſſolutus. Sed Pha
rao videns ea occulis ſuis
nec tremebat, nec obedie
bat. Immo proteruus dice
*Exod.* 7. bat. *Quis, eſt dominus, vt*
*&* 8. *audiam vocem eius?* Yo té
go de obedecerle a el? &
*Iſa.* 1. Iſa. 1. *Principes tui in fide-*
*les.* Alia litera habet. *Inobe*
*dientes.* Quia totus popu-
lus ſignis conuictus obe-
diet, ipſi autem nullis pro-
digiis ad id adduci pote-
runt. Sic dixit Ioa. 21. *Mul*
*Ioa.* 21. *ta alia ſigna fecit Ieſus, quę*
*ſi ſcripta eſſent, totus arbi-*
*tror mundus non poſſet li*
*bros capere.* Sed eis omni-
bus auditis, & viſis, conuin
cti remanſerunt pricipes,
minime, immo & ipſi ex-
probrantes facilitatem tur
bæ incredēdo dicebant ei.
*Ioa.* 7. *Nunquid aliquis ex princi*
*pibus credidit in eum?* Qua
ſi dicat, nullus certe quia in
terrogationes ſæpius ſunt
negationes in ſcriptura. Ie
rem. 5. *Ibo igitur ad opti-*
*mates, & ipſi magis frege*
*runt iugum. &c.* Sic Eccli.
49 dicitur. *Præter David* *Eccli.* 49
*Ezechiam & Ioſiam omnes*
*peccatum commiſſerunt,*
*dereliquerunt legem altiſ-*
*ſimi reges iuda. Et contēp-*
*ſerunt timorē Dei.* Quaſi
dicat, inter tot reges, hi ſo-
lummodo tres inuēti ſunt
qui timorem Dei retine-
rent, & peccatum maxi-
mum idolatræ deſererent.
De quo hoc intelligēdum
eſt, vt ſermone præceden-
ti diximus. Videtur quod
confuſi fuerint, eo ꝙ vero
Deo obedierint, & eo re-
licto reuerſi ſunt ad idola.
Hinc eſt quod principes,
ac potentes in maximo
periculo verſantur. Ac
ido dicebat de illis Chri- *Mat.* 19
ſtus Mathei. 19. *Amen*
*dico vobis, quod diuites*
*difficile intrabunt in reg-*
*num cælorum.* Et quam
dificile ſit, eo exemplo
aperuit, & ponderauit.
*Facilius eſt camelum per*
*foramen acus ttranſi-*
*re, quam diuitem in-*

*trare in regnum cælorum.* Merito ergo miratur euangeliſta celerem regum iſtorum obediētiam. *Ecce magi venerunt. &c.*

*ECce Magi venerunt.* Venit Chriſtus ad iudæos, ſed ipſi noluerunt recipere eū. *In propria venit & ſui eū non receperunt.*
Ioa. 1. Ioa. 1. Quanto deſiderio vrgebat populus clamans ad Samuelem. *Conſtitue nobis*
1. Reg. 8 *regem, vt iudicet nos ſicut vniuerſæ habent nationes.* Sed ſtatim deſpexerunt eū dicentes. *Num ſaluare nos*
1. Re. 10 *poterit iſte? & deſpexerūt eum.* 1. Reg. 10. Eſte villano, q̃ ayer andaua tras de las iumentas podra. &c. Quanta ſiti exclamauit
2. Re. 23 Dauid. *O ſi quis daret mihi potū aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethleem.* Sed optatam aquam, tanto periculo & labore adductā repulit, nec bibere voluit. Si eius deſiderio flagrabas, quare
Iſa. 64. deſpicis eā? ecce quāta ſiti clamabat ſinagoga. *Vtinā diſrumperes cælos, & deſcenderes.* Iſa. 64. Sed nunc venientem recipere noluerunt, ſed reiecerunt, ſicut Dauid reiecerat aquā. Vnde ipſe lamētabatur. *Tanquā aqua effuſus ſū.* Quia Pſ. 1.
quaſi nihil deſpexerunt eū. Quia ergo ſinagoga noluit recipere eū, vocauit gētes, quæ eū amarēt, & cognoſcerēt. *Ecce Magi venerūt.* Si tu vocatus venire cōtēpſeris, mille alii primo ſigno vocati currēt. *Qui cōterit multos, & innumerabiles.*
Dicit Iob. 34. ideſt innumerabiles homines ei nō obe- Iob. 34.
diētes ęternis cruciatibus perdendos tradet. Sed ob hoc ſolus remanebit? deficiēt alii, qui ei ſeruiant? Immo addit. Iob. *Et ſtare faciet alios pro eis.* Millia aliorū ſuſcitabit pro eis, qui prima voce ei obediāt, & ſeruiant. Hinc Ioannes minabatur iudæos. *Facite fruc-* Mat. 3.
*tus dignos penitētiæ, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Ideſt filios fideles, & obedientes, ſi vos

obedi-

obedire nolueritis ei. Sic etiam quia domus Iſrael nolebat audire Ezechielē prophetam, duxit eum dominus in campum oſſibus aridis plenum, & præcepit
Eze, 37. illi. *Dic eis. Oſſa arida audite verbum domini. Et me prophetante factus eſt ſonitus & commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, & ſurrexerunt, & steterunt ſupra pedes ſuos exercitus magnus valde.* Audientes verbū domini, quaſi dicat, ne exiſtimet domus Iſrael, ꝙ quia ipſi nolunt audire me, deficient alii multi, qui audiant, & obediant mihi. Quia ex oſſibus aridis, immo ex lapidibus ipſis ſuſcitabo millia filiorum fideliſſimorum.
Hiero. Hinc Hieronimus dicit. Si Helide fecerit non deficiet Deo alter Samuel, quem erigat loco illius
Rom. 11. Dicebat Paulus ad Romanos. cap. 11 *Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt. Tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſotius radicis & pinguedinis oliuæ factus es.* Ideſt, ſi multi Iudæi deciderunt amittentes fidem, te romanum populū inſeruit Deus oliuæ Chriſto, & ſotium fecit Apoſtolorū & Patriarcharum, & meritorū Chriſti, & totius paſsionis eius. Et Act. 13. loquens cum Iudæis Paulus dicebat. *Vobis quidem oportebat primū loqui verbum Dei, ſed quoniā repellitis illud, et indignos vos iudicaſtis æternę vitę, ecce vertimur ad gētes* Act. 13
Et ad quas gentes? ad orientales. *Ecce Magi venerunt ab orienti.* Non enim fruſtra id adnotatur. Nō ne in orienti periit Adam, Eua, & Caim? non ne in orienti incepit idolatria? nonne tanta mala ibi inundabant. Vt diceret. Iſaias, 41 *Quis ſuſcitauit ab orienti iuſtū & vocauit eum vt ſequeretur ſe?* Iſa. 41.
Vbi ſecundum Hieronimū, loquitur propheta miratus valde tantæ nouitatis, ꝙ ab orienti memoriam iuſti, ideſt Chriſti excitare potuerit aliquis,

vbi idolatria ſola vigebat. Quis hoc fecit? *Ego dominus*. Ego qui potens ſum pro vno peccatore inobedienti millia filiorum excitare. Ideo reiecta inobediẽti ſinagoga, traxit Magos. *Ecce Magi*.

*Pitago.* E*cce Magi venerunt*. Vocauit ad ſe gẽtiles Deus Sed ex gẽtilitate quos primum adduxit? vel quos ei primum obtulit vocata gẽtilitas? Reges. Siempre ſe a de offrecer a Dios lo mejor. Pitagoras enigmatice dicebat. Diis libandum nõ eſt ex vitibus non putatis. Et hoc certe, quia tales vites non producunt vbas, ſed labrvſcas. Agrazones, & vinum non fit ex eis, ſed acetum. Quaſi dicat. Pitagoras, ꝙ nullus offerat Deo labruſcas pro vuis, nec acetum pro vino, ſed ſemper cfferat ei optimas vuas, & optimum vinum. Sic præcepit. Exod. 33. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini Dei tui*. *Exod,33*

Per primitias non primos fructus tantum intelligas. ſed meliores, & perfectiores. Hoc enim ſemper petit a nobis Deus. Dicebat rex Sodomorum ad Abraham. *Da mihi animas, cætera tolle tibi*. Nolo nummos, nolo veſtes, contemno pecora, ſpolia omnia deſpitio, animas mihi præcioſas da, cætera tolle tibi. Tanti facit animas Deus, ꝙ poſt id quod eſt eſſe eſſentiam infinitam, nihil magis conuenit ei, quam eſſe dominum. Vnde duo ſolum nomina conueniunt ei propriiſsime. Iehoua, & Adonai, vel Eloim. Primũ ſignificat eſſentiam. Secundum dominium eius. Et notat Tertulianus ſuper genes. lib. contra hermog. fo. 339. ꝙ in ſacra ſcriptura nunquam Deus cæpit appellari dominus, quo vſq. creauit hominem. Solum enim appellabatur Deus. *Creauit Deus Cælum & terram. &c.* Innuens ꝙ nõ exiſtimat vocari dominus niſi *Hiero.* *Gen. 14.* *Tertul.*

niſi hominum ? Es lo mas pretioſo q el tiene por aca criado. Et ex hominibus quid amat ? quid appeti? quid petit? animas. *Da mihi animas, cætera tolle tibi* Ideo dicebat Pſ. 120. *Benedic anima mea domino, & omnia quę intra me sũt, nomini sãcto eius*, & hoc quia anima melior eſt corpore. Et in corpore quid melius? cor & viſcera ei⁹ interiora, Ideo. *Benedic anima mea domino, & omnia viſcera, et interiora mea. Et omnia quę intra me ſunt. Nomini ſancto eius*. Todo lo mejor en mi ſe haga lenguas, &c. Et ipſe Chriſtus petit. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Et Pro. 23. *Fili præbe mihi cor tuum.* Ecce ſemper petit, & appetit ꝙ melius eſt. Ideo gẽtilitas primũ obtulit reges. *Ecce Magi vene. &c.*

Pſ. 120.

Luc. 10.

Pro. 23

V*Idimus ſtellam eius & venimus.* S. Remigius dicit Reges hos ex generatione Balam deſcendere, qui prophetico ſpiritu prædixerat. Num. 24. *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael. &c.* Vnde ipſe præ deſiderio vidẽdi ſtellã iſtã inuigilabãt, vt inde regem hunc iam natum coniicerent, & ad eum adorandum properarent. Licet Auguſ. lib de Mirabil. ſacræ ſcrip. dicat. hanc ſtellãm fuiſſe ſpiritũ ſanctum, qui ſicut in Iordane apparuit ſub ſpetiæ columbæ, & in Thabor ſub ſpetie nubis, & in die Pẽthecoſtes ſub ſpetie linguarũ ignitarum, ſic nunc regibus iſtis apparuit ſub figura ſtellæ fulgentis. Idem videtur ſentire Origenes ſuper Num. 24. Sed communiter cenſetur ſtellam iſtam fuiſſe conſtellationem quandam ad hoc ſpetialiter denouo productã, vt Magos excitaret, & duceret ad præſepium.

Nu. 24.

Aug

DVo hic notatu digna occurrunt, Primo celeritatẽ, & feſtinantiã Chriſti

perpendas, quia ſtatim natus miſit ſtellã nuntiũ, qui vocaret Magos. Merito dicebat ſpõſa. *Ecce iſte venit ſaliens in mõtibus, tranſiliens colles.* Atrabancando montes, y collados, o gran prieſa. Et ad Iſa. 8. *Sume tibi librum grãdẽ, & ſcribe in illo ſtyllo hominis, velociter ſpolia detrahe, feſtina prędari. Voca nomẽ eius accelera ſpolia detrahere feſtina prędari.* Ad hæc duo verba ſcribẽda librũ ſic grãdem parari iubes domine? & addit. *Scribe in eo ſtyllo hominis.* Ideſt literis omnibus notis, vulgaribus, & communibus, & quibus homines magis aſſueſcunt, vt ſine vllo impedimento, immo maxima cum facilitate & celeritate ab omnibus legi poſsint. Et quid his notis ſcribere debet? el apreſurado a deſpojar el infierno. Et in hoc etiã ſenſu intelligẽdũ exiſtimabo illud. Abachu. 2. *Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas vt percurrat, qui legerit eũ.* Ideſt vt nulla via legens vel a lectione, vel ab intellectu eius retrahatur, vel detineatur, ſed faciliter, & legere, & intelligere valeat ſenſum eius. His ergo literis notiſsimis ſcribe. *Voca nomen eius accelera.* El preſuroſo en hazer el oficio, a que vino.

Cant. 2.

Iſa. 8.

Aba. 2.

SEcundo perpendas feſtinantiam, acceleritatẽ, qua ſtella viſa venerunt iſti ad Chriſtum. *Vidimus ſtellam, & venimus.* Iſa. 7. *In die illa,* fęliciſsima natiuitatis Chriſti. *Sibilabit dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminũ Aegypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur, et veniet, et requieſcet in torrentibus vallium & in omnibus frutetis.* Dara vn ſiluo ala gentilidad, y vendran como enjambres de auejas, o moſcas arrebatadas del viento, a enxambrar en la fertilidad de la Yglesia, a vn ſiluo vendrã rompiendo zinchas. Hoc gratiſsimũ eſt Deo. Pigros enim

Iſa. 7.

enim oxoſſos habet Deus ideo præcepit Leuit 11. ꝙ de piſcibus quicquid pinnullas non haberet, nō mā ducarent filii Iſrael, nec in ſacrifitium offerrent. Nec de auibus ſtruthionē. Sed abominabilia erunt vobis Et ratio eſt, quia piſces pinnullas non habentes, nunquam in altum eriguntur, ſed ſemper ſuper limū repant. Et ſtruhio licet pennas habeat, nunquam tamen in altum volat, ideo abominabilia ſunt Deo, & mundo. Sic etiam peccatores quorum corda pennas habent, quibus in altum erigi valeant, ſed malunt ſemper reptare ſuper limum terræ abominabiles ſunt Deo. Sic Amos. 1. *Super tribus ſcelcribus Moab, & ſuper quattuor non conuertā eum*. Ideſt ſuper ſeptem. Quia tria, & quatuor ſeptem ſunt. Non ne tu dixiſti Petro quęrenti. *Si peccauerit ſepties dimittam ei? nō dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties*. Quomodo nūc dicit, ſuper ter, & quattuor, ideſt ſuper ſeptem, non conuertam eum? ſed notate obſerro, ꝙ idem ibi præceperit petro, quod & Amos. *Nō dico tibi ſepties ſed ſeptuagies ſepties*, quaſi dicat, ſi peccauerit ſeptuagies ſepties, & millies, dimittas ei, ſi vero ſepties nō dimittas Nō dico tibi ꝙ dimittas ſepties. Et hoc propter miſticā ſignificationē. Quia numerus ſeptenarius quietem ſignificat in ſcriptura. Qui enim quietem habent in peccatis ſuis, nec vllis minis, aut terroribus inde euelli poſſunt, abominabiles ſunt Deo, & venia prorſus indigni. Ecce iſti Magi ad primum ſignum cucurrunt ad Chriſtū. *Ecce Magi venerunt, vidimus & venimus*.

Leuit. 11
Amos. 1
Mat. 18

*VBi eſt qui natus eſt Rex iudeorū?* Solus Chriſtus natus eſt Rex, cæteris enim omnibus conuenit illud. Iob. 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ*. Iob. 1.

ſed Chriſtus purpura, ſceptro, & corona veſtitus exiit de vtero matris ſuæ. Ideo
Iſa.9. de illo dicit Iſa.9. *Puer natus eſt nobis, cuius imperium ſuper humeros eius.* Con el ſceptro nacio del viẽtre de ſu madre. Et hoc fuit miſterium, quare præceperit Deus ꝙ. in veſte ſacerdotis (qui Chriſti figuram gerebat) mala punica ponerentur, interpoſitis tintinabulis: Quia inter omnes fructus arborũ ſolum malum punicum corona exit ornatum ab vtero matris ſuæ. Et tintinabula interponantur, vt clangoribus validis reſonet per orbem, ꝙ ſolus ſacerdos ſummus Chriſtus ab vtero matris ſuæ, corona, & ſceptro exiit decoratus. E vita ſeceſsit Chriſtus capite coronatus. Et contradicenti
Ioa. 19. bus reſpõdit Pilatus. *Quod ſcripſi, ſcripſi* Ioa.19. nec aliter ſieri poterit. Et coronatus capite intrat in vitã. Vnde ſi cæteri omnes poſsũt dicere. *Nudus egreſſus ſũ de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Ipſe tamẽ dicere poteſt, purpura veſtitus, & capite coronatus egreſſus ſum de vulua, & eiſdẽ veſtitus reuertar illuc. Ideo iſti de hac veritate iã illuminati quærũt. *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum.* Nõ quærunt, ſi natus ſit, ſed eo ſuppoſito pro certiſsimo, de loco natiuitatis informari petunt. Hoc naturam fidei ſatis declarat, quæ duo habet, certitudinem, & obſcuritatẽ. Per primum diſtinguitur ab opinione, quæ aliquid credit, ſed cũ formidine oppoſiti. Et per ſecundum diſtinguitur a ſciẽtia quæ firmum aſſenſum preſtat, ſed euidentẽ & clarũ. Quia demonſtrationibus innititur, & principiis per ſe notis, quibus intellectus conuincitur. Fides vero firmius, ac certius credit quã ſi oculis cerneret ꝙ credit. Vnde.2. Pet.1. Prædicãs magnitudinem gloriæ Chriſti dicebat. *Nõ indoctas fabulas* 1. Pet. 1.

*llis ſequuti notã facimus vobis domini noſtri Ieſu Chriſti virtutẽ, ſed expeculatores facti illius magnitudinis*, id eſt non quod auribus audiuimus, ſed ꝙ propriis oculis vidimus de verbo vitæ, tradimus vobis. Et addit. *Sed habemus firmiorẽ propheticũ ſermonem.* Firmior ne eſt propheticus ſermo id atteſtans, quã te id ipſum propriis oculis vidiſſe? firmius quidẽ eſt, & lõge certius, & ſine vlla hæſitatione recipiẽdũ. Et hoc quia ſermo propheticus ad fidẽ pertinet. Vnde ad

Gal. 1. Gal. 1. *Sed licet nos ipſi, vel Angelus de cælo euãgelizet vobis præterquam ꝙ euãgelizauimus, anathema ſit.* Quia quod euangelizamus ad fidem pertinet Sacra ſcriptura eſt, a Deo reuelatum eſt, qui nec falli nec fallere poteſt. Immo

Ioa. 1. & ipſe Chriſtus dixit. *Ego cognoui patrem meum. Et ſi dixero ꝙ neſcio eum, ſimilis ero vobis mendax.* Quaſi dicat, ſi Deus ipſe per impoſſibile cõtrarium aſſereret ei, quod ex ſacra ſcriptura conſtat, non eſſet credendus, ſed mendax habendus. Ecce quanta firmitate traditis a fide aſſentiẽdũ ſit. Sed tamen licet aſſẽſus fidei ſit certus, obſcurus tamen eſt. Vnde licet theologus de miſteriis fidei vt de trinitate, & incarnatione, &c. Nullactenus dubitet. De modo tamen multas excitat dubitationes. Nã ſupponens ꝙ Deus homo factus ſit, quomodo hoc factũ ſit dubitat, & quærit. Et ipſa virgo petiit ab Angelo

*Quomodo fiet iſtud?* non dubitauit faciẽdũ, ſed de modo interrogat. Sic Magi certi de natiuitate, de loco natiuitatis deſiderãt certificari Ideo petunt. *Vbi eſt qui natus eſt Rex iudæorũ?* Vt tu diſcas in rebus fidei nullatenus hæſitare, ſciens ꝙ maiora præualet facere Deus, quã tu cõpræhẽdere, & ſufficiat tibi, ꝙ Deus prima veritas id affirmet, vt credas, & ſic gratiã & gloriã, &c. Luc. 1.

# DE EPIPHANIA DOMINI.

## SERMO QVARTVS.

### *Ecce Magi venerunt ab orienti Hieroſolimam. Mat. cap. 1.*

